This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Stanford University Libraries
3 6105 026 544 176

LIBRARY OF THE
Leland Stanford Junior University



E58 V.14

ROGERI DE WENDOVER

FLORES HISTORIARUM.

ROGERI DE WENDOVER

CHRONICA,

SIVE

FLORES HISTORIARUM,

NUNC PRIMUM EDIDIT

HENRICUS O. COXE, M.A.

VOL. I.

LONDINI:
SUMPTIBUS SOCIETATIS.
M.DCCC.XLI.

A 21439.

LONDON:
PRINTED BY SAMUEL BENTLEY,
Bangor House, Shoe Lane.

PREFACE.

Biographical notice.

IT is much to be lamented, that of the personal history of the early chroniclers of England so little remains to which any credit is to be attached; and the case of the historian, of whom we are now to speak, will be found to form no exception to the general rule. We are, indeed, left in a state of more than usual darkness respecting him, for in the chronicle which bears his name the use of the first person rarely occurs. In the works of Beda and Malmsbury, many facts respecting their birth and education are directly given, and much information may often be deduced from a comparison of circumstances incidentally mentioned, and thus each writer becomes to a certain extent his own biographer. But in the case of Roger de Wendover we are not able to derive assistance from such sources.

In the manuscript copy of his chronicle which formerly existed in the Cottonian Library, and was burned in the disastrous fire at Ashburnham House in 1731, he was denominated Roger Wendovre de Wendovre; whence it may reasonably be supposed that he was a native of the place of that name in Buckinghamshire. Of his birth or education nothing is known, nor of the time when he entered the monastery of S. Alban's, but it is probable that he embraced the monastic life at an early period, as few ecclesiastics ac-

quired any eminence who became such when more advanced in age. In this monastery he was afterwards precentor, whence he was promoted to fill the office of prior of Belvoir, a cell to the rich and powerful abbey to which he belonged.

Translation to Belvoir priory.

The precise time of Wendover's translation to Belvoir is not known, although it is likely that it took place during the reign of John, since we are informed that he was deposed from his dignity shortly after the accession of Henry the third; the occasion of which deposition is thus stated by Matthew Paris. That historian relates, that upon the death of king John, when England was in a great measure relieved from the troubles by which she had been oppressed, and the danger from attack both at home and abroad had subsided, William de Trumpington, the twenty-second abbot of S. Alban's, determined to visit in person the priory of Tynemouth, and the other cells belonging to his abbey which lay in his route northward. On his journey the priors of Hatfield and Wymundham met with censure from their superior, who, on his arrival at Belvoir, found again an occasion to exercise his authority. Complaints were there made to him that the prior, Roger de Wendover, had wasted the property of the house by reckless profusion, following, as it is said, in the steps of his predecessor, Ralph the Simple; Wendover was accordingly censured, and he promised to amend his conduct. But neither had our author, any more than the other priors, much opportunity allowed him for improvement; since it appears that William de Trumpington, on his return to S. Alban's, recalled all three from their respective priories. These events would seem to have happened about the year [1]1219,

[1] Not. Wats, pref.

after which no further notice of this historian occurs, until his death, recorded by Matthew Paris as taking place on the 6th of May 1237. Nor is it a little remarkable that Paris, who, in the case of the priors of Hatfield and Wymundham, severely criticises the conduct of the one, and enters into some particulars of the history of the other, should, in the case of the prior of Belvoir, be content with mentioning the bare fact as above stated.[1]

[1] Wats, in his preface to the edition of Matthew Paris, 1640, has observed that his name, Roger Wendovre *de* Wendovre, argues him to have been of a noble family, because that he derived his 'agnomen' from the land or town belonging to his family of hereditary right. Whether the 'de' in this case is decisive in warranting such a conclusion, is not perhaps very easy to determine. Undoubtedly in the time of Wendover it was a prefix to many a noble name; but that it was borne also by those who could lay no just claim to nobility of birth appears equally certain. The following notices of persons bearing the same name, at the same, or no far removed distance of time, with our historian, may not be altogether uninteresting. In the 'Fines sive Pedes Finium,' etc.[a] we have a notice of a final agreement made between Gunilda de Wendovre and Gilbert de Seibroc respecting half a hide of land in the village of Chedendon, or Cheddington, Buckinghamshire, dated in the fourth year of the reign of king John. In 1230, was Richard de Wendover rector of Asfordby in Leicestershire.[b] In 1232 we find a Richard de Wendover rector of Yardley Hastings in Northamptonshire;[c] whether the same with the preceding, we have no means of ascertaining. In 1235 we learn that Richard de Wendovre, rector of Bromley in Kent, was elected by the monks of Canterbury to the vacant see, but that, refused consecration by archbishop Edmund Riche, afterwards canonized, he appealed to Rome; that the pope, Gregory the ninth, confirmed the monks' election;[d] and that on S. Cuthbert's day (March 20), 1238, he was by pontifical mandate consecrated archbishop of Canterbury. In the reign of Edward the first we learn from the Hundred Rolls[e] that the priory of S. Catherine's in Lincoln held five hides of land in Thoft, value twenty-five shillings per annum, the gift of William de Wendovre. In 1301, Geoffrey de Wendovre was subprior of S. Saviour's church, Southwark. In 1361,[f] Peter Wendovre is recorded as holding

[a] Edit. 1835, tom. i. p. 219.
[b] Nichols, Hist. iii. p. 17.
[c] Bridges, Hist. i. p. 398.
[d] Gregory's bull in Angl. Sacr. i. p. 801.
[e] Vol. i. p. 361.
[f] Manning and Bray, Hist. Surrey, i. p. 566.

His character as an historian.

It is only left us to consider Wendover in his character as an historian, as it may be gathered from his work and elsewhere. A manuscript chartulary of S. Alban's abbey, written at the close of the fifteenth century, describes him as the man to whom the historians of England owe nearly all which they have. In this chartulary, however, the scribe has committed an error in stating that Wendover's history extended only so far as to the reign of Henry the second; we shall presently see that the third king of that name is evidently intended. Bale speaks of him as a man from his earliest years most eager in his pursuit of knowledge. Pits, from Stowe, writes that he was a diligent searcher into those things which were going on around him, and that he carefully and honestly registered all the most remarkable events of his time, which either he had himself seen, or had received from trustworthy authority. Selden, in his notes upon the Historiæ Novorum of Eadmer,[1] observes, that all the former part of the history of Matthew Paris, that namely from the Conquest to the nineteenth year of Henry the third, is due to Wendover.

---

a part of the manor of Springfield in Essex.[a] In 1384 was buried 'in the middle of the cloister and nearly opposite to the door of the chapter-house'[b] in S. Alban's abbey the body of Bartholomew Wendover, rector of Shankton in Leicestershire, 'a great benefactor to the repairs and improvements of the cloister;' and in 1386 Alicia de Wendover is found amongst the benefactors to the same abbey,[c] having presented as an offering to the high altar a golden cup and paten, with a plate silver gilt.

[1] Edit. 1623, p. 169.

---

[a] Morant, ii. p. 9.

[b] Newcome, Hist. of S. Alban's, p. 313.

[c] Clutterbuck, Hertf. i. App. p. 39. In the same volume also may be found the name of John Wyndover, a pensioner of S. Alban's abbey, to the amount of seven pounds, granted in the reign of Mary, upon the dissolution of the religious houses in the county of Hertford.

History of the work.

The Chronicles, or, as they are very properly entitled, Flores Historiarum, of this author, comprise an abridged history of the world from the Creation to the year of our Saviour's Incarnation 1235, or the nineteenth year of Henry the third, as correctly stated by Selden. The principal division of the work is into two parts or books, the first extending from the Creation to the birth of the Saviour, the second from the Nativity to the end of the period just mentioned. Of these books the first is subdivided into five parts or ages, containing the history of the world from Adam to Noah; from the Deluge to the birth of Abraham; from Abraham to the death of Saul; from the accession of David to the burning of the Temple and the destruction of Jerusalem by Nebuchadnezzar; and, lastly, from the Babylonish captivity to the birth of Christ. This book was abridged by Matthew of Westminster, who adopted the title and half the preface as his own: it occupies the first forty pages of the edition of that author published in 1601. The whole of this, in conformity with the plan of publication proposed by the English Historical Society, it has been thought advisable to omit in the present edition; it contains merely an abridged history of the Old Testament, of the Jews, of the Persians under Cyrus and his successors, and Egypt under the Ptolemies, compiled from Petrus Comestor, Josephus, Methodius, Jerome, and other well known authorities. The principal notices respecting Britain, both from the romance of Geoffrey of Monmouth, are to be found in the narrative of its occupation by Brutus, and in the history of king Leir; the latter of which, as the foundation of one of the most interesting perhaps of the plays of Shakspere, is here subjoined:

'*De Lero, rege Britonum, jocundaria relatio.*

History of king Leir.

'Circa hos etiam dies rex Britonum Leir, cum esset senio confectus et filium non haberet, tres filias, quas habuit, nobilibus disposuit copulare maritis; sed, ut sciret quæ illarum potiore regni parte dignior haberetur, sciscitabatur ab eis, quæ ipsum magis diligeret. Cui, cum duæ respondissent, quod plus patrem quam seipsas diligerent, tertia, quæ natu minor erat, sororum adulationem intelligens, ait, 'Ego te semper ut patrem dilexi, et, si a me plus extorquere desideras, dico tibi, quoniam quantum habes tantum vales, et ego te tantum diligo.' Quo audito, rex cum indignatione respondit, 'Quoniam in tantum senectutem meam sprevisti, quanto te plus cæteris sororibus tuis diligebam, in tantum te diligere dedignabor, quæ nunquam in regno meo cum sororibus tuis partem habebis. Et, his dictis, præfatas duas puellas ducibus Cornubiæ et Albaniæ cum divisa Britannia maritavit, ita quidem ut post mortem ejus totius insulæ dominio fruerentur. Tandem cum hujus facti fama ad Aganippum, regem Francorum, pervenisset, misit nuntios ad regem præfatum, rogans ut filiam suam juniorem, nomine Cordeillam, transmitteret, legitimo sibi matrimonio copulandam. Sed rex in prædictam adhuc perseverans ira, misit filiam suam continuo absque terra, auro et argento, atque sine omni substantia maritandam; quam rex Francorum gratulanter suscipiens, in societatem tori illam admisit et ob nimiam ejus pulchritudinem ut reginam honoravit. Sed non multo post tempore duces prædicti insurrexerunt in regem Leir et abstulerunt ei regnum et regiam dignitatem. Rex igitur, ignarus quid ageret, deliberavit adire filias suas, quibus regnum diviserat,

ut saltem sibi et quadraginta militibus suis necessaria ministrarent; quæ, cum indignatione verbum ex ipsius ore rapientes, dixerunt eum senem esse, delirum et mendicum, ac tanta familia indignum, sed si voluerit cum uno tantum milite poterit demorari. At rex, gloriam pristinæ dignitatis ad memoriam reducens, ait intra se cum fletu, 'O Cordeilla, quam vera sunt quæ mihi dixisti, quantum habes tantum vales, et ego te tantum diligo. Dum habui, valui; modo non habeo et ideo non valeo. Unde constat, quod filiæ meæ primogenitæ non me sed meas divitias et munera dilexerunt.' Et hæc sæpius rex mente revolvens disposuit probare filiam suam Cordeillam, cujus benignitatem demeruerat; et mare cum festinatione ingressus, felici cursu in partibus applicuit transmarinis. Veniens itaque Cariam, ubi filia sua morabatur, misit ad eam nuntium suum, qui ipsum ad tantam productum inopiam indicaret. Quo audito, Cordeilla, de patris commota miseria, quæsivit cum lachrymis quot in familia milites haberet. Indicante autem nuntio, quod cum solo milite et uno armigero advenisset, præcepit illico ut patrem suum ad aliam perduceret civitatem, dans nuntio aurum et argentum non modicum, et regalibus indutum ornamentis honoraret. Jussit etiam, ut pater quadraginta milites cum nobili apparatu retineret, et sic regi Francorum se advenisse nuntiaret. Veniens Leir rex in forma prædicta ad regem indicavit ei et filiæ suæ, quo ordine a Britannia fuerat per generos suos expulsus, et ad ipsos ob hoc se venisse testatur, ut eorum auxilio regnum recuperaret amissum. At illi regem honorifice suscipientes miserunt legatos in omnes Galliæ fines, ut universi milites et servientes, qui arma movere possent, cum ipsis

History of king Leir.

History of king Leir.

procederent ad Britanniam subjugandam. Omnibus igitur cum equis et armis congregatis, transfretavit in Britanniam rex Leir, ducens secum filiam suam Cordeillam cum congregata multitudine bellatorum, et, conserto cum hostibus prælio, victoria potitus est omnibus interemptis. Deinde, cum quosque suæ potestati submisisset, tertio post anno mortuus est Leir. Cordeilla vero filia ejus regni gubernacula suscipiens, patrem suum apud Leircestriam sepelivit, et per quinquennium pacifice regnavit. His etiam diebus conditæ sunt civitates Kaerkeint, id est Cantuaria, et Kaergueint, id est Wintonia, atque oppidum montis Paladour, quod nunc Septonia nuncupatur.'

Early portion of the chronicle.

The narrative of the events of the first four hundred and forty-six years of the second book has also been rejected from the present edition; with very few, if any, exceptions, there is nothing contained in it having reference to the history of England upon which any reliance can with safety be placed. This part of the chronicle is made up chiefly of the accounts of the lives and deaths of our Lord and his apostles, in which are found the well known letters of Abgarus and Pilate, the history of the Jewish and Roman kings, the Herods and Cæsars, including the destruction of Jerusalem by Titus, the persecutions of the first Christians, with a particular account of the heresies that first disturbed the infant Church; to which are added miracles said to have attended the martyrdom of different holy men, with a list of popes, emperors, and occasional notices of other individuals, eminent for piety or learning in the time in which they lived. The notices relating to the history

of our own country are meagre in the extreme. The history of England indeed at this period is to be sought rather in that of the Roman empire, in the works of Cæsar, Tacitus, Dion Cassius, Suetonius, and others, whom Wendover, we regret to say, has rejected for the fables of Geoffrey of Monmouth, whom he has made his almost sole authority. The names of Caractacus and Boadicea are nowhere found in the chronicle, whilst that of Arviragus, the creation probably of Geoffrey or of Walter of Oxford, occupies a conspicuous place. In the death of Severus, the histories of Dion and of Herodian remain unconsulted, whilst the account given by Geoffrey is followed with inconceivable blindness. The only portions of this part of the history which the Editor feels himself at liberty to print are the extracts following; the one containing an account of the passion of England's first martyr, which, although a compilation from other well known lives,[1] differs from that by Beda, and is told by our historian in his own way; the second extract, because it connects the history of Britain after the departure of the Romans with the point at which the present text has been commenced.

'*De persecutione Diocletiani et Maximiani.*

'Anno gratiæ CCCIV., qui est annus imperii Diocletiani decimus nonus, orta est persecutio Christianorum, post Neronem decima, qua fere deleta est Christianitas, per orbem universum; nam Diocletianus in oriente, Maximianus Herculeus in occidente, vastari ecclesias et Christianos interfici præceperunt. Proponitur etiam edictum, ut cunctæ per orbem terrarum ecclesiæ ad

A.D. 304. Life of S. Alban.

[1] Act. SS. Jun. iv. 146.

A.D. 304. Life of S. Alban.

solum usque complanarentur, scripturæ sacræ in mediis foris igni comburerentur, qui ecclesiis præerant in vinculis ponerentur ac demum diis immolare exquisitis suppliciis cogerentur. Tunc quidam timore perterriti cedebant, quidam vero divina virtute suffulti ad superna per tormenta convolabant. Passa est sub hac clade sanctorum legio Thebæorum, continens milites sex millia sexcentos sexaginta sex, qui, jubente Maximiano, pro fide Christi laudabiliter martyrium compleverunt. Ex hac autem martyrum multitudine nomina nobis sunt comperta, Mauricii videlicet, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, atque Vitalis; sed cætera nomina, quæ nobis sunt incognita, in libro vitæ continentur ascripta. Apud Castrum Solodorum passio Victoris et Ursæ celebratur; martyrium etiam Gereonis, sociorumque ejus trecenorum viginti octo, apud Agrippinam Coloniam impletur. Hæc persecutio tam crudelis et cruenta flagrabat, ut intra unum mensem septendecim millia martyrum passi inveniantur; nam et oceani limbum transgressa, Britannis lampades sanctorum martyrum clarissimas accendit, siquidem in ea passus est sanctus Albanus, de quo presbyter Fortunatus, in laudem martyrum, sic ait,

'Albanum egregium fœcunda Britannia profert.

'Qui videlicet Albanus, cum perfidorum principum mandata adversum Christianos desævirent, clericum quendam persecutores fugientem hospitio recepit; quem dum orationibus continuis ac vigiliis studere conspiceret, subito divina respectus gratia, exemplum fidei illius cœpit æmulari, ac salutaribus ejus exhortationibus paulatim edoctus, relictis idololatriæ tenebris, corde integro efficitur Christianus. Istius clerici no-

men, licet Romanæ taceant historiæ, in historia Britonum tamen continetur expressum. Ubi dicitur Albanus, caritatis gratia fervens, confessorem suum Amphibalum a persecutoribus insectatum in domum suam primum occuluit, et deinde, mutatis vestibus, sese discrimini mortis obtulit, imitans in hoc Christum, animam suam pro ovibus ponentem. A.D. 304. Life of S. Alban.

'De prædicatione sancti Amphibali, et conversione beati Albani.

'Igitur diebus singulis, cum jam in vesperam hora declinaret, magister et discipulus, hominum frequentiam devitantes, ad domum remotiorem, quæ tugurium vulgo solet appellari, se proripiunt, noctem totam ibidem in Dei laudibus transigentes. Et hæc faciebant ne secretum suum palam fieret infidelibus, qui cultores Christianæ religionis non in fide sequi, sed pro fide persequi, contendebant. Verum, aliquanto tempore interjecto, gentilis quidam ad judicem audacter ingressus quod factum fuerat indicavit, nihil omnino reliquit intactum, quo facilius vel obesset innocentibus vel judicem impelleret ad furorem. Quibus cognitis, judex mox iracundiæ furore succensus Albanum et magistrum illius ad suam præsentiam jussit evocari, ut cum ea, qua dignum erat, reverentia diis suis victimas immolarent; nolentes autem vi et violentia comprehendi, vinculo arctari, et aris deorum, loco victimæ, jugulandos imponi. Sed hujusmodi decretum Albanum non latuit, qui, principis insidias modis omnibus cupiens prævenire, hortatur Amphibalum ut urbe secedat, dans ei chlamydem auro textam, qui tutior ab hostibus redderetur; vestis enim ejusmodi tantæ, tunc temporis, apud omnes dignitatis tantæque fuit reverentiæ, His conversion.

A.D. 304. Life of S. Alban.

ut illa indutus hostium cuneos penetraret illæsus. Ipse vero magistri sui [1] caracallam sibi retinuit, certissime sciens, quod non æquis oculis eam sævientes aspicerent inimici. Igitur Amphibalus, Albani precibus adquiescens ante lucis exortum fugam arripuit, per viam tendens quæ de civitate vergit ad aquilonem; Albanus vero eum conducebat, quamdiu ambobus visum est expedire. Cumque discederent ab invicem, et ultimum sibi valefacerent, quis eorum lachrymas, sine lachrymis, ad memoriam possit revocare? Itaque in Walliam Amphibalus, ad martyrium festinat Albanus habitu magistri vestitus, ut vel hoc modo gentilium animos in se solum facilius provocaret. At ubi dies exortus est, equites animis efferatis in ædes Albani irruunt, et universa perlustrantes ipsum tandem in tugurio reperiunt in habitu peregrino, nudis pedibus ante crucem Domini, quam sibi magister suus reliquerat, precibus incumbentem. Mox illum satis inhumane rapientes, vinculis ad præsentiam judicis pertraxerunt, qui tunc cum universa civitate aris assistebat, ut diis suis hostias immolarent. Albanus vero, ut se servum crucis ostenderet, signum Dominicum in manibus jugiter præferebat. Quem judex vultu trucissimo perstringens, ut diis offerret libamina, imperavit. Cui beatus Albanus, 'Diis vestris falsis nullo modo sacrifico, qui nec sibi nec aliis aliquando profuerunt.' Tunc, ex præcepto judicis, Albanus apprehensus extenditur ad flagella, sed inter verbera verba Dei jugiter resonabant; cumque lictorum manus fatigarentur, et res effectum non haberet, sub custodia judicis mensibus sex et eo

[1] *Caracallam.*] Upon the use and meaning of this word, the reader may consult archbishop Ussher's Britan. Eccl. Antiq. 1687, p. 78.

amplius detineri jubetur. Sed mox injuriam martyris elementa testantur; a tempore namque comprehensionis illius usque in diem quo carcere fuerat absolvendus, terram ros aut pluvia non infudit, sed in dies singulos tota regio sub sole ardentissimo torrebatur; non agri, non arbores, quicquam fructuum protulerunt, elemento contra impios dimicante. Judex autem et cives Verolamii, plagam hujusmodi non ferentes, Albano crimen imponunt, congregatisque in unum omnibus, ipsum sibi præsentari fecerunt; et dum staret in medio multitudinis, omnes unanimi consensu in sanctum Dei mortis tulere sententiam. Ipse interim crucem Domini, quam manu tenebat, frequenter deosculans et adorans, causam suam Domino commendabat. Albanus igitur de judicio ad supplicium trahebatur; cumque iter agentes ad flumen rapidissimum pervenerunt, oratione ad Deum emissa, inter undas viam populo patefecit. Tunc [1]miles ille, qui trahebat Albanum, viso miraculo, ensem projicit, fatetur errorem, et a sancto veniam deprecatur. His ita gestis, inimici veritatis hominem arripiunt, dentes excutiunt, et omnia illius ossa immisericorditer confringunt, et, si nihil in corpore remansit illæsum, fides tamen, quæ fervebat in pectore, lædi non potuit.

A.D. 304. Life of S. Alban.

'*Albanus fontem orando produxit.*

'Tandem cacumen montis ascendentes invenerunt illic turbam hominum sine numero, qui sub sole ardenti siti æstuantes extremum spiritum jam trahebant; quorum miseriis Albanus condolens, in montis cacumine fontem orando

Miracles wrought by him.

[1] *Miles.*] His name was Heraclius, or Araclius, according to Capgrave and the writer of the acts of SS. Albinus and Amphibalus; Ussher, p. 89.

A.D. 304. Life of S. Alban.

produxit. Exstinxerunt sitim homines infideles, sed adhuc tamen humanum sanguinem sitiebant. Quid plura? ex omni populo carnifex unus eligitur, qui scelus præ omnibus perpetraret; qui mox summis viribus ensem librans in cervicem, uno ictu caput martyris amputavit, sed, oculis ferientis simul cum capite martyris in terram cadentibus, ipse totus efficitur tenebrosus. Crux vero, quam vir sanctus jugiter in manibus ferre consueverat, felici jam cruore respersa, super herbam decidit, eamque Christianus quidam occulte rapuit et ignorantibus paganis abscondit. Quo facto, miles ille, quem paulo ante semivivum pagani reliquerant, annisu, quo potuit, montem manibus reptando conscendit. Tunc judex viri vulneribus insultans ait, 'Obsecra nunc Albanum, ut ossa tua dignetur in statum pristinum reformare.' 'Ego,' inquit, 'credo, quod beatus Albanus, suis sanctis meritis, mihi poterit integram reddere sanitatem et ad clementiam perducere Salvatoris.' Tunc caput martyris reverenter assumens, illudque corpori devotus apponens, desperatum corporis robur recuperare cœpit, et sanus effectus Albani meritum Christique potentiam, omni populo audiente, non destitit prædicare. Deinde terram aperiens, humo corpus Albani operit, et tumulum desuper ipse componit. Quo viso, miles ille ab hostibus crucis apprehendi jubetur, et, nimis horrendo supplicio sanctum illius corpus discerpentes, ad ultimum caput gladio amputarunt; sicque miles ille, in fide Christi perseverans, una cum beatissimo Albano corona martyrii meruit sublimari. Nocte igitur insecuta, visa est columna lucis e tumulo beati martyris cælos penetrare, per quem descendentes angeli et ascendentes noctem totam in Dei laudibus deducebant. Inter cætera vero

quæ canebant, vox ista frequentius est audita, A.D. 304. Life of S. Alban. 'Albanus vir egregius martyr exstat gloriosus.' Cumque ad hoc spectaculum subito fieret concursus paganorum, unus ex omnibus in hanc vocem prorupit, 'Hæc miranda, quæ videmus, Christum Dei filium, liquido constat, operari. Eamus et inquiramus virum Dei, qui, sicut nostis, Albanum prædicando convertit ad Christum.' Cumque omnibus ista sententia placuisset, ad mille homines versus Walliam iter arripiunt, et virum Dei Amphibalum ibidem invenerunt, regionis illius hominibus verbum vitæ prædicantem. Cui adventus sui causam exponentes, crucem, quam suo quondam Albano commendaverat, cruore respersam obtulerunt. At ille Deo gratias agens novis auditoribus fecit de religione sermonem; qui mox illi consentientes, signaculum, quod in Christo est, ab ejus sacris manibus alacriter susceperunt. Et cum dies aliquot præteriissent, fama facti Verolamii pervenit. Cives vero, nimio furore commoti, totis viribus cum ingenti strepitu iter ineunt, ac si essent ad prælia processuri. Audientes autem celebre nomen Amphibali, post dies aliquot ad eum, fama ducente, perveniunt, et in circuitu ejus quos quærebant, verbis illius inveniunt intendentes. At gentiles, diabolica invecti furia, in sanctos Dei gladiis sævientibus irruunt, atque corporibus eorum minutim dilaceratis, beatas cælo animas cum gaudio intulerunt; sicque pater a filio, fratres a fratribus, cives a civibus, trucidantur. Ex hoc sacro collegio unus omnino superfuit, qui, in via corporis infirmitate detentus, adesse non potuit. Sanctus Amphibalus, vallatus corporibus occisorum, beatas animas Domino commendabat, in quem cruenti carnifices omnem iracundiam suam refundentes, et brachia

A.D. 304. Life of S. Alban.

loris dirissimis constringentes, ante equos suos versus civitatem Verolamium nudis incedere pedibus compulerunt; sed quo magis Albano suo appropinquavit, eo amplius asperitas viarum et laboris injuria mitigatur, et, dum iter agitur, hominem languidum, videntibus cunctis, vinctus Amphibalus a vinculis infirmitatis absolvit. Denique, cum sua jam possent mœnia cernere civitatis, paululum in hoc loco deserto scuta reclinant et hastas telluri defigunt. Cæteris quiescentibus, solus Amphibalus requiem non habebat, sed suis persecutoribus verbum prædicans docuit, quod verbum Dei non potuit alligari. Nuntiatur interim in civitate quod cives in patriam remeassent, et quod magistrum Albani secum reduxissent; dictum est etiam quod omnes, pro quibus iter tam laboriosum assumpserant, in extremis finibus gladio perierunt. Judex autem, cum talia cognovisset, coram omni populo dixit, 'Egrediamur universi et inimico nostro occurramus, ut qui dignoscitur offendisse, ab omnibus sibi vindictam sentiat irrogari.' Tunc alter alterum, ut velocius eat, hortatur, et in suum sese excitant inimicum. Tendentes ergo per viam, quæ de civitate vergit ad aquilonem, urbem fere vacuam reliquerunt; et venientes ad virum Dei, invenerunt eum vinculis irretitum, quem mox atrocius arripientes exspoliaverunt, visceraque ejus patefacta palo in terram refixo circumligantes, sanctum Dei in circuitu pali ambulare fecerunt. Vir Dei Amphibalus inter tales et tot angustias constitutus, cum nulla daret doloris indicia, inimici crucis acriores effecti eum quasi ad signum statuunt, cultellisque et lanceolis, quod reliquum erat corporis confodiunt et confringunt. Tunc plurimi, beati martyris constantiam intuentes et magis admirantes, Christianæ

se fidei subdiderunt, excelsa voce Deum deprecantes, ut meritis beati martyris et intercessione æternæ vitæ participes fieri mererentur. Quo cognito, spiculatores mille viros morti tradiderunt, beato Amphibalo intuente, eorumque animas Domino commendante. His ita gestis, fervent impii in necem innocentis, et, ut beatum spiritum ejiciant, saxorum grandine graviter conquassant. Ille vero, in oratione persistens, nec in partem alteram vel ad horam declinavit; sed, cum tandem invictum spiritum cælo esset redditurus, duo angeli cælesti fulgore radiantes de supernis ad eum veniebant, qui, beati viri animam nimio candore fulgentem secum assumentes, in cælum cum hymnis et laudibus detulerunt. Vox quoque de cælo ad eum facta est, audientibus cunctis, in hunc modum, 'Amen dico tibi, quia hodie cum discipulo eris in paradiso.' Tunc quidam fidelis in Christo, beati martyris corpus clam auferens, sub terra diligenter occuluit, quandoque, ut confidimus, divino munere in lucem proferendum. Eodem tempore in Britannia passi sunt Aaron et Julius, cum aliis pluribus viris et fœminis, qui ad egregias Hierusalem portas absque cunctamine per martyrium convolarunt.'

A.D. 304. Life of S. Alban.

* * * * *

'*Ut Britanni ab omnibus devicti regem sibi de minori Britannia postulantes acceperunt.*

'Anno gratiæ CCCCXXXV. Withelinus, Londoniensis archiepiscopus, scientia et virtutibus insignis habetur. Hic, cum calamitatem Britanniæ abjectionemque Romanorum intellexisset, transfretavit in minorem Britanniam, quæ olim Armorica sive Lecania dicebatur, ut auxilium a suis confratribus postularet. Regnabat tunc in illa

A.D. 435. The Britons seek a king from Britanny.

A.D. 435. Aldroenus rex a Conano quartus, cui Maximianus tyrannus regnum illud dederat; qui, viso tantæ reverentiæ viro, illum cum honore suscepit. At archiepiscopus, adventus sui causam exponens, in fletum prorupit et dixit, 'Satis tuæ nobilitati patet, rex, qualiter Maximianus, qui hoc regnum vobis contulit, insulam nostram suis militibus spoliaverit, qualiterque eam a viris et fœminis nobilibus vacuam reliquerit, et quam miseriam nos vestri concives passi fuerimus, dum modo omnibus nationibus præda sumus et rapina. Non solum ab hoste deprimimur sed potius fame morimur, maxime cum omni genere pabuli, excepto artis venatoriæ solatio, careamus. Ab omni igitur alia spe repulsi, gratiam vestram adivimus, rex, implorantes ut præsidium adhibeas personaliter accedens, et regnum tibi debitum, expulsis barbaris, ad libitum disponas, populum regas, et patriam, quæ olim regna longe posita sibi subjecerat, ad pristinum statum reducas.' Cumque hæc et alia archiepiscopus diu allegasset, rex in hunc modum respondit, 'Olim tempus erat, quo non negarem insulam Britanniæ recipere, sed, quoniam infortunia accesserunt, vilior mihi facta est et meis principibus odiosa. Veruntamen, eo quod avi et atavi mei insulam illam tenuerunt, trado vobis Constantinum fratrem meum, et duo millia militum cum eo; qui, si Deus permiserit, patriam ab hostium irruptione liberabit, atque diademate ibidem insignitus cum gloria et honore regnum possidebit.' Vix finem dicendi fecit rex, cum archiepiscopus, vocato Constantino, viro in militia approbato, ei in hæc verba arrisit, 'Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat; adsit igitur Christus regi Britanniæ, qui est defensio nostra, ut insulam miserrimam ad pristinam libertatem reducat.' Quid

plura? Paratis in littore navibus, eligitur ex diversis regni partibus supradictus militum numerus; qui mare ingressi in Totonesii portu prospere applicuerunt. Nec mora, confluxerunt undique Britones dispersi de latibulis et speluncis, et cum hostibus congressi victoriam per industriam novi regis et beati viri meritum sunt adepti. Deinde facta in Cicestria concione, erexerunt Constantinum in regem, eique conjugem dederunt ex nobili Romanorum prosapia ortam, quæ industria beati Withelini, Londoniensis archiepiscopi, fuerat educata; ex qua tres filios inclytos, Constantem scilicet, Aurelium Ambrosianum atque Uterpendragon, processu temporis generavit. Constantem vero primogenitum suum Deo sacrificavit, tradens eum in ecclesia sancti Amphibali infra Wintoniam, ubi monachalem ordinem suscepit; Aurelium Ambrosianum atque Uterpendragon archiepiscopo Londinensi ad nutriendum commisit. A.D. 435.

* * * * *

'*Rex Britonum Constantinus interfectus est, cui successit filius ejus Constans in regno.*

'Anno gratiæ CCCCXLV. Constantinus, Britannorum rex, quodam die dum venatum iret, a Picto quodam, qui in ejus obsequio fuerat, in virgulto densissimo cum cultro interfectus est; quo defuncto, surrexit dissensio inter proceres quis eorum sublimaretur in regno; filii quoque regis defuncti, Aurelius Ambrosianus atque Uterpendragon, missi fuerant in minorem Britanniam ad educandum, qui, si præsentes fuissent, propter ætatem puerilem regnare non possent. Porro Vortigernus, consul Gewiseorum, qui omni nisu in regnum aspirabat, perrexit Wintoniam et Constantem monachum, Constantini filium, de claus- A.D. 445. Death of Constantine and succession of Constans.

A.D. 445. tro extractum duxit Londonias, et eum, vix annuente populo, eo quod monachus esset, in regem erexit. Withelinus enim, Londoniensis archiepiscopus, tunc defunctus fuerat, nec fuit alter, qui illum in regem sublimare præsumpsisset; sed ipse Vortigernus vices episcopi gerens, [coronam] capiti suo propriis manibus impressit. Sublimatus igitur rex, omnia regni negotia Vortigerno disponenda commisit. At Vortigernus, astutus et sapiens, castella et munitiones regni suis satellitibus tradens, quo modo regem traderet callide cogitabat. Cepit itaque thesauros regis in custodiam, et numerum militum ac servientium diebus singulis augmentavit. Deinde regem adiens, consilium dedit ei, ut centum Pictos, quos ad omnem perditionem et dolum promptos noverat et paratos, in obsequio suo retineret, ut corpus suum diebus ac noctibus ab incursione hostium tuerentur. Porro, annuente rege, supradictus Pictorum numerus cum privata regis familia est admissus; at Vortigernus eos ita stipendiis ditabat militaribus et epulis delicatissimis reficiebat, quod adorantes illum per plateas dignum imperio indicabant. Cum igitur gratiam omnium se habere cognovisset Vortigernus, inebriavit eos quodam die, dicens cum lachrymis, se a Britannia recessurum, cum non haberet de proprio numero [unde] quinquaginta militibus stipendia provideret; deinde, quasi tristis, recedens ad hospitium suum, ipsos in aula potantes reliquit; quo audito, murmurabant Picti ad invicem, dicentes, 'Utquid monachum istum non interficimus, ut Vortigernus solio regni potiatur?' Surgentes itaque inebriati, impetum fecerunt in regem; illoque perempto, Vortigerno caput regium detulerunt. Quod cum intellexisset Vortigernus, quasi contristatus, in fletum prorupit,

ut proditionem factam sub lachrymarum vela- A.D. 445.
mine palliaret. At Vortigernus, civibus Londoniensibus, ut hæc acciderant, convocatis, Pictos illos jussit decollari, ut propriam fraudem ab hoc scelere redderet excusatam. Tandem, cum neminem sibi parem in regno conspexisset, imposuit capiti suo coronam Britanniæ, et supergressus est principes universos. Sublimatus ergo, cœpit in eo crescere omnium lues scelerum, crudelitas præcipue et odium veritatis, contemptus Dei, amor mendacii, ebrietas, animositas, litigium, contentio, perditio, livor anxius et luxus, cum cæteris flagitiis, adeo quidem quod nec unum ex omnibus sibi creditur defuisse, et, quod maxime honestati contrarium est, nobiles deprimens et infimos extollens, Deo et hominibus efficitur odiosus.

'*Ut sanctus Germanus in Britanniam veniens Pelagianam hæresim deleverit.*

'Anno gratiæ CCCCXLVI. hæresis Pelagiana, per A.D. 446. Arrival in England of S. Germanus.
Agricolam Pelagii discipulum illata, fidem Britonum fœda peste maculavit. Verum Britanni, cum neque suscipere dogma perversum, gratiam Christi blasphemando, ullatenus vellent, neque versutiam nefariæ persuasionis refutare verbis certando sufficerent, inveniunt salubre consilium, ut a Gallicanis episcopis auxilium belli spiritualis inquirant. Quamobrem collecta ibidem magna synodo, quærebatur in commune qui illuc in succursum fidei mitti deberent, atque omnium judicio eligebantur apostolici sacerdotes, Germanus Autisiodorensis et Lupus Trecasinæ civitatis episcopi, qui ad confirmandam fidem Britannias venirent; qui, cum prompta devotione preces et jussa sanctæ ecclesiæ suscepissent, intrant oceanum, et, licet cum labore, tandem decursis in

A.D. 446. brevi pelagi spatiis, optati littoris quiete potiuntur. [1]Collecta itaque apud Verolamium synodo, immensa multitudo etiam cum conjugibus et liberis illuc excitata convenerat. Aderat populus, exspectatur futurus et judex, adstabant partes dispari conditione consimiles, inde divina fides, hinc humana præsumptio, inde superbia, hinc Christus, inde Pelagius auctor pravitatis. Primo in loco beatissimi sacerdotes copiam disputandi adversariis præbuerunt, qui sola nuditate verborum diu inaniter et aures occupant et tempora. Deinde antistites venerandi torrentes eloquii sui, cum apostolicis et evangelicis imbribus, perfuderunt. Miscebatur sermo proprius cum divino, et assertiones modestissimas lectionum testimonia sequebantur. Convincitur vanitas, perfidia confutatur, ita ut ad singulas verborum objectiones errasse se, dum nequit respondere, fatetur. Populus arbiter vix manus continet, judicium cum clamore testatur. Post hunc diem ita ex animis omnium suasio iniqua deleta est, ut sacerdotum doctrinam sitientibus desideriis sectarentur. Compressa itaque perversitate damnabili, ejusque auctoribus confutatis, atque animis omnium fidei puritate compositis, sacerdotes beatum Albanum martyrem, auctori Deo per ipsum gratias acturi, petierunt ; ubi Germanus, omnium apostolorum diversorumque martyrum secum reliquias habens, facta oratione, jussit revelli sepulchrum, pretiosa ibidem munera conditurus, arbitrans opportunum, ut membra sanctorum ex diversis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cælum, sepulchri quoque unius teneret hospitium. Quibus depositis honorifice ac soci-

[1] *Collecta itaque . . . synodo.*] Concerning this synod see Wilkins, Concil. tom. i. p. 1, *note*.

atis, de loco ipso, ubi beati martyris effusus erat sanguis, massam pulveris secum portaturus abstulit, in qua apparebat cruore servato rubuisse martyrum cædem, persecutore pallente. Quibus ita gestis, innumera hominum turba eodem die ad Dominum conversa est.' A.D. 446.

Sources of Wendover's history.

The sources whence Wendover obtained the information contained in the following pages are as various as the subjects of which he treats. He has gathered his 'Flowers' in gardens at home and abroad, and it is to be feared that many have suffered from having been too rudely handled. It is evident that in several places the sense has been obscured, if not corrupted, by his anxiety to compress his information into a small compass; although, generally speaking, he has been careful to retain the words of the author whom he is quoting. One of his principal authorities in matters of foreign history appears to have been Sigebert, the monk of Gemblours, from whom he frequently transcribes verbatim whole passages, and who has very often been the cause of many chronological errors which will be found in the work. From Hermannus Contractus, Marianus Scotus, and the Byzantine historians, Theophanes, Cedren, and others, he appears also to have borrowed, whence, in the earlier parts of his chronicle, his style naturally partakes more of the character of those from whom he is copying; at the same time that, where in the compilation he has moulded the material into his own form, it will be found to be that of plain and unaffected narrative. In the later portions of his history, the writers of his own land are the chief sources of the events that he registers. Beda, Malmsbury, Florence of Worcester, and Hunt-

ingdon have been carefully examined and freely used. In this respect, indeed, it is to be regretted that he has been so much of the compiler. It would have been more interesting and more instructive for us in the present day, had he exercised his own judgment more, and been less indiscriminate in his selections, had he registered only those accounts which in his own time were esteemed the most trustworthy, instead of, as his object seems to have been, recording actions indifferently as he found them written, without sufficiently caring to distinguish between truth and fiction. These remarks will of course apply principally to the earlier portions of his history. In the relation however of those things which happened in his own day, which he himself may have witnessed, or had opportunity of gathering from his contemporaries, our author's character as an historian appears in most favourable colours. There is a plain straightforward simplicity in what he says, coupled with a fearless exposure of injustice and crime, that must gain for him the credit of impartiality from his readers; whilst, at the same time, there is a kindliness of feeling evident throughout that does him credit. In his history of the life of John there is no indulgence in unnecessary abuse, no speaking of him as 'factus de rege tyrannus, immo de homine in bestialem prorumpens feritatem,' no 'vulpina calliditas,' — phrases supplied by the pen of the historian who succeeded him and enlarged his work; but a plain, straightforward narrative of facts, and manly rebuke where it appeared necessary. Neither as regards the style of the two historians can I agree with the editor of Matthew Paris in considering him either as 'comptior' or

'Latinior' than our chronicler. On the contrary, we might safely affirm, that, where Paris deviates from the text of Wendover, his alterations are for the most part to a more bald and inelegant reading.

Whilst on the subject of comparison between these two writers, it will perhaps be expected that some notice should be taken of the remarks lately put forth in an Introduction to the Chronicle of William de Rishanger, tending, as they do, to rob Wendover of the claims which he assuredly has to the gratitude of every lover of English history. In that Introduction it is stated[1] 'That the probability is, that, after the account of the reign of Henry the second, little or nothing of the work of Matthew Paris can be ascribed to Wendover;' and the above conjecture is based upon the following grounds, in the first place, namely, that in a 'large volume of S. Alban's monastery, MS. Cotton, Claud. E. iv., it is directly stated that Wendover's history was continued by him to the time of Henry the second,[2] after which time flourished Matthew Paris, who necessarily enlarged the chronicle of the Roger before named:' in the next, that in the only manuscript of Wendover now extant, Douce MS. 207, 'there is a marginal note, stating that at the year 1190 a new chronicler continued the work.' To the former of these statements great weight would be due, either were the manuscript in question itself of respectable antiquity, or if the assertion it contains were borne out at all by collateral testimony; but it has neither of these requisites. The manuscript was written certainly two hun- Objections answered.

[1] P. xvii.

[2] 'Plane et perlucide ab initio mundi per annorum distinctiones digessit chronica sua usque ad tempora regis Henrici a conquestu secundi;' p. xvii.

dred, if not two hundred and fifty years after Wendover's death, and therefore is not to be preferred in evidence to those MSS. of Matthew Paris and Wendover, of a much earlier period, which distinctly state, the one as quoted by Wats in the Variæ Lectiones, that in the year 1234 'Dominus Rogerus de Wendovre, prior aliquando de Belluvair, huc usque chronica sua hæc digessit. Incipit frater Matthæus Parisiensis;' the others, that in 1235 'Huc usque scripsit chronica Rogerus de Wendovre.' There can scarcely be a reasonable doubt, that, in the S. Alban's MS. the word 'secundi,' by an error of the scribe, has been written for 'tertii,' and for these reasons; Had the writer thought that Wendover's history extended only to the reign of Henry the second, (he does not at all imply that it reached to the end of it, 'usque ad tempora' being his phrase,) he surely would not have expressed himself in such terms as the following with respect to the chronicle, 'cui pene debent totius regni cronographi quicquid habent.' In point of fact, he would have been stating an untruth; for historians, taking the mean of Henry the second's reign, would only have been indebted to Wendover for the history of about fifty years, from the point, that is, where Malmsbury had ceased; no, nor even that, for why are the chronicles of Henry of Huntingdon, of Eadmer, of William of Newburgh, of Simeon of Durham, and others, to be set aside? In the next place, the phrase 'ex post' would never have been used to signify so great an interval as fifty years, namely, from 1170 to 1220, when 'Matthæus Parisiensis *claruit*.'

But the internal evidence to be deduced from the work itself is sufficient to prove, that to the

year 1235 it has been written by another hand than that of Matthew Paris. The numerous interpolations, the different circumstances related connected with the same story,—those, for instance, amongst many others, in the account of the visit of the archbishop of Armenia to England in [1]1228, and the diametrically opposite statements of the one and the other in reference to the plunder of S. Alban's in 1217,[2] all concur to shew that Matthew Paris was not the writer of the chronicle in question; and if so, to whom, if not to Wendover, are we to look for the authorship?

But to the second reason for his conclusion adduced by the editor of Rishanger. He says that in the Douce MS. 'there is a marginal note stating, that at the year 1190 a new chronicler continued the work. On this point the editor has been strangely misinformed; although, even if there were such a note extant, we should be very careful how we received the testimony of a much later hand. The marginal note in question, however, is to be found at the commencement of the year 1189, and is as follows, 'Huc usque in libro cronicarum Johannis abbatis.' It is written in very faint ink, or rather, as it appears, with a kind of lead pencil, a writing with which all who consult MSS. of the middle ages are well acquainted, and has been by a still later hand transcribed on the opposite margin thus, 'Usque hoc cronica Johannis abbatis et hic finis.' But how are we to conclude that all before this time was the work of abbot John, and all since that year by another chronicler? Nothing is more common with writers of chronicles

[1] Edit. Wats, p. 351. | [2] Edit. Wats, p. 294.

than to notice where other historians ceased their labours. Wendover informs his readers in his text the years in which Marianus Scotus and Sigebert of Gemblours ended their histories; but such statements, we know, cannot imply that all before those respective years was by their hand. And so in the present instance, if the writer of the Introduction will turn to Pits, edit. 1619, p. 255, he will there read that John of Hagustaldt, or Hexham, continued his chronicle to the first year of the reign of king Richard the first, namely, 1189, a date which exactly tallies with the marginal note. This is not offered as the solution of the difficulty, although it would appear to be a very simple and natural one.

There is still a rather curious circumstance connected with this point that is deserving our consideration, tending, as it does, to shew that the earlier as well as the later portions of the chronicle were written by the same hand. It has been before observed that Wendover in the first book of his chronicle has copied verbatim many paragraphs from the Historia Scholastica of Petrus Comestor; and it is well known that that writer died in 1178, and that the Historia was written between 1169 and 1175. Doubtless, then, copies of that work may have been sent into England before 1189; but it appears from Newcome[1] that in the time of John of Studham, the twenty-first abbot, who died in the year 1214, by the industry of Raymond the prior a copy of that book was obtained for the library of the abbey; and it is mentioned in such a manner as would lead us to suppose that no other copy had existed there before.

[1] Hist. S. Alban's, p. 103.

The fallacy in the remaining argument of the editor, conclusive though he calls it, is almost too palpable to need exposure. It is drawn from an assertion of Paris himself, at the end of the account of John's embassy to the emperor of Morocco in 1213, where he says, 'audiente Matthæo, qui et hæc scripsit et narravit.' It is certainly clear from this that Paris did write the paragraph in question, and probably the account which precedes it; but, until a MS. of Wendover be discovered that contains either, it cannot be allowed, of course, to have any weight.

It would not have been thought necessary to say so much upon this point, had not the statements above referred to been adopted by the Duc de Luynes, and introduced in his preface to the translation of Matthew Paris, lately published. As this is likely to be, and deservedly so from the very able manner in which it has been executed, a standard work upon the Continent, it has been thought due to Wendover to set his claims in their true light.

Of the present edition, the first of this writer that has ever issued from the press, a few words will suffice. The text is taken from the only manuscript of Wendover believed now to be extant, the property of the late Mr. Douce, and bequeathed by him, with the rest of his MSS. and printed books, to the Bodleian library. It is a folio volume on vellum, written in two columns, almost at the close probably of the thirteenth century. It is unfortunately imperfect in two places: in one from the year 879 to 894, where the history has been continued in the text from an excellent MS. of Matthew of Westminster, who fortunately at this point is an exact copyist of Wendover, collated with the edition

of 1601; and again the MS. is mutilated in the narrative of the events of the years 1191 and 1192, where the text has been supplied from what remains of the Wendover MS. destroyed at the fire of Ashburnham House, now retained in the various readings of Wats' edition of Matthew Paris.[1]

Throughout the three last volumes the reader will find these variations carefully preserved, that the present may form as complete an edition of the work as it is at this day possible to furnish.[2] Of the history of the MS. there exists no positive information, further than that it was purchased by Mr. Douce at the sale of books belonging to the late Sir John Sebright, in the catalogue of which it is described as the Flores Historiarum of Matthew of Westminster.

The editor of Rishanger indeed thinks that 'there can scarcely be any reasonable doubt that the MS. in question is the same with one which, in the year 1585, belonged to one Doctor Matthew Carew,' and gives the following reason for his opinion, namely, that the transcriber of an extract from this MS., now in the Sloane collection, MS. 1301, 'in copying the two lines of poetry which occur at the end of the chronicle, not understanding the word 'tenuit' as written in the manuscript, has made a kind of fac-simile of the MS. contraction; and this corresponds with that in the Douce manuscript.' But it is inconceivable whence the editor can have derived his information, since, in the lines alluded to, with which our history concludes, no such word as 'tenuit' is to be found!

[1] In edit. Wats, p. 163, l. 22; 169, l. 21.

[2] The editor hopes at a future period to be enabled to publish an Appendix, containing the various readings and additions of Matthew Paris, inserted in the chronicle of Wendover.

A MS. of Wendover, commencing with the Nativity, is spoken of in a note prefixed to a copy of Matthew of Westminster, in the Bodleian library [MS. Laud, 572], as having belonged to Sir Christopher Heidon, knight, of Norfolk, but we have no means of ascertaining whether that MS. is at present in existence or not. Nichols, indeed, in his history of Leicestershire, has made the MSS. of Wendover and Paris identical.

In the notes to the present edition the editor has been anxious to say only so much as appeared to be useful for the general purpose of illustration, or to amend the chronology, which, often confused, owing to the different periods at which the year was commenced by different authors, or from inaccuracy, arising from the scanty means of information at the time, later researches, and greater opportunities for arriving at the truth, have enabled him to correct.

It only remains for him to add his best thanks to Mr. Bentley for the attention and expedition with which the work has been passed through the press, as also to Mr. Fehon for the great care with which the index has been compiled.

Oxford,
16 Nov. 1842.

[1]PROLOGUS.

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRUM, QUI FLORES HISTORIARUM INTITULATUR.

TEMPORUM summam, lineamque Salvatoris ab exordio descendentem, cum quorundam regnorum et regum successionibus, ad eruditionem futurorum duximus annotare, ut auditor studiosus ex brevibus plura colligere possit. Sed quid contra quosdam auditores pigros dicemus, qui obtrectando dicunt, quid necesse est vitas vel mortes, seu diversos hominum casus, literis mandare; prodigia cæli et terræ vel elementorum, scriptis impressa perpetuarentur? Noverint isti bonos mores et vitas præcedentium, ad imitationem subsequentium proponi; malorum vero exempla, non ut imitentur, sed ut potius evitentur, describi; prodigia autem vel portenta præterita, quæ faciunt, vel mortalitatem, vel alia supernæ vindictæ flagella, fidelibus innuunt. Ideo memoriæ per literas commendantur, ut, si quando similia evenerint, mox ad remedium pœnitentiæ per hæc Deum placaturi festinent. Ob hanc itaque causam, licet aliæ non desint, Moses

[1] From the comprehensive nature of their contents, it has been thought advisable to print the prologues in this place, although a great part of the matter to which they refer has been omitted.

legislator in historia divina, innocentiam Abel, Cain invidiam, simplicitatem Job, dolositatem Esau, malitiam undecim filiorum Israel, bonitatem duodecimi, scilicet Joseph, pœnam quinque civitatum per consumptionem ignis et sulphuris manifestat, quatenus bonos imitemur, et malorum esse sequaces penitus evitemus; et hoc non solum Moses, sed et omnes divinæ paginæ scriptores, et in historicis et in moralibus libris faciunt, virtutes commendando, vitia detestando, Deum amare nos admonent et timere. Non sunt igitur audiendi, qui Chronicorum libros, et maxime a catholicis editos, dicunt esse negligendos, per quos quicquid humanæ sapientiæ et saluti necessarium est, per memoriam invenire, per intelligentiam cognoscere, et per facundiam proferre, studiosus valeat indagator.

Distinguitur autem hoc opus in libris geminis, quorum primus breviter agit de Veteri Testamento divinæ legis per quinque seculi ætates usque ad Salvatoris adventum, sicut distinctæ sunt a legislatore Mose, additis regum gentilium et eorundem regnorum successionibus, sine quibus lex divina describi non potuit competenter. Nam Lucas evangelista evangelium Christi scribere desiderans, memorato Tiberio Cæsare et regibus Judaicæ gentis, quorum dies et anni cunctis erant notissima, descripsit ut adventus Salvatoris ad homines et opera, quæ ab humilitate habuerunt originem, per ea quæ superba fuerant et omnibus notoria, ad notitiam omnium devenirent, et hoc quidem omnes fere divinæ paginæ scriptores fecerunt causis et rationibus supradictis. Agit etiam liber secundus hujus operis de Novo Testamento, qui ab incarnatione Christi et nativitate ejus sumit initium distinctus per annos Dominicæ incar-

nationis, [nullo] prætermisso usque ad tempora nostra, in quos quasi fines seculorum devenerunt, de quo suo tempore plenius prosequemur. Necessarium tamen credimus propter fastidiosos lectores scripturarum, qui de facili nauseam incurrunt, historiæ facere brevitatem, ut dum in paucis et rebus delectabilibus pauca reperiunt et jocunda, animos eorundem in amorem brevis lectionis et ex pigris auditoribus ac tædiosis lectoribus reddamus studiosos. Sumpta autem sunt ea quæ sequuntur ex libris scriptorum catholicorum fideque dignorum, velut ex pratis diversis flores varii colliguntur coloris, ut ipsa varietas, multis insignita coloribus, varias legentium mentes reficiat et, saporibus diversis prægustatis, ad usus delectabiles sufficiat singulorum.

EXPLICIT PROLOGUS.

PROLOGUS

IN LIBRUM SECUNDUM.

LIBER hujus operis secundus, de tempore gratiæ ordinatus, de nativitate agit Salvatoris nostri, et de hiis quæ gessit in carne, atque de vocatione apostolorum, et sanctis Dei in cælestibus jam glorificatis, per annos incarnationis distinctus, nullo prætermisso usque ad tempora nostra, in quos quasi seculorum fines devenerunt, in quorum revolutione prosequitur de Romanis pontificibus et imperatoribus universis. Agit etiam de archiepiscopis, episcopis, et cæteris ecclesiæ prælatis, regibus ac principibus, simul et aliis magnatibus, eorumque operibus bonis sive malis, qui pro tempore fuerunt in regionibus diversis. Agit insuper de variis mortalium casibus, prodigiis etiam et portentis, quibus ira Dei mortalibus præmonstratur, quatenus per hæc præcurrentia mala perterriti ad lamenta pœnitentiæ et remedium satisfactionis festinent, exemplum de bonis ab imitatione trahentes, et renuntiantes operibus perversorum.

EXPLICIT PROLOGUS SECUNDUS.

[1]ROGERI DE WENDOVER

LIBER, QUI DICITUR,

FLORES HISTORIARUM.

Causa vocationis Anglorum.

ANNO gratiæ quadringentesimo quadragesimo septimo, cum regis Vortigerni iniquitas et animi levitas omnibus per circuitum nationibus esset divulgata, insurrexerunt in eum Scoti a [2]circio, et Picti ab aquilone, quorum Vortigernus centum concives interemerat, et regnum Britanniæ acerrima infestatione et labore continuo vexabantur. Nam ferro et flamma, prædis et rapinis omnia consumentes, gentem peccatricem, quæ, regiis nequitiis favens, simul cum ipso contaminata est, ultio diri sceleris est secuta; et quod de populo miserando hostilis irruptio non attigit, fames prævalida penitus consumpsit, adeo quidem ut nec vivi sufficerent mortuos [3]sepelire. Rex itaque, cum populo desolato et bellicis in-

A.D. 447. Cause of inviting the Saxons into England.

---

[1] For an account of the matter recorded in the Chronicle previous to this date, and the reasons for its omission, the reader is referred to the Introduction to the volume.

[2] *Circio.*] The north-west. See Gildas, ed. Eng. Hist. Soc. § xi. ——'*Solus sua littora turbat Circius.*' Lucan. i. 408.

[3] *Sepelire.*] So Beda, in edit. E. H. S. p. 33.

cursionibus fatigato, contra hostium irruptionem ignarus quid ageret, tandem omnibus placuit, ut gentem Saxonum, de partibus transmarinis, in auxilium [1]convocarent; quod divino nutu dispositum esse constat, ut veniret contra improbos malum, sicut evidentius rerum exitus comprobavit. Mittuntur interea in Germaniam nuntii, ut, quod prælocutum est, opere compleatur.

Nota bellum non viribus, sed virtutibus obtentum.

A.D. 448. Picts and Scots invade Britain.

Anno gratiæ CCCCXLVIII. Picti cum Scotis bellum adversum Britones, junctis viribus, susceperunt. Cum vero Britanni partes suas fore impares judicarent, sanctorum antistitum Germani et Lupi auxilium petierunt. Denique cum major pars exercitus arma capere et bellum parare tentarent, Germanus se ducem prælii futurum fatetur; eligit expeditos, circumjecta percurrit, et e regione, qua hostium sperabatur adventus, vallem circumdatam mediis montibus intuetur, quo in loco ipse dux agminis novum exercitum componit. Et jam aderat ferox hostium multitudo, quam appropinquare intuebantur in insidiis constituti. Tunc subito Germanus signifer universos admonet et prædicat, ut voci suæ uno clamore respondeant; et sacerdotes [2]'Alleluia' tertio repetitum exclamabant. Sequitur una vox omnium, et elatum clamorem, repercusso aere, montium conclusa multiplicant; hostile agmen terrore prosternitur, et super se non solum rupes circumdatas, sed etiam ipsam cæli machinam [ruere] contremiscunt, trepidationique

Defeated by S. Germanus.

---

[1] *Convocarent.*] Mr. Sharon Turner concludes that the first arrival of the Saxons was casual, but that their subsequent increase was the result of invitation. Gildas states that they were invited after the appeal to Aetius the Roman consul in 446.

[2] *Alleluia.*] See S. Gregorii opp. edit. Benedict. i. 862.

injectæ vix sufficere pedum pernicitas credebatur. Passim fugiunt, arma projiciunt, gaudentes vel nuda corpora eripuisse discrimini; plures etiam timore præcipites flumen, quod transierant, devoravit. Ultionem suam innocens exercitus intuetur, et victoriæ concessæ otiosus spectator efficitur; spolia colliguntur exposita, et cælestis palmæ gaudia miles religiosus amplectitur; triumphant pontifices, hostibus fusis sine sanguine, triumphat victoria fide obtenta non viribus.

Composita itaque insula securitate multiplici, superatisque hostibus invisibilibus vel carne conspicuis reditum moliuntur pontifices; quibus tranquillam navigationem et merita propria et intercessio beati martyris Albani paraverunt, quietosque eos suorum desideriis felix carina [1]restituit. [Rex] Francorum [2]Meroveus annis decem [tunc regnavit.]

De adventu Anglorum in Britanniam, et de regionibus eorum ac ducibus.

Anno gratiæ [3]CCCCXLIX. gens Anglorum sive Saxonum, a rege Vortigerno invitata, Britanniam tribus longis navibus advehitur, et in orientali parte insulæ [4]locum manendi a rege, quasi pro patria pugnatura, suscepit. Susceperunt ergo locum donantibus Britannis, ea conditione, ut pro patriæ salute et pace contra adversarios militarent, et illi militantibus stipen-

A.D. 449. Arrival of the Saxons.

---

[1] *Restituit.*] This chapter is taken, almost verbatim, from Beda, edit. E. H. S. cap. xx.

[2] *Meroveus.*] From this king the first race of the kings of France is said to have derived its title of 'Mérovingienne.' He is supposed to have been present at the victory of Aetius over Attila in the plains of Meri-sur-Seine. He died, according to Sigebert, in 458. See Malmsb. § 68, *notes.*

[3] CCCCXLIX.] Ussher concludes that the arrival of the Saxons took place in 450. See Carte's Hist. Eng. p. 119.

[4] *Locum.*] The place of their landing was Ebsfleet, isle of Thanet. Sax. Chron.

dia debita proviserent. Advenerunt autem de tribus Germaniæ populis fortioribus, id est, [1]Saxonibus, Anglis et Jutis. De Jutarum origine sunt Cantuarii et Wictuarii; hæc est ea gens, quæ Vectam tenet insulam, et ea quæ usque hodie in provincia occidentalium Saxonum Jutarum natio nominatur, posita contra ipsam insulam Vectam. De Saxonibus vero, id est, ea regione, quæ nunc antiquorum Saxonum natio cognominatur, venere orientales Saxones, meridiani Saxones, et occidui. Porro de Anglis, hoc est de illa patria quæ Angulus dicitur, et ab eo tempore usque hodie manere desertus perhibetur, orientales Angli, mediterranei Angli, Mercii, tota Northanhumbrorum gens, quæ ad boream Humbri fluminis habitat, cæterique Anglorum populi sunt exorti. Duces eorum perhibentur fuisse duo fratres Hengistus et Horsus, qui fuerunt filii Wicthgisii, cujus pater Wicta, cujus pater Wecta, cujus pater Woden, de cujus stirpe multarum provinciarum regium genus originem [2]duxit. Cumque tandem in præsentia regis essent constituti, quæsivit ab eis, quam fidem quamque religionem patres eorum coluissent; cui Hengistus, 'Deos patrios, scilicet Saturnum, Jovem atque cæteros qui mundum gubernant, colimus, maxime autem Mercurium, quem Woden lingua nostra appellamus; huic veteres nostri dedicaverunt quartam feriam septimanæ, quæ in hunc hodiernum diem 'Wodenesdai' sortita est. Post illum colimus Deam inter cæteras potentissimam, vocabulo Fream, cui etiam dedicaverunt sextam

Their leaders.

Religion.

[1] *Saxonibus, Anglis et Jutis.*] For a very clear account of the districts tenanted by these people, see Sharon Turner, History of the Saxons, vol. i. p. 124, taken from Ussher.

[2] *Duxit.*] The former part of this chapter is from Beda, § 36.

feriam, quam, ex nomine ejus, 'Fridai' vocamus.' Ad hoc Vortigernus, 'De credulitate vestra, quæ potius incredulitas dici potest, vehementer doleo; de adventu autem vestro gaudeo, quia in congruo tempore vos necessitati meæ, sive Deus, sive alius obtulit. Opprimunt me etenim inimici mei undique, et si laborem præliorum meorum mecum communicaveritis, retinebo vos honorifice intra regnum meum, et diversis muneribus et agris ditabo.' Paruerunt illico barbari, et fœdere confirmato in curia ipsius [1] remanserunt.

Pelagian heresy.

Eodem anno nuntiatum est in Britannia, Pelagianam perversitatem iterum, paucis auctoribus, dilatari; [2] rursusque ad beatissimum [3] Germanum preces Britannorum deferuntur, ut causam Dei et belli spiritualis certamen assumere dignaretur. Quorum petitioni festinus obtemperans, adjuncto sibi [4] Severo totius sanctitatis viro, qui erat discipulus beatissimi patris Lupi, et tunc Treveris ordinatus episcopus, mare conscendit, et, consentientibus elementis, tranquillo navigio Britanniam petit. Prædicatio igitur deinde ad plebem de prævaricationis emendatione convertitur, omniumque sententia pravitatum auctores condemnantur; factumque est ut illis in locis multo ex eo tempore fides intemerata perduraret. Itaque compositis omnibus beati sacerdotes ea qua venerant prosperitate [5] redierunt.

---

[1] *Remanserunt.*] The conversation of Hengest with Wyrtgeorne is related by Geoffrey of Monmouth, Hist. vi. cap. 10.

[2] *Rursusque.*] Germanus was accompanied on his first mission into England, in 429, by Lupus bishop of Troyes. Bed. § 39.

[3] *Germanum.*] Germanus, bishop of Auxerre, was born about 378, and died in 448.

[4] *Severo.*] Severus, archbishop of Treves, died in the year 455.

[5] *Redierunt.*] See Life of S. Germanus, by Constantius Lugdunensis, inter Acta Sanctorum, Jul. vii. 213.

Ut Vortigernus rex ad bellum provocatus auxilio Saxonum hostes vicerit.

A.D. 450. Scots and Picts again make incursions.

Anno gratiæ CCCCL. post recessum beatissimorum a Britannia pontificum, emergentes ex more Scoti cum Pictis ex partibus aquilonis exercitum nimis grandem confecerunt, atque aquilonales insulæ partes devastare cœperunt; quod ubi Vortigerno nuntiatum fuisset, collegit milites, atque trans Humbrum in obviam perrexit. Nec multum oportuit cives pugnare, nam Saxones, qui aderant, tam viriliter præliabantur, ut hostes, qui prius vincere solebant, sine mora in fugam propellerent. Vortigernus ergo per illos victoria potitus, donaria sua ampliavit eis, atque duci eorum Hengisto dedit agros plurimos in [1] Lindeseia regione, quibus sese et commilitones suos sustentaret. At Hengistus, cum esset vir astutus, comperta amicitia regis ipsum in hunc sermonem adivit, 'Domine mi, undique inquietant te inimici tui, atque minantur tibi, dicuntque sese conducturos Armoricano tractu Aurelium Ambrosium, ut, te deposito, ipsum in regem promoveant. Si placet ergo, mittamus in patriam nostram et invitemus ex ea milites ut numerus noster augeatur.' Rex itaque ejusdem petitioni adquiescens præcepit Hengisto in Germaniam mittere, ut milites ex ea invitati festinum adferrent auxilium. Nec mora, missi in Germaniam legatione nuntii revertentesque duxerunt secum

Repulsed by the Saxons.

Hengest.

---

[1] *Lindeseia.*] According to Geoffrey of Monmouth, Wyrtgeorne gave Hengest so much land as he could encompass with an ox's hide cut in small thongs, whence the castle which he built was called Thuang castre, or Thong-caster. Hist. Brit. vi. cap. 11. It was situated, according to Camden, about six miles from Grimsby.

decem et octo naves electis militibus plenas. Conduxerunt etiam filiam Hengisti, vocabulo Rouwen, cujus pulchritudine Vortigernus illectus, postulavit eam a patre suo; Hengistus verò, comperta animi regis levitate, concessit ei filiam suam. Intravit itaque Sathanas in cor ejus, qui cum esset Christianus cum pagana coire desiderabat. Nupsit itaque eadem nocte rex paganæ, quæ ultra modum placuit; unde inimicitiam procerum et filiorum suorum incurrit. Genuerat primitus filios de altera conjuge quorum erant nomina, Vortimerus, Katigernus, [1]Pascentius. Genuit etiam ex eadem conjuge filiam, quam in societatem tori suscipiens, [2]filium ex ea procreavit, unde a S. Germano et ab omni episcoporum conventu excommunicatus est.

Arrival of Rouwen.

Her marriage.

De transitu S. Germani.

Eodem anno, ut scripsit Sigisbertus in [3]chronicis suis, sanctus Germanus ad Ravennam, pro pace Armoricanæ gentis perveniens, et summa reverentia a Valentiniano et Placidia matre ejus susceptus, migravit ad Christum; cujus corpus in honorifico agmine comitantibus virtutum signis Autissiodoro defertur. Quo tempore Severus presbyter, vir miraculis præclarus, destructo idolorum templo, ubi error gentilis centum deos cultura insanissima adorabat, ecclesiam beati protomartyris Stephani, ut consecraretur præ foribus Viennæ parabat. Sed cum reditum beatissimi Germani a Ravenna sustineret, qui se ad dedicationem venturum prædixerat, contigit ut

Death of S. Germanus.

[1] *Pascentius.*] This account of the marriage of Wyrtgeorne with the daughter of Hengest is abridged from Geoffrey of Monmouth, vi. cap. 12.

[2] *Filium.*] According to Nennius, this was Faustus, who was baptized and educated by Germanus, and became afterwards bishop of Riez. Nen. § 48.

[3] *Chronicis suis.*] Edit. Pistor. i. 715.

die ejusdem dedicationis, antequam officia inchoarentur, beatissimum corpus confessoris Christi Germani per Viennam deportatum, in eandem ecclesiam novam repausandi gratia portaretur, sicque viri Dei promissum constat [1]impletum. Quæ miracula, quæ virtutum insignia per beatum virum in Britannia Deus operatus sit, liber, qui de ipsius vita scriptus est, legere volentibus indicabit. [2]Beda tamen in historia Anglorum refert, ipsum ab hoc seculo migrasse anno imperii Marciani sexto, qui est annus post hunc [3]octavus.

Philippus presbyter obiit.

A.D. 451. Death of Philippus Presbyter.

Anno gratiæ CCCCLI. [4]Philippus presbyter, auditor beati Hieronymi, qui in Job simplici sermone libros edidit, diem clausit extremum.

De concilio Chalcedonensi.

A.D. 452. Council of Chalcedon.

Anno gratiæ CCCCLII. mortuo Theodosio imperatore, Marcianus et Valentinianus sex annis imperaverunt. Quorum regni initio, industria beati Leonis papæ, [5]Chalcedonense concilium celebratur, ubi Eutyches cum Dioscoro, Alexandrino episcopo, convincuntur publice et damnantur. Erat autem Eutyches abbas Constantinopolitanus, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duabus naturis, sed solam divinam in eo asseruit esse naturam.

---

[1] *Impletum.*] There is no mention of this occurrence in the life of Germanus by Constantius before cited.

[2] *Beda.*] This is a strange mistake, as Beda expressly states that Germanus died at Ravenna in the time of Valentinian and Placidia. It is Valentinian who he says was killed in the sixth year of the emperor Marcian, § 49.

[3] *Octavus.*] Another instance of the confusion in this passage.

[4] *Philippus.*] His work upon Job was printed at Basle in 1527, entitled 'Commentarius sive mystica expositio in Jobum, libris tribus distincta dicataque Nestorio episcopo.'

[5] *Chalcedonense.*] The council of Chalcedon, the fourth general council, was convened in the previous year.

Ut Vortigernus propter Saxones miserit.

Anno gratiæ CCCCLIII. Hengistus, cum Vortigerno filiam suam copulasset, ipsum in hunc modum allocutus est, dicens, 'Audi consilium meum, et invitemus adhuc filium meum Octam cum fratruele suo, Abissa, viri enim bellatores sunt, et da eis regiones, quæ sunt in aquilonalibus Britanniæ partibus juxta murum, inter [1]Deiram et Scotiam, qui sustinebunt ibidem impetum barbarorum, et sic citra Humbrum in pace remanebis.' Paruit Vortigernus, atque illico, missis legatis, venerunt Octa et Abissa et Cerdicius, cum trecentis navibus armata manu repletis; quos omnes Vortigernus benigne suscepit, maximisque muneribus donavit. Quod cum vidissent Britones, timentes proditionem eorum, dixerunt regi, ut ipsos ex finibus regni sui expelleret, non enim debebant pagani Christianis communicare, quia id lex Christiana prohibebat. Insuper tanta eorum multitudo supervenerat, ita ut civibus terrori essent, quibus debuerant esse præsidio. At Vortigernus diffugiebat consilio suorum adquiescere, quia super omnes gentes, propter conjugem suam, eos [2]diligebat.

A.D. 453. Hengest's counsel to Wyrtgeorne.

Ut, deposito rege Vortigerno, filius ejus successit.

Anno gratiæ CCCCLIV. magnates Britanniæ, regem Vortigernum penitus deserentes, unanimiter Vortimerum filium ejus in regem sublimaverunt. Qui, consiliis eorum in omnibus adquiescens, cœpit expellere barbaros, et insequens

A.D. 454. Deposition of Wyrtgeorne.

---

[1] *Deiram.*] For its extent, see Ussher, p. 212.

[2] *Diligebat.*] This chapter is almost entirely taken from Geoffrey of Monmouth, Hist. vi. cap. 13.

Battle of the Darent.

eos usque ad flumen [1]Derewent, ibi victoria potitus est. Fugit autem cum aliis Vortigernus, qui, propter uxorem suam, quod potuit illis auxilium impendebat. Tunc Vortimerus victoriam adeptus, cœpit possessiones amissas civibus reddere ipsosque diligere, ecclesias destructas renovare, atque viros ecclesiasticos in omnibus honorare præcepit.

De probitate Vortimeri regis.

A.D. 455. Battle of Ailesford.

Anno gratiæ CCCCLV, qui est annus adventus Anglorum in Britanniam septimus, gens Anglorum cum Vortigerno, viribus resumptis, cœperunt iterum Vortimerum, regem Britonum, ad bellum provocare. Convenientes autem hinc et inde apud [2]Ailestorp cunei, acriter et diu pugnaverunt; tandem pondus prælii in Saxones est conversum, [qui] pugnam deseruerunt et campum. Britones vero, viriliter insequentes illos, innumeram multitudinem peremerunt; cæteris autem dispersis, Vortimerus cum victoria ad propria remeavit. Nec [3]multo post Vortimerus, cum fratribus suis Katigerno et Pascentio et universo insulæ populo, Saxonibus bellum indixit; quibus congregatis, acies disposuerunt ad bellum. Horsus vero frater Hengisti, cui Vortigernus Cantiæ provinciam contulerat, et rex a

Death of Hors and Catigern.

---

[1] *Derewent.*] Darent in Kent, from whence the town of Dartford takes its name. This was the first battle under Vortimer, according to Nennius, § 45.

[2] *Ailestorp.*] On the margin, a nearly contemporaneous hand has noted 'Ailesbiri;' but it is clear that Eaglesford, or Ailesford, is here intended, the Elstre of H. Huntingdon, and Episford of Nennius, the scene of the second battle: its site was upon the banks of the Medway.

[3] *Multo post.*] Wendover seems to imply here that it was at a subsequent battle to that which was fought at Ailesford, when Hors and Catigern were slain, although his following account is taken from H. Huntingdon, who states it to have been the same. Script. post Bed. p. 310.

suis concivibus dicebatur, percussit aciem Katigerni fratris Vortimeri regis tanto impetu, ut ad modum pulveris dispersa dissiparetur; deinde Katigernum ab equo prostratum interfecit. Quod videns rex Vortimerus, frater ejus, irruit in eum, et, illo [1]interfecto, reliquias cohortis suæ ad Hengistum fugavit, totumque prælii pondus in Hengistum conversum; cum probitati Vortimeri resistere nequivisset, tandem, non sine magno Britonum detrimento, qui nunquam fugerat aufugit.

Ut, defuncto Horso, Saxones Hengistum regem in Cantia fecerunt.

Anno gratiæ CCCCLVI. Horso defuncto, Saxones Hengistum, fratrem ejus, in regnum Cantiæ sublimaverunt. Quo etiam anno [2]ter contra Britones pugnasse legitur; sed probitati Vortimeri resistere non valens ad insulam Thanet confugit, ubi prælio navali quotidie vexabatur. Tandem Saxones ciulas suas vix ingressi, relictis mulieribus et filiis, Germaniam redierunt.

A.D. 456. Hengest king of Kent.

The Saxons leave England.

Nota miraculum.

Anno gratiæ CCCCLVII. sanctus [3]Mamertus, Viennensis episcopus, instante solennitate vigiliarum Dominicæ Resurrectionis, ædes publicas, in urbe Viennensium, flammis terribilibus crepus-

A.D. 457.

---

[1] *Interfecto.*] For the tombs of Hors and Catigern, see Gibson's Camden, i. 260.

[2] *Ter contra Britones.*] This is also taken from Huntingdon, who does not mention the places where the battles were fought, but states the same result, that the Saxons were obliged to quit England; an account confirmed both by Gildas and Nennius. See also Ussher, Brit. Eccl. Antiq. 1687, p. 222.

[3] *Mamertus.*] This miracle is recorded by Haymo monk of Fleury as taking place in the reign of Clovis I. between the years 485 and 511; but it is probably with greater reason placed here, as S. Mamertus is spoken of as bishop of Vienna by Pope Hilary in 463. See Acta SS. Mai. ii. 629.

culo conflagrare percepit. Quid multa? Pleno timoribus populo ecclesia vacuatur, dum similem casum in propriis domibus singuli metuebant. Perstitit tamen coram festivis altaribus invictus antistes Mamertus, et calore fidei succensus flumine lachrymarum permissam ignibus potestatem compescuit. Desperatione igitur deposita, reditur ad ecclesiam, miraculum sancto viro ascribentibus universis.

Ut caput sancti Joannis revelatum fuerit.

A.D. 458. Discovery of John Baptist's head.

Anno gratiæ CCCCLVIII. Joannes baptista caput suum duobus monachis orientalibus, qui ad orationem venerant Hierosolymam, juxta Herodis quondam habitaculum revelavit; quod deinceps Edessam Phenicis urbem prolatum et digno honore conditum est.

Hæresis Dioscori pullulat.

A.D. 459. Heresy of Dioscorus.

Anno gratiæ CCCCLIX. [1]defuncto imperatore Marciano, Leo major cum Leone minore sedecim annis imperium tenuerunt. Quo etiam tempore, Alexandria, et Ægyptus, errore Dioscori hæretici languens, immundo repleta spiritu canina rabie latrat. Francorum [rex] [2]Hildericus regnavit annis viginti sex.

De morte Vortimeri regis Britonum.

A.D. 460. Death of Wortemer.

Anno gratiæ CCCCLX. [3]Vortimerus, rex Britonum et flos juvenum, defunctus est, cum quo

---

[1] *Defuncto imperatore Marciano.*] The emperor Marcian died 31 Jan. 457.

[2] *Hildericus.*] Childeric died in 481, and was buried at Tournay.

[3] *Vortimerus ... defunctus est.*] This account of the death of Wortemer is related by Geoffrey of Monmouth, Hist. vi. 14. Nennius does not allude to the manner of his death, but speaks of his wish to be buried on the sea-coast, which was neglected, and that he was buried at Lincoln, § 46.

simul spes et victoria Britannorum extincta est. Diabolus namque in cor novercæ suæ Rouwen ingressus, dedit illi venenum per quendam familiarem suum, quo subita morte præventus in urbe [1]Trinovantum sepultus est; quo defuncto misit Vortigernus, instinctu uxoris suæ, in Germaniam propter Hengistum, ut veniret in Britanniam privatim et cum paucis, ne, si aliter veniret, discordia inter Britones oriretur.

Hengistus rediit in Britanniam.

Anno gratiæ CCCCLXI. [2]Hengistus, audito obitu Vortimeri, [3]trecentis millibus armatorum sibi sociatis, in Britanniam reversus est. Sed cum tantæ multitudinis adventus Vortigerno principibusque regni nuntiatus fuisset, indignati sunt valde, et constituerunt cum illis præliari. Quod cum Hengisto filia sua per internuntios indicasset, gentem patriæ sub specie pacis prodere cogitavit, misitque legatos ad regem, dicens, se non multitudinem tantam conduxisse, ut vel sibi vel regno aliquam ingereret violentiam, sed æstimabat Vortimerum adhuc vivere, quem super omnia expugnare cupiebat; quoniam autem ipsum esse defunctum, non hæsitabat sese et populum suum dispositioni suæ [4]committere, ut quos optaret, in regno retineret, et quos refutaret, statim in Germaniam vela [5]verterent; et, si id Vortigerno placuisset, petebat ut diem et locum, quo pariter convenirent, statueret. Cumque talia

A.D. 461. Hengest returns to Britain.

[1] *Trinovantum.*] London.

[2] *Hengistus.*] Who, it is said in the Chronicles of Holland, was engaged in founding Leyden. See S. Turner, Hist. Angl. Sax. p. 93, *note*.

[3] *Trecentis.*] So also Geof. Monm. In MS. of Matth. Westm. 'tribus' and 'quatuor' are generally read.

[4] *Committere . . . retineret.*] In MS. 'committebat . . . retinuisset.'

[5] *Verterent.*] In MS. 'vertissent.'

regi nuntiata fuerunt, placuerunt ei vehementer, jussitque cives et Saxones kalendis Maii in pago [1]Ambrii convenire, ut ibidem prædicta firmarentur. Quod cum utrinque concessum fuisset, præcepit Hengistus commilitonibus suis, ut unusquisque longum cultrum infra caligas haberet, et cum Britones securius colloquium tractarent, unusquisque paratus adstantem sibi Britonem, abstractis cultris, jugularet; quod ita factum est. Hengistus vero illico [Vortigernum] per pallium detinuit; cæteros autem adstantes principes nihil tale præmeditatos, circiter quadringentos sexaginta viros, inter barones et consules jugularunt. Aderat ibi tunc consul Claudiocestriæ, vocabulo Eldol, qui, visa proditione, sustulit palum, quem forte invenerat, et quemcumque cum illo attingebat, confringens ei membrum quod percutiebat, confestim ad tartara dirigebat; alii caput, alii brachia, alii scapulas, compluribus etiam crura elidens, terrorem non minimum hostibus inferebat; nec prius de illo loco recessit, donec septuaginta viros consumpto palo interfecit. Sed cum tantæ multitudini resistere nequivisset, divertit se ab illis atque civitatem suam petivit. Multi hinc et inde ceciderunt; sed victoriam Saxones habuerunt, quia Britones, qui inermes advenerant, minime resistere [2]potuerunt.

His treachery.

Ut Saxones ecclesias Britanniæ vastaverunt.

A.D. 462. Anno gratiæ CCCCLXII. Saxones, Vortigerno regi mortem comminantes, ligaverunt eum, petieruntque civitates suas atque munitiones pro vita; quibus illico, quicquid affectaverant, concessit, ut vivus abscedere sineretur. Quod, cum

[1] *Ambrii.*] Supposed to have been Salisbury Plain.—Camden, i. 207.

[2] *Potuerunt.*] Nearly the whole of this chapter is taken from Geoffrey of Monmouth, vi. 15, 16.

juramento confirmatum fuisset, solverunt eum a vinculis, atque urbem Londoniarum primo adeuntes ceperunt; ceperunt inde Eboracum et Lindocolinum, necnon et Wintoniam, quasque provincias devastantes. Invadebant undique cives, quasi lupi oves, quas pastores deseruerunt; ecclesias et ecclesiastica omnia ad solum usque destruebant, sacerdotes juxta altaria trucidabant, sacras scripturas igne concremabant, super sanctorum martyrum sepulturas cumulos terræ congerebant; viri religiosi, qui ab hac clade evadere potuerunt, speluncas et terrarum concavitates, nemorosa loca atque deserta, montium quoque et collium prærupta, cum sanctorum reliquiis petierunt. Cum ergo tantam cladem inspexisset Vortigernus, inscius quid contra nefandam gentem ageret, secessit in partes Cambriæ, et sese in oppidum [1]Genorium inclusit.

Towns taken by the Saxons.

De hæresi Acephalorum.

Anno gratiæ CCCCLXIII. apparuit hæresis Acephalorum, Chalcedonensi concilio repugnantium. Ideo Acephali, id est, sine capite, nominantur, quia, qui prius illam hæresim introduxit, non invenitur; hi in Christo duarum substantiarum proprietatem negant, et unam in ejus persona naturam esse contendunt.

A.D. 463. Heresy of the Acephali.

Gens Britonum propter militare subsidium miserunt.

Anno gratiæ CCCCLXIV. gens Britonum, in Minorem Britanniam, nuntios ad [2]Aurelium Ambro-

A.D. 464. The Britons send for Ambrosius.

[1] *Genorium.*] Wyrtgeorne is said by Nennius to have retired to a castle which he had built and called by his own name, situated 'in regione Dimetorum juxta flumen Teibi,' § 49; according to Higden, citing Geof. Monm. 'apud oppidum Genoren, super flumen Guaniæ in monte Cloarcio.'

[2] *Aurelium Ambrosianum.*] For notices of Ambrosius, see Will. Malmsb. ed. E. H. S. i. p. 14, *note.*

sianum et Uterpendragon fratrem ejus, qui præ timore Vortigerni illuc missi fuerant, destinantes, postulaverunt obnixius et instanter, ut celeriter ex tractu Armoricano ad illos venientes, Saxonibus et rege Vortigerno expulsis, Britanniæ susciperent diadema. At illi jam adultæ ætatis existentes, iter suum perinde cum navibus et armatis militibus paraverunt; quod ubi Vortigerno regi nuntiatum fuisset, vocatis magis suis, quæsivit ab iis, quid sibi in tali eventu foret agendum; qui respondentes dederunt ei consilium, ut turrim fortissimam ædificaret, quæ sese suosque a mortis discrimine tueretur. Peragratis igitur quibusque provinciis, ut locum congruum inveniret, venit tandem ad montem Erir, ubi locum congruum, ut sibi videbatur, invenit. Congregatis itaque ex diversis partibus cæmentariis, jussit construi turrim; at illi a fundamento incipientes, quicquid una die operabantur, nocte sequenti tellus absorbebat.

Wyrtgeorne consults the magi.

Vortigernus vero a magis causam inquirens ruinæ, consuluerunt, ut juvenem sine patre quæreret, ut sanguine ipsius cæmentum et lapides aspergerentur, ut opus inceptum robur firmitatis obtineret. Nec mora, legati mittuntur ad diversas provincias, ut talem juvenem invenirent. Venientes tandem ad urbem, quæ postea [1]Kaermerdin fuit nuncupata, conspexerunt duos juvenes litigantes, quorum alter socio suo improperabat, dicens, 'Quid mecum contendis, fatue? Numquid tu sine patre natus meæ nobilitati parificari poteris, qui de regio genere ortus, ex utraque generis mei parte, clarus resplendeo?' At nuntii verbum hujus-

Their counsel.

[1] *Kaermerdin.*] Carmarthen.

modi audientes, ceperunt juvenem cum matre ejus, et ad regem illico perduxerunt. Cumque in præsentia regis essent constituti, cœpit diligenter a matre infantis quærere, quo patre puerum generavit; ad quem illa, 'Vivit anima mea, domine mi rex, quoniam cum essem in thalamo Demeciæ regis, patris mei, apparuit mihi quidam in specie pulcherrimi juvenis, et sæpissime amplectens strictis brachiis oscula mihi dedit; et cum de me quid sibi placuit perfecisset, subito evanescens recessit; cumque me in hunc modum diu frequentasset, gravidam me tandem reliquit, nec est alter qui juvenem istum in me generavit.' Tunc rex supra modum admirans vocavit juvenem, quærens ab eo quo nomine vocaretur. Porro, cum se Merlinum Ambrosium fuisse vocatum diceretur, quæsivit a rege, utquid ipse et mater ejus ad regis præsentiam fuissent adducti; cui rex Vortigernus, 'Magi mei dedere mihi consilium, ut juvenem sine patre perquirerem, cujus sanguine opus meum irroraretur et staret;' cui Merlinus, 'Jube magos tuos coram me venire, et convincam eos mendacium invenisse; nescientes enim quid sub fundamento sit, per mendacium vobis satisfacere cupiebant. Sed voca operarios tuos, domine mi rex, et jube terram fodere, et invenies stagnum sub ea, quod opus stare non permittit;' quod cum factum fuisset, invenerunt omnia quæ a Merlino dicebantur. Tunc Merlinus ad magos accedens ait, 'Dicite mihi adhuc, vilissimi adulatores, quid sub stagno latet?' At illi nihil respondentes tacuerunt; at Merlinus conversus ad regem dixit, 'Jube hauriri stagnum per rivulos, et in fundo invenies duos lapides concavos et in illis duos dracones dormientes.' Credulus ergo rex super verbis illius jussit hauriri stagnum, et, admirantibus

Birth of Merlin.

His supernatural knowledge.

cunctis, reperitur verum quod a [1]Merlino dicebatur.

Ut Victorinus circulum Paschalem scripserit.

A.D. 465. Pope Hilary I. Anno gratiæ CCCCLXV. [2]Hilarius sedit in cathedra Romana annis sex, mensibus tribus, diebus decem, et cessavit sedes diebus decem. Ad istius petitionem Victorinus Paschalem circulum scripsit quingentorum triginta duorum annorum.

Incipit prophetia Merlini.

Vision of Wyrtgeorne. Eodem tempore, cum sedisset Vortigernus rex Britonum super ripam exhausti stagni, egressi sunt duo dracones, quorum unus erat albus, alter vero rubeus; cumque alter alteri appropinquasset, commiserunt diram pugnam, et ignem anhelitu procreabant. Prævalebat autem albus draco, rubeumque usque ad extremitatem lacus fugabat; at ille, cum se expulsum doluisset, impetum fecit in album ipsumque retroire coegit. Ipsis ergo in hunc modum pugnantibus, præcepit rex Merlino Ambrosio dicere, quid prælium draconum

Prophecy of Merlin. portendebat. Mox ipse in fletum prorumpens, spiritum hausit prophetiæ, et ait, '[3]Væ rubeo draconi, nam exterminatio ejus festinat! Cavernas ipsius occupabit albus draco, qui Saxones quos invitasti significat; rubeus vero gentem significat Britanniæ, quæ ab albo opprimetur. Montes itaque ejus ut valles æquabuntur, et flumina vallium sanguine manabunt; cultus religionis delebitur, et ruina ecclesiarum patebit; præ-

[1] *Merlino dicebatur.*] This chapter and that containing the prophecies of Merlin are taken verbatim from Geoffrey of Monmouth.

[2] *Hilarius.*] Pope Hilary died 21 February 468.

[3] *Væ rubeo draconi.*] The curious reader will find a most ingenious account of the fulfilment of Merlin's prophecies in the explanations of them by Alanus de Insulis, edit. Francof. 1608.

valebit tandem oppressa, et sævitiæ exterorum resistet; [1]Aper etenim Cornubiæ succursum præstabit, et colla eorum sub pedibus suis conculcabit; insulæ oceani potestati ipsius subdentur, et Gallicanos saltus possidebit; tremebit Romulea domus sævitiam ipsius, et exitus ejus dubius erit, in ore populorum celebrabitur, et actus ejus cibus erit narrantibus. Sex posteri ejus sequentur sceptrum, sed post ipsos exsurget Germanicus vermis; sublimabit illum æquoreus lupus, quem Africana nemora comitabuntur. Delebitur iterum religio, et transmutatio primarum sedium fiet; dignitas Londoniæ adornabit Doroberniam, et pastor Eboracensis septimus in Armorico regno frequentabitur; Menevia pallio urbis Legionum induetur, et prædicator Hiberniæ propter infantem in utero crescentem obmutescet; pluet sanguineus imber, et dira fames mortales afficiet. His supervenientibus dolebit rubeus, sed emenso labore vigebit. Tunc infortunium albi festinabit, et ædificia hortulorum ejus diruentur; septem sceptrigeri perimentur, et unus eorum sanctificabitur, ventres matrum secabuntur et infantes abortivi erunt; erit ingens supplicium hominum, ut indigenæ restituantur. Qui faciet hæc, [2]æneum virum induet et per multa tempora super equum portas Londoniæ servabit. Exinde in proprios mores revertetur rubeus draco, et in seipsum sævire laborabit. Superveniet itaque ultio Tonantis, quia omnis ager colonos decipiet; arripiet mortalitas populum, cunctasque nationes evacuabit; residui natale solum deserent, et exteras culturas seminabunt; rex benedictus parabit navigium, et

Prophecy of Merlin.

[1] *Aper.*] On the margin, 'Aper Arthurum significat.'

[2] *Æneum virum.*] On the margin, 'Vir in equo æneo Cadwallonem significat.'

Prophecy of Merlin.

in aula duodecimi inter beatos annumerabitur; erit miseranda regni desolatio, et areæ messium infruticosos saltus redibunt. Exsurget iterum albus draco, et filiam Germaniæ invitabit, replebuntur iterum hortuli nostri alieno semine, et in extremitate stagni languebit rubeus. Exinde coronabitur Germanicus vermis, et æneus princeps humiliabitur, terminus illi positus est, quem transvolare nequibit; centum namque quinquaginta annis in inquietudine et subjectione manebit, ter centum vero insidebit. Tunc exsurget in illum Aquilo, et flores, quos Zephyrus procreavit, eripiet; erit deauratio in templis, nec acumen gladiorum cessabit. Vix obtinebit cavernas suas Germanicus draco, quia ultio proditionis ejus superveniet; vigebit tandem paulisper, sed decimatio Neustriæ nocebit, populus namque in ligno et ferreis tunicis superveniet, qui vindictam de nequitia ipsius sumet; restaurabit pristinis incolis mansiones, et ruina alienigenarum patebit. Germen albi draconis ex hortulis nostris abradetur, et reliquiæ generationis ejus decimabuntur; jugum perpetuæ servitutis ferent, matremque suam ligonibus et aratris vulnerabunt. Succedent duo dracones, quorum alter invidiæ spiculo suffocabitur, alter vero sub umbra nominis redibit. Succedet leo justitiæ, ad cujus rugitum Gallicanæ turres et insulani dracones tremebunt. In diebus ejus aurum ex lilio et urtica extorquebitur, et argentum ex ungulis mugientium manabit; calamistrati varia vellera vestibunt, et exterior habitus interiora signabit; pedes latrantium truncabuntur, pacem habebunt feræ, humanitas supplicium dolebit; findetur forma commercii, dimidium rotundum erit; peribit milvorum rapacitas, et dentes luporum hebetabuntur; catuli leonis in

æquoreos pisces transformabuntur, et aquila ejus super montem Aranium nidificabit. Venedotia rubebit materno sanguine, et domus Corinæi sex fratres interficiet; nocturnis lachrymis madebit insula, unde omnes ad omnia provocabuntur; nitentur posteri transvolare superna, sed favor novorum sublimabitur; nocebit possidenti ex impiis pietas, donec sese genitore induerit; apri igitur dentibus accinctus, cacumina montium et umbram galeati transcendet. Indignabitur Albania, et convocatis collateralibus, sanguinem effundere vacabit; dabitur maxillis ejus frænum, quod in Armorico sinu fabricabitur; deaurabit illud aquila rupti fœderis, et tertia nidificatione gaudebit; evigilabunt rugientes catuli, et, postpositis nemoribus, infra mœnia civitatum venabuntur; stragem non minimam ex obstantibus facient, et linguas taurorum abscident; colla rugientium onerabunt catenis, et avita tempora renovabunt. Exinde [de] primo in quartum, de quarto in tertium, de tertio in secundum rotabitur pollex in oleo. Sextus Hiberniæ mœnia subvertet, et nemora in planitiem mutabit; diversas portiones in unum reducet, et capite leonis coronabitur; principium ejus vago effectui succumbet, sed finis ipsius ad superos convolabit; renovabit namque beatorum sedes per patrias, et pastores in congruis locis locabit; duas urbes duobus palliis induet, et virginea munera virginibus donabit; promerebitur inde favorem Tonantis, et inter beatos collocabitur. Egredietur ex eo lynx penetrans omnia quæ ruinæ propriæ gentis imminebit; per illam enim utramque insulam amittet Neustria, et pristina dignitate spoliabitur. Deinde revertentur cives in insulam, nam discidium alienigenarum orietur. Niveus quoque senex in niveo equo flu-

Prophecy of Merlin.

Prophecy of Merlin.

vium Perironis divertet, et cum candida virga molendinum super ipsum metabitur; Cadwalladrus Conanum vocabit, et Albaniam in societatem accipiet. Tunc erit strages alienigenarum, tunc flumina sanguine manabunt, tunc erumpent Armorici montes, et diademate Bruti coronabuntur; replebitur Cambria lætitia, et robora Cornubiæ virescent; nomine Bruti vocabitur insula, et nuncupatio extraneorum peribit. Ex Conano procedet aper bellicosus, qui infra Gallicana nemora acumen dentium suorum exercebit; truncabit namque quæque majora robora, minoribus vero tutelam præstabit; tremebunt illum Arabes et Africani, nam impetum cursus sui in ulteriorem Hispaniam protendet. Succedet hircus Venerii castri aurea habens cornua et argenteam barbam, qui ex naribus suis tantam efflabit nebulam, quanta tota superficies insulæ obumbrabitur. Pax erit in tempore suo, et ubertate glebæ multiplicabuntur segetes; mulieres incessu serpentes fient, et omnis gressus earum superbia replebitur; renovabuntur castra Veneris, nec cessabunt sagittæ Cupidinis vulnerare; fons revertetur in sanguinem, et duo reges duellum propter Leænam de vado baculi committent; omnis humus luxuriabit, et humanitas fornicari non desinet; omnia hæc tria sæcula videbunt, donec sepulti reges in urbe Londoniarum propalabuntur. Redibit iterum fames, redibit mortalitas, et desolationem urbium dolebunt cives. Superveniet aper commercii, qui dispersos greges ad amissa pascua revocabit; pectus ejus cibus erit egentibus, et lingua ejus sedabit sitientes; ex ore ipsius procedent flumina, quæ arentes hominum fauces rigabunt. Exinde super turrim Londoniarum procreabitur arbor, quæ tribus solummodo ramis contenta, superficiem totius in-

sulæ latitudine foliorum obumbrabit; hinc adversarius Boreas superveniet, atque iniquo flatu tertium illi ramum eripiet; duo vero residui locum extirpati occupabunt, donec alter alterum foliorum multitudine annihilabit; deinde vero locum duorum obtinebit, ipse volucres exterarum regionum sustentabit, patriis volatibus nocivus habebitur, nam timore umbræ ejus liberos volatus amittent; succedet asinus nequitiæ, in fabricatores auri velox, sed in luporum rapacitatem piger. In diebus illis ardebunt quercus per nemora, et in ramis tiliarum nascentur glandes; Sabrinum mare per septem ostia discurret, et fluvius Oscæ per septem menses fervebit; pisces ipsius calore morientur, et ex eis procreabuntur serpentes; frigebunt Badonis balnea, et salubres aquæ eorum mortem generabunt. Londonia necem viginti millium virorum lugebit, et Thamesis in sanguinem mutabitur; cucullati ad nuptias provocabuntur, et clamor eorum in montibus Alpium audietur. Tres fontes in urbe Wintoniæ erumpent, quorum rivuli insulam in tres portiones secabunt; qui bibet ex uno diuturniori vita fruetur, nec superveniente languore gravabitur; qui bibet de altero, indeficienti fame peribit, et in facie ipsius pallor et horror sedebit; qui bibet de tertio subita morte periclitabitur, nec corpus ipsius poterit subire sepulchrum; tantam ingluviem vitare volentes diversis tegumentis eam occultare nitentur. Quæcunque ergo moles superposita fuerit formam alterius corporis recipiet; terra namque in lapides, lapides in lympham, lignum in cineres, cinis in aquam, si superjecta fuerit, mutentur. Ad hæc, ex urbe Canuti nemoris eliminabitur puella, ut medelæ curam adhibeat; quæ, ut omnes artes inierit, solo anhelitu suo fontes nocivos siccabit. Ex-

Prophecy of Merlin.

Prophecy of Merlin.

inde, ut sese salubri liquore refecerit, gestabit in manu sua dextra nemus Calidonis, in sinistra vero murorum Londoniæ propugnacula; quocumque incedet passus sulphureos faciet, qui duplici flamma fumabunt; fumus ille excitabit Ruthenos, et cibum sub marinis conficiet, lachrymis miserandis manabit ipsa, et clamore horrido replebit insulam. Interficiet eam cervus decem ramorum, quorum quatuor aurea diademata gestabunt, sex vero residui in cornua bubulorum vertentur, quæ nefando sonitu tres insulas Britanniæ commovebunt. Excitabitur Daneum nemus, et in humanam vocem erumpens, clamabit, 'Accede Cambria, et junge lateri tuo Cornubiam, et dic Wintoniæ, Absorbebit te tellus. Transfer sedem pastoris ubi naves applicant, et cætera membra caput sequantur; festinat namque dies, qua cives ob scelera perjurii peribunt; candor lanarum nocuit, atque tincturæ ipsarum diversitas.' Væ perjuræ genti, quia urbs inclyta propter eam ruet. Gaudebunt naves augmentatione tanta, et unum ex duobus fiet. Reædificabit eam Ericius oneratus pomis, ad quorum odorem diversorum nemorum convolabunt aves; adjiciet palatium ingens, et sexcentis turribus illud vallabit. Invidebit ergo Londonia, et muros suos tripliciter augebit; circuibit eam undique Thamesis fluvius, et rumor operis transcendet Alpes; occultabit infra illam Ericius poma sua, et subterraneas vias machinabitur. In tempore illo loquentur lapides; et mare, quo ad Galliam navigatur, infra breve spatium contrahetur; in utraque ripa audietur homo ab homine, et solidum insulæ dilatabitur; revelabuntur occulta submarinorum, et Gallia præ timore tremebit. Post hæc, ex Calaterio nemore procedet ardea, quæ insulam per biennium cir-

cumvolabit; nocturno clamore convocabit volatilia, et omne genus volucrum associabit sibi; in culturas mortalium irruent, et omnia grana messium devorabunt; sequetur fames populum, atque dira mortalitas famem. At cum calamitas tanta cessaverit, adibit detestabilis ales vallem Galabes, atque eam in excelsum montem levabit; in cacumine quoque ipsius plantabit quercum, atque intra ramos nidificabit: tria ova procreabuntur in nido, ex quibus vulpes, et lupus, et ursus egredientur. Devorabit vulpes matrem, et asininum caput gestabit; monstro igitur assumpto terrebit fratres suos, ipsosque in Neustriam fugabit. At ipsi excitabunt aprum detonsum in illa, et navigio revecti cum vulpe congredientur; quæ, cum certamen inierit, finget se defunctam, et aprum in pietatem movebit. Mox adibit ipse cadaver, et dum superstabit anhelabit in oculos ejus et faciem; at ipsa non oblita præteriti doli mordebit sinistrum pedem ejus, totumque a corpore evellet; saltu quoque facto eripiet ei dexteram aurem et caudam, et infra cavernas montium delitebit. Aper ergo illusus requiret lupum et ursum, ut ei amissa membra restituant; qui, ut causam inierint, promittent ei duos pedes et aures et caudam, et ex eis porcina membra component; adquiescet ipse, promissamque restaurationem spectabit. Interim descendet vulpes de montibus et se in lupum mutabit, et quasi colloquium habitura cum apro adibit illum callide, ipsumque totum devorabit; exinde transvertet sese in aprum, et, quasi sine membris, expectabit Germanos, sed et ipsos postquam advenerint subita dente interficiet, atque capite leonis coronabitur. In diebus ejus nascetur serpens, qui neci mortalium imminebit, longitudine sua circuibit Londoniam, et

Prophecy of Merlin.

Prophecy of Merlin.

quosque prætereuntes devorabit. Bos montanus caput lupi assumet, dentesque suos in fabrica Sabrinæ dealbabit; associabit sibi greges Albanorum et Cambriæ, qui Thamesim potando siccabunt. Vocabit asinus hircum prolixæ barbæ, et formam ipsius mutabit; indignabitur ergo montanus, vocatoque lupo cornu taurus in ipsos fiet. Ut autem sævitia indulserit, devorabit carnes eorum et ossa; sed in cacumine Uriani cremabitur; favillæ rogi mutabuntur in cygnos, qui in sicco quasi in flumine natabunt; devorabunt pisces in piscibus, et homines in hominibus conglutient. Superveniente vero senectute efficientur submarinæ luces, atque submarinas insidias machinabuntur; submergent navalia, et argentum non minimum congregabunt; fluctuabit iterum Thamesis, convocatisque fluminibus ultra metas alvei procedet, adhibebit sibi fontem Galabes dolo et nequitia repletum; orientur ex eo seditiones, provocantes Venedotos ad prælia. Convenient nemorum robora, et cum saxis Gewiseorum congredientur; advolabit corvus cum milvis, et corpora peremptorum devorabit; super muros Claudiocestriæ nidificabit bubo, et in nido suo procreabitur asinus; educabit illum serpens Malverniæ, et in plures dolos commovebit; sumpto diademate transcendet excelsa, et horrido raucatu populum patriæ terrebit; in diebus ejus titubabunt montes Pachaii, et provinciæ nemoribus suis spoliabuntur; superveniet namque vermis ignei anhelitus, qui, emisso vapore, comburet arbores. Egredientur ex eo septem leones capitibus hircorum turpati, fœtore narium mulieres corrumpent, et proprias communes facient; nesciet pater filium proprium, quia more pecudum lascivient. Superveniet itaque gigas nequitiæ, qui oculorum acumine terre-

bit universos. Exsurget in illum draco Wigorniæ et eum exterminare conabitur, facto autem congressu superabitur draco, et nequitia victoris opprimetur, ascendet namque draconem, et exuta veste insidebit nudus; feret illum ad sublimia draco, erectaque cauda verberabit nudatum, resumpto iterum vigore, gigas fauces illius cum gladio confringet; implicabitur tandem sub cauda sua draco et venenatus interibit. Succedet post illum Totonesius aper, et dira tyrannide opprimet populum. Eliminabit Claudiocestria leonem, qui diversis prælliis inquietabit serpentem; conculcabit eum sub pedibus suis, apertisque faucibus terrebit; cum regno tandem litigabit leo, et terga nobilium transcendet. Superveniet taurus litigio, et leonem dextro pede percutiet; expellet eum per regni diversoria, sed cornua sua in muris Exoniæ confringet. Vindicabit leonem vulpes Kaerdubali, et totum suis dentibus consumet; circumcinget eam Lindecolinus coluber, præsentiamque suam draconibus multis horribili sibilo testabitur. Congredientur dracones et alter alterum dilaniabit; opprimet alatus carentem alis et ungues venenatas in genas configet. Ad certamen convenient alii, et alius alium interficiet; succedet quintus interfectis, residuosque diversis machinationibus confringet; transcendet dorsum unius cum gladio, et caput a corpore separabit, exuta veste ascendet alium, et dexteram caudæ lævamque injiciet; superabit eum nudus, cum nihil indutus profecerit; cæteros a dorso tormentabit, et in rotunditatem compellet. Superveniet leo rugiens immani ferocitate timendus; ter quinque portiones in unum reducet, et solus possidebit populum; splendebit gigas colore niveo, et candidum populum germinabit. Delitiæ principes

Prophecy of Merlin.

Prophecy of Merlin. enervabunt, et subditi in belluas mutabuntur. Orietur in illis leo humano cruore turgidus, supponetur ei in segete falcifer, qui dum laborabit mente, opprimetur ab illo; sedabit illos Eboracensis auriga, expulsoque domino, in currum quem ducit ascendet; abstracto gladio minabitur Orienti, et rotarum suarum vestigia replebit sanguine. Fiet deinde piscis in æquore, qui sibilo serpentis revocatus coibit cum illo. Nascentur inde tres tauri fulgurantes, qui, consumptis pascuis, convertentur in arbores; gestabit primus flagellum vipereum, et a post genito dorsum suum convertet; nitetur ipse ei flagellum eripere, sed ab ultimo corripietur; avertent mutuo a sese facies, donec venenatum cyphum projecerint. Succedet eis colonus Albaniæ, cui a dorso imminebit serpens; vacabit ipse tellurem subvertere, ut patriæ segetibus candeant. Laborabit serpens venenum diffundere, ne herbæ in messes proveniant. Lethali clade deficiet populus, et mœnia urbium desolabuntur; dabitur in remedium urbs Claudii, quæ alumnam flagellantis interponet; stateram namque medicinæ gestabit, et in brevi renovabitur insula. Deinde duo sequentur sceptrum, quibus cornutus draco ministrabit; adveniet alter in ferro, et volantem equitabit serpentem; nudato corpore insidebit dorso, et dexteram caudæ injiciet; clamore ipsius excitabuntur maria, et timorem secundo injicient. Secundus itaque sociabitur leoni, sed exorta lite congressum facient; mutuis cladibus succumbent mutuo, sed feritas belluæ prævalebit. Superveniet quidam in tympano et cithara, et demulcebit leonis sævitiam; pacificabuntur ergo nationes regni, et leonem ad stateram provocabunt; locata sede appensas studebit, sed palmas in Albaniam extendet.

Tristabuntur ergo aquilonis provinciæ, et ostia templorum reserabunt; signifer lupus conducet turmas, et Cornubiam cauda sua circumcinget; resistet ei miles in curru, qui populum illum in aprum mutabit; vastabit igitur aper provincias, sed in profundo Sabrinæ occultabit caput. Amplexabitur homo leonem in humo, et fulgor auri oculos intuentium excæcabit. Candebit argentum in circuitu, et diversa torcularia vexabit. Imposito vino, inebriabuntur mortales, postpositoque cælo in terram respicient; ab eis vultus avertent sidera, et solitum cursum confundent; arebunt segetes, his indignantibus, et humor convexi negabitur; radices et rami vices mutabunt, novitasque rei erit in miraculum; splendor Solis electro Mercurii languebit, et erit horror inspicientibus; mutabit clypeum Stilbon Archadiæ, vocabit Venerem galea Martis; galea Martis umbram conficiet, transibit terminos furor Mercurii; Prophecy of Merlin.

Nudabit ensem Orion ferreus,
Vexabit nubes Phœbus æquoreus,
Exibit Jupiter licitas semitas,
Et Venus deseret statutas lineas.
Saturni sideris libido corruet,
Et falce recurva mortales perimet.

Bis senus numerus domorum siderum deflebit hospites ita transcurrere; obmittent Gemini complexus solitos, et urnam in fontes provocabunt; pensa Libræ obliquo pendebunt, donec Aries recurva cornua supponat; cauda Scorpionis procurabit fulgura, et Cancer cum Sole litigabit; ascendet Virgo dorsum Sagittarii, et flores virgineos obfuscabit; cursus Lunæ turbabit zodiacum, et in fletum prorumpent Pleiades. Officia jam nulla redibunt, sed clausa janua in crepidi-

Prophecy of Merlin.

nibus Adrianæ delitebunt. In ictu radii exsurgent æquora, et pulvis veterum renovabitur; confligent venti diro flamine, et sonitum inter sidera conficient.'

De reditu Aurelii in Britanniam.

Merlin foretells Wyrtgeorne's death.

Cumque in hunc modum diu prophetasset Merlinus, adstantes omnes in admirationem commovit. Vortigernus igitur exitum suum scire desiderans, rogavit juvenem sibi dicere quod sciebat; ad quem Merlinus, 'Ignem filiorum Constantini diffuge si vales; nam gentem Saxonum subjugabunt, et teipsum infra oppidum Genorium inclusum comburent. Rubebunt sanguine Saxonum facies, et interfecto Hengisto

Return of Ambrosius.

[1]Aurelius Ambrosius coronabitur.' Nec mora erat, cum crastina dies illuxisset, applicuit Aurelius Ambrosius cum fratre suo Uterpendragon et innumera multitudine armatorum. Convenerunt itaque Britones undique dispersi, et convocato regni clero Aurelium in regem erexerunt. Sublimatus autem, ecclesias ad solum usque destructas, ut potuit, reparare vacavit. [2]Erat autem largus in muneribus dandis, sedulus in divinis obsequiis, modestus in cunctis, et super omnia mendacium postponens, fortis pede, fortior equo, et ad regendum exercitum eruditus. Talibus insignitus virtutibus, fama ipsius in nationibus celebris habebatur.

Ut Vortigernus rex incendio perierit.

A.D. 466.

Anno gratiæ CCCCLXVI. cum Britanni regem Aurelium cohortarentur, ut in Saxones impetum

---

[1] *Aurelius Ambrosius.*] Ambrosius is said by Geoffrey of Monmouth to have landed at Totness.

[2] *Erat autem.*] See Gildas, § 25.

faceret, dissuasit rex, nam prius voluit persequi Vortigernum: deinde exercitum suum in Cambriam dirigens, oppidum Genorium petivit. Ut igitur ad illud pervenit, proditionis factæ patri et fratri reminiscens, adstantibus ait, 'Respicite, duces nobilissimi, hujus turris mœnia si possunt Vortigernum protegere, qui fertilem patriam devastavit, nobiles regni exterminavit, sacras ecclesias destruxit, et Christianitatem fere a mari usque ad mare delevit, et, quod magis dolendum censeo, patrem meum et fratrem prodidit. Nunc, cives nobilissimi, viriliter agite et vindicate vos prius in illum, per quem hæc omnia accesserunt, et deinde arma vertamus in hostes.' Nec mora, diversis machinationibus adhibitis, mœnia diruere nituntur. Postremo cum cætera defecissent, adhibuerunt ignem, qui cum alimentum suscepisset non cessavit, donec turrim et Vortigernum combussit.

Speech of Ambrosius.

Death of Wyrtgeorne.

Anno gratiæ CCCCLXVII. [1]Theodorus, episcopus civitatis quæ, a Cyro Persarum rege condita, Cyriæ nomen accepit, vir in divinis scripturis ad perfectum eruditus, in ecclesia clarissima columna refulsit.

A.D. 467.

Anno gratiæ CCCCLXVIII. [2]Clodoveus, rex Francorum, milliario decimo ab urbe Pictavensi, Alaricum regem Gothorum interfecit; cujus filius [3]Almaricus evadens, in Hispanias aufugit.

A.D. 468. Death of Alaric the Goth.

---

[1] *Theodorus.*] Theodoret is probably here intended, who is generally supposed to have died about the year 457.

[2] *Clodoveus rex.*] A strange anachronism. Clovis I. did not ascend the throne until 481, on the death of his father, Childeric, whilst Sigebert, Hugeno, Gregory of Tours, and others, all agree in placing the death of Alaric at the battle of the Vouglé, or Champagne S. Hilaire, under the year 507. See Recueil des Hist. des Gaules, iii. 18, *note.*

[3] *Almaricus,*] or Amalaricus, reigned in Spain nineteen years.

Clodoveus Aquitaniam subjugavit.

A.D. 469. Clovis I. Anno gratiæ CCCCLXIX. Clodoveus rex [1]Tholosam, Santonas, omnemque terram Aquitanicam subjugavit, et Gothos Arrianos inde expellens, Francos ibi catholicos habitare constituit.

Salvianus clarus habetur.

A.D. 470. Salvianus. Anno gratiæ CCCCLXX. [2]Salvianus presbyter apud Massiliam scripsit ad Claudianum, presbyterum Viennensem, librum unum expositionis extremæ partis in Ecclesiasten.

Simplicius papa.

A.D. 471. Simplicius. Anno gratiæ CCCCLXXI. [3]Simplicius sedit in cathedra Romana annis quindecim, mense uno, diebus septem, et cessavit sedes diebus sex.

Hilarius episcopus habetur insignis.

A.D. 472. Hilary bishop of Arles. Anno gratiæ CCCCLXXII. [4]Hilarius, Arelatensis ecclesiæ præsul, vir elemosinarius et paupertatis amator, in scripturis divinis doctus emicuit.

Aurelius cum Hengisto pugnavit.

A.D. 473. Battle of Wypeds-Fleot. Anno gratiæ CCCCLXXIII. Aurelius Ambrosius, Hengistum et Osricum filium suum, cognomento Æsc, in Cantia ad bellum provocans, duodecim cuneos Britonum ordinavit in loco qui postea [5]Wipedesflete dicebatur, ubi diu et acriter ex utra-

---

[1] *Tholosam.*] This expedition of Clovis took place in the following year, 508.

[2] *Salvianus presbyter.*] He died about 496. The work here attributed to him is considered to be spurious.

[3] *Simplicius.*] He died 27 Feb. 483.

[4] *Hilarius Arelatensis.*] He is said to have died in 449. See his life, Act. SS. Mai. ii. 24, and vii. 594.

[5] *Wipedesflete.*] The battle at Wypeds-Fleot, on the coast of Thanet, is by the Saxon Chronicle placed in the year 465, whilst the scene of the action of 473 is not recorded.

que parte pugnantes, sanguinem non minimum perfuderunt, sed victoria dubia et adeo lachrymabilis fuit, quod, multo postea tempore, nec Saxones fines Britonum, nec Britanni Cantiam intrare præsumerent. Saxones vero quendam principem magnum, Wipped appellatum, ibidem inter cæteros amittentes, locum belli ad memoriam ipsius Wipedesflete vocaverunt.

Anno gratiæ CCCCLXXIV. Claudianus, presbyter Viennensis, vir in rebus ecclesiasticis ad disputandum subtilis, floruit. A.D. 474.

Prosper contra Eutychen epistolam scripsit.

Anno gratiæ CCCCLXXV. Prosper, Aquitanicæ regionis, adversum Eutychen dictavit epistolas de vera incarnatione Christi et libero arbitrio male sentientem. A.D. 475.

Nota miraculum.

Anno gratiæ CCCCLXXVI. [1]Hilarius, Romæ urbis episcopus, prohibuit ne clerici laicali habitu uterentur, presbyteris etiam concubinas suas interdixit. Eodem tempore, dum Clodoveus, rex Francorum, contra Alemannos confligeret et ejus graviter exercitus læderetur, elevatis in cælum oculis, dixit, [2]'Domine Jesu Christe, quem uxor mea [3]Chrothildis colit, tuam opem devotus efflagito. Et si mihi in hoc certamine victoriam dederis, de certo credam et in tuo nomine baptizabor.' Quod cum dixisset, Alemanni in fugam acti sunt, et rex cum triumpho ad patriam re- A.D. 476. Pope Hilary I.

---

[1] *Hilarius.*] Another anachronism, since Hilary died in 468.

[2] *Domine Jesu.*] This is recorded by Gregory of Tours as happening in 496. See his works, edit. 1699, col. 82.

[3] *Chrothildis,*] or Clotildis; according to Herman. Contract. Rodhilde, or Bruodhilde, an. 495.

meavit. Tunc, adquisito sancto Remigio episcopo, baptizatus est cum omni gente sua.

Zeno imperator; Elle primus rex australium Saxonum ex Anglis venit in Britanniam.

A.D. 477. Anno gratiæ CCCCLXXVII. [1]Zeno, Romanum suscipiens imperium, annis septendecim regnavit.

Ella arrives in Britain. Eodem anno [2]Ella dux et tres filii ejus, Cymen, Plenting, et Cissa, in Britanniam venientes, in loco, qui postea a Cymene, Cymenshoara, id est, portus Cymenis, dicebatur, applicuerunt; egredientibus autem illis innumera Britonum turba convolarunt, et bellum illico inierunt. Sed Britones campum deserentes, ad proximum nemus, quod [3]Andreduswode dicebatur, fugati sunt. Saxones vero littora maris in Suthsexia occupantes, magis magisque sibi regionis illius spatia subjugarunt.

Nota matris pietatem.

A.D. 478. Cruelty of Zeno, emperor. Anno gratiæ CCCCLXXVIII. Zenon imperator Leonem filium suum interficere quærens, mater ejus pro eo alium ei similem obtulit, qui postea in clericatu usque ad Justiniani tempora perduravit.

Corpus Barnabæ apostoli repertum est.

A.D. 479. Discovery of the body of S. Barnabas. Anno gratiæ CCCCLXXIX. corpus Barnabæ apostoli, et evangelium Matthæi ejus stylo conscriptum, ipso revelante, repertum est.

---

[1] *Zeno.*] He died 9 April 491.

[2] *Ella dux.*] He landed at Cimenshore, near Wittering, between Arundel and Shoreham. See Carte's Hist. p. 198.

[3] *Andreduswode.*] Andredesleage. Sax. Chron.

Odoacer Romam subjugavit.

Anno gratiæ CCCCLXXX.[1] Odoacer, rex Gothorum, Romam obtinuit, quam ex eo tempore reges eorum diutius tenuere. A.D. 480. Odoacer the Goth.

Theodoricus Italiam occupavit.

Anno gratiæ CCCCLXXXI. Theodoricus, rex Gothorum, utramque Macedoniam Thessaliamque depopulatus est, et Italiam infestus occupavit. A.D. 481. Theodoric.

Anno gratiæ CCCCLXXXII. [2]Honoricus, rex Wandalorum Arrianus, exulatis in Africa trecentis et tribus episcopis catholicis, ecclesias eorum clausit, plebemque variis affecit suppliciis, et innumeram multitudinem pro fide veritatis peremit; et manus linguasque præcidens ut catholicæ confessionis loquelam auferet multa martyrum millia effecit. A.D. 482. Honoric.

Clodoveus in consanguineos sævit.

Anno gratiæ CCCCLXXXIII. Clodoveus, rex Francorum, [3]Regnacarium propinquum suum et fratrem ejus cepit et interfecit. A.D. 483. Cruelty of Clovis.

Nota cupiditatem Timothei.

Anno gratiæ CCCCLXXXIV. Timotheus, extincto [ab] Alexandrinis Protherio, aut voluit aut passus est ab uno episcopo, in loco occisi episcopi sese ordinari. A.D. 484.

Anno gratiæ CCCCLXXXV. Britones, duce Aurelio Ambrosio, convenerunt ad pugnam apud [4]Mercredesburne contra Elle et filios suos, et A.D. 485.

[1] *Odoacer.*] He was taken and put to death by Theodoric in 491. Aimo Floriac.

[2] *Honoricus.*] This monster died in 484, after a reign of nearly eight years.

[3] *Regnacarium.*] This event is recorded by Aimo and Hermannus as having occurred about the year 509.

[4] *Mercredesburne.*] So Sax. Chron. and Henry Huntingdon.

cum diu et acriter pugnam commisissent, Elle cum filiis suis, non sine dispendio Britonum, campum deseruit. Misit igitur Elle in patriam suam propter majorem copiam armatorum.

Felix papa.

A.D. 486. Felix II.

Anno gratiæ CCCCLXXXVI. [1] Felix sedit in cathedra Romana annis octo, mensibus undecim, diebus septendecim, et cessavit sedes diebus quinque.

Aurelius Saxones ad pugnam provocans victoriam adeptus est.

A.D. 487. Northern expedition of Ambrosius.

Anno gratiæ CCCCLXXXVII. Aurelius Ambrosius, maxima Britonum multitudine collecta, Saxones ad pugnam provocare disposuit. Exercitum itaquè suum [2] versus aquilonem dirigens, Hengistum cum suis Saxonibus trans Humbrum invenit. Hengistus vero cum adventum ipsius comperisset, perrexit audacter in obviam, et in campo, qui Maisbeli vocabatur, quo Aurelius erat transiturus, subitum atque furtivum impetum facere affectans, Britones non præmeditatos disposuit occupare; quod tamen Aurelium non latuit, nec idcirco campum distulit adire. Dispositis tandem in utraque parte catervis, congrediuntur acies, cruoremque non minimum utrobique diffundunt; hinc Britones, illinc Saxones, vulnerati moriuntur. Demum quoque cum Hengistus socios suos succumbere vidit Britonesque

Battle of Maisbely.

---

[1] *Felix.*] Felix II. He died 24 Feb. 492.

[2] *Versus aquilonem.*] The account of this northern expedition, with the successes of Ambrosius, and the death of Hengest, Wendover has taken from Geoffrey of Monmouth. Upon it the Saxon Chronicle is altogether silent; and Marianus Scotus and Will. Malmsbury seem to imply that Hengest died a natural death, according to the latter in 488, thirty-nine years after his first arrival in Britain. See Speed, Chron. 1611, p. 291.

prævalere, confestim diffugit, atque oppidum Kaerkonan, quod nunc [1]Cuningeburg appellatur, petivit. Sciens vero quod omne tutamen suum in gladio et hasta consisteret, oppidum intrare noluit, quia illud Aurelio resistere nequaquam æstimavit. Insequitur eum Aurelius, et quoscumque in itinere reperiebat, amputatis capitibus, ad tartara destinavit. Potitus itaque victoria Aurelius, Deum cæli ex intimo cordis affectu laudare non cessavit, qui sibi de hostibus triumphum concessit.

Aurelius ecclesias destructas reædificare fecit.

Anno gratiæ CCCCLXXXVIII. Aurelius Ambro- A.D. 488.
sius, cum per Britanniam hostes quærendo transitum faceret, invenit ecclesias ad solum usque destructas, unde vehementer condoluit. Accer- Piety of Ambrosius.
sitis itaque cæmentariis et lignariis, ædificia divina reparare curavit. Dispositis ergo in eis presbyteris et clericis, divinum obsequium ad statum debitum revocavit. At ubi profana deorum templa et idola invenit, a memoria hominum universa delevit; justitiam et pacem ecclesiis et viris ecclesiasticis observare præcepit, beneficia multa contulit, et orare pro regno et ecclesiæ statu omnibus imperavit.

Aurelius Hengistum bello victum cepit, ac decapitari præcepit.

Anno gratiæ CCCCLXXXIX. Aurelius Ambro- A.D. 489.
sius, epistolas ad universos Britanniæ fines dirigens, præcepit ut omnes, qui potuerunt arma movere, ad eum quamtotius convenirent, et paganos exterminare a Britanniæ finibus laborarent. Congregatis igitur omnibus, promovit exercitum

[1] *Cuningeburg.*] Conisborough. See Gibson's Camden, ii. 82.

Battle of the Don.

Ambrosius versus aquilonem, et Hengistum cum Saxonibus super flumen, quod Don appellatur, aciebus ad bellum instructis, invenit. Quid multa? Concurrentibus hinc et inde catervis, acerrimam commisere pugnam, cruoremque non minimum utrobique diffundunt. Dumque in hunc modum diutissime decertassent, dux Claudiocestriæ Eldol, cui ardens inerat desiderium cum Hengisto congrediendi, cum phalange cui præerat cuneos penetrans, cepit Hengistum per nasale cassidis, summisque utens viribus ipsum infra concives suos pertraxit; 'Desiderium meum,' inquit, 'hodie adimplevit Deus; victoria enim nobis in manu est.' Diffugerunt itaque Saxones quo impetus quemque ducebat, quos Aurelius fugientes insequens, immisericorditer trucidavit. Octa vero, filius Hengisti, cum majori multitudine Eboracum, Eosa autem urbem [1]Alclud, petierunt. Ut igitur Aurelius triumphavit, cepit urbem Conani, et ibidem tribus diebus moratus est; post hæc, convocatis ducibus, præcepit decernere quid de Hengisto fieri debuisset. Surgens itaque Eldadus, episcopus Claudiocestrensis et frater Eldol ducis, jussit omnes tacere, [et ait,] 'Etsi omnes istum liberare vellent, ego eum in frusta conciderem. Samuel namque propheta, cum Agag regem Amalech in bello cepisset, mactavit illum in frusta, dicens, 'Sicut fecisti matres sine liberis, sic faciam matrem tuam hodie sine liberis inter mulieres;' similiter facite de isto qui alter Agag exstitit.' Accepto itaque Eldol gladio duxit eum extra urbem, et amputato capite ad tartara direxit. [2]Successit ei Osric filius ejus, cognomento Æsc, super gentem Sax-

Death of Hengest.

His successor.

[1] *Alclud.*] Supposed to be Dumbarton.

[2] *Successit ei Osric.*] See Beda, § 101, and Hasted, Hist. Kent, xxx.

onum in Cantia, a quo reges Cantiæ usque hodie 'Aeskynges' vocantur. Dederat namque Vortigernus provinciam illam Hengisto pro filia sua, ut [1]superius relatum est, et sic eam annis viginti quatuor, quasi jure hæreditario, possidebat.

Ut Octa misericordiam impetraverit.

Anno gratiæ CCCCXC. Aurelius Ambrosius exercitum suum duxit ad Eboracum, ut Octam filium Hengisti expugnaret. Cumque civitatem obsedisset, dubitavit Octa urbem contra tantam multitudinem retinere; communicato itaque salubri consilio, egressus est cum nobilibus qui secum erant, et sese suosque regi in hæc verba præsentavit, 'Victi sunt dii mei, Deumque tuum regnare non hæsito, qui tot nobiles ad te venire compellit. Accipe ergo nos, et nisi misericordiam adhibueritis, ad quodcunque supplicium voluntarie paratos.' Motus igitur pietate Aurelius, ut erat pius, misericordiam habuit de eis. Exemplo etiam Octæ venit Eosa, cæterique qui diffugerant, et misericordiam impetrarunt; dedit ergo eis regionem [2]prope Scotiam, et fœdus cum eis confirmavit. Deinde perrexit ad monasterium Ambri, prope Kaercaradee, quæ nunc Saresbiria dicitur, ubi principes defuncti jacebant, quos Hengistus prodiderat, et pietate commotus in lachrymas resolutus est. Deliberans ergo apud se, ut locum, quo tot nobiles jacebant, memorabilem faceret, jussit Merlinum vatem diligenter quærere, ut consilio ipsius, quæ desiderabat, implere potuisset. Ut Merlinus ad regis præsentiam perductus fuisset, exposuit ei de morte nobilium memoratorum, quomodo prodiderant eos Saxones, et quod voluit locum honore

A.D. 490. Ambrosius besieges York.

Eosa surrenders himself.

[1] *Superius.*] Compare with p. 7.

[2] *Prope Scotiam.*] Supposed to have been Galloway. See Holinshed, part ii. p. 84.

debito venerari. Tunc Merlinus, aliquantulum in extasi mentis positus, tandem respondit, dicens, 'Si volueris, domine mi rex, opere perpetuo sepulturam decorare, mitte pro [1]chorea gigantum, Stonehenge. quæ est in [2]Killarao, monte Hiberniæ, ubi talis est lapidum structura qualem nemo hujus ætatis oculis prospexit. Grandes sunt lapides et mirabiliter collocati, qui, si eo modo hic quo ibi sunt positi locati fuerint, stabunt in æternum, et memorabilem facient sepulturam.' Ad hæc Aurelius in risu solutus Merlino respondit, 'Numquid lapides Hiberniæ meliores sunt lapidibus istius regionis, ut ex tam longinquo ad Britanniam veherentur?' Ad quem Merlinus, 'Ne vanum, rex, moveas risum; nam mystici sunt lapides, et ad diversa medicamenta salubres. Gigantes eos olim adportaverunt ex ultimis finibus Africæ regionis illic, ut balnea infra ipsos conficerent, cum variis infirmitatibus gravarentur. Lavabant namque lapides cum variis herbarum confectionibus et fundebant in balnea, unde curabantur ægroti; nec est ibi lapis qui careat Expedition of Uter and Merlin. medicina.' Cumque hæc audissent Britones, pro lapidibus mittere decreverunt; eligitur ergo Uter frater regis, cum quindecim millibus armatorum, qui, si ab aliquo impedirentur, prælio lapides adportarent; eligitur et Merlinus, ut ipsius ingenio omnia agerentur. Paratis igitur navibus mare ingrediuntur, et velis prosperis in Hiberniam pervenerunt. Cumque [3]Gillomannius rex Hiberniæ adventus eorum causam cognovisset, adstantibus dixit, 'Armate vos viri, ar-

[1] *Chorea gigantum.*] See Camden, i. 420.

[2] *Killarao.*] For an account of the scene of this transaction from Giraldus Cambrensis and others, 'plane anilis' although he calls it, the reader is referred to Ussher, p. 242.

[3] *Gillomannius,*] or Gillomaurus. Ussher, p. 242.

mate, quia, dum mihi vita inerit, non auferent a nobis etiam minimum choreæ lapillum.' Nec mora, congrediuntur partes, sed victoria Britonibus cessit. Deinde Killaraum montem adeuntes, structuram lapidum in vanum deponere laborabant; deficientibus autem cunctis subrisit Merlinus, suasque machinationes conficiens, levius quam credi potest lapides deposuit, navibusque imposuit, et cum gaudio in Britanniam perduxit. Quod cum Aurelio indicatum fuisset, venit cum episcopis et abbatibus et aliis magnatibus in montem Ambri, ubi in die Pentecostes coronam portavit, et duabus ecclesiis metropolitanis pastores instituit, concedens sedem Eboraci sancto [1]Sampsoni viro illustri, [2]Dubritio quoque urbem Legionum. Cumque hæc et alia ibidem peregisset, præcepit Merlino lapides circa sepulturam nobilium erigere; qui præceptis ejus obediens, eodem modo quo in Killarao monte positi fuerant, mirabiliter collocavit.

Eodem anno, [3]Idatius, Libitanæ Hispaniarum urbis episcopus, chronica sua, a primo Theodosii consulatu inchoata, hucusque perduxit. [4]Gennadius etiam de viris illustribus librum suum hoc anno terminavit. Idatius.

[1] *Sampsoni.*] He was ordained bishop by Dubricius without any see, was afterwards consecrated archbishop of York, and at length, driven from England, passed over, with many others, into Bretagne, where he appears to have died archbishop of Dol. See Capgrave, Nov. Leg. cclxxvi. and Ussher, pp. 40, 277.

[2] *Dubritio.*] The history of Dubricius is full of difficulty. Before his advancement to the see of Chester he is said to have been bishop of Landaff. John of Tinemouth affirms him to have been consecrated archbishop by Germanus and Lupus, at the recommendation of Ambrosius. In the Assertio Arturii, by Leland, app. i. p. 30, that hero is said to have enjoyed his friendship and benefited by his prayers at the battle of Bannesdon. See his life by Capgrave, Nov. Leg. lxxxvii. See also Ussher, pp. 39, 43, 239.

[3] *Idatius.*] His chronicles, so far as they now remain to us, extend only to 467.

[4] *Gennadius.*] Of Marseilles. He is said to have died before the year 495.

De sancto Patricio Hibernensium doctore.

A.D. 491. Death of S. Patric.

Anno gratiæ CCCCXCI. sanctus Patricius, secundus Hiberniæ archiepiscopus, anno ætatis suæ centesimo vigesimo secundo [1]in Domino quievit. De cujus sanctitate et miraculis multa leguntur insignia; nam per annos quadraginta prædicabat virtutes apostolicas, dum cæcos illuminabat, surdos audire faciebat, dæmonia ab obsessis corporibus fugabat, incarceratos propriis sumptibus redemptos liberabat, mortuos novem divina virtute præditus suscitabat. [2]Abgetoria quoque trecenta quadraginta quinque et eo amplius scripsit, totidem episcopos ordinavit, presbyteros autem tria millia necnon et duodecim millia hominum in regione Connacta ad fidem Christi convertit; reges septem, qui erant filii Amolgith, in uno die baptizavit, quadraginta diebus totidemque noctibus in cacumine collis [3]Hely jejunavit, ubi tres petitiones pro his Hibernensibus, qui fidem Christi susceperant, postulavit; primo petiit, ut unusquisque susciperet pœnitentiam, licet in extremo statu vitæ; secundo, ne ab infidelibus consumeretur in æternum; tertio, ne supervivat aliquis Hibernensium in adventu Judicis, quia delebitur per orationem sancti Patricii septem annis ante judicium. In illo autem colliculo benedixit populum Hiberniæ, et ideo ascendit, ut oraret pro eis et videret fructum laboris sui. Vene-

His acts.

[1] *In Domino quievit.*] S. Patric, according to Malmsbury, died in 472, at the age of 111. Wendover probably takes his account from the tradition that the saint came to Glastonbury in 449, and lived there thirty-nine years, which would give the date of his death, 488. See Malmsb. Gest. Reg. ed. E. H. S. p. 36, *note*.

[2] *Abgetoria,*] or elementary tables. For an explanation of the word see Nennius, E. H. S. § 54, *note*.

[3] *Hely,*] or Cruachan Eile, in Connaught, called since 'Cruach-Phadruig,' or Patric's tomb. Nennius, § 54.

runt etiam ad eum ibi aves multicoloris innumerabiles ut benediceret eas, quæ, ad interpretationem sancti, significant omnes sanctos utriusque sexus Hibernensium pervenire ad eum in die judicii ad patrem et magistrum suum, ut sequantur illum ante Deum. Quatuor modis coæquantur [1]Moses et Patricius; primo, angelo sibi colloquente in rubo igneo; secundo, in monte quadraginta diebus et noctibus jejunavit; tertio, similes fuerunt ætate centum viginti duorum annorum; quarto, quia sepulchrum ejus non invenitur, sed in occulto humatus est, nemine sciente. In pueritia autem, cum esset natione Hibernensis a patre, cum duabus sororibus suis in Scotiam venditus est cuidam homini, qui [2]Cuulcu dicebatur, et porcarius illius erat. Denique septimo decimo ætatis suæ anno a captivitate ad patriam suam reversus est, et nutu Dei sacris literis eruditus, atque tandem Romam veniens, ibidem tempus suum protrahebat donec eruditior haberetur, sanctasque percurrens scripturas divina mysteria penetravit. Dumque ibidem moraretur, missus est Palladius episcopus a papa Cælestino ad Scotos in Christum convertendos; qui verbum Dei primo in Scotia prædicans, tandem Britanniam pervenit, et in terra Pictorum defunctus est. Audita vero morte Palladii, Patricius, Theodosio et Valentiniano imperantibus, a papa Cælestino ad partes occiduas missus est, ut vexillum sanctæ crucis gentibus prædicaret. Cumque ad Britanniam pervenisset, prædicavit ibi verbum Dei, et a gentibus regionis illius cum gaudio gratanter susceptus est. Deinde ad Scotos se conferens,

Patric sent into Britain.

[1] *Moses et Patricius.*] See also scholia quoted by Ussher, Nennius, § 55, *note.*

[2] *Cuulcu,*] or Milchu, king of Dalraida, in Ireland. Act. SS. Mart. ii. 525.

prædicavit quod verbum Dei non potuit alligari.

Is ordained bishop.

Tandem [1]a Matthæo, per mirabilem archiepiscopum, ad episcopalem gradum promotus, nomen 'Patricius' in ordinatione suscepit, nam Mannus antea vocabatur. Ordinati sunt etiam cum eo [2]Ausilius et Iserninus, et cæteri nonnulli ad ordines inferiores, ut, sub ipso, Domino ministrarent. Tunc, accepta benedictione in nomine sanctæ Trinitatis, navem ascendit, et perveniens ad Britanniæ insulam, prædicavit ibi [3]multis diebus. Deinde ad Hiberniam cum [4]thesauris spiritualibus transcendens baptizavit eos, et annis octoginta ibi prædicavit, ubi tandem ad culmen religionis provectus, ut relatum est, in senectute

His death.

bona, et virtutibus insignis, in Domino quievit.

Ut Elle rex Andredcestriam cepit.

A.D. 492.

Anno gratiæ CCCCXCII. Elle, qui regionem australium Saxonum, ut [5]supra dictum est, occupaverat, venit ex partibus Germaniæ militare

Siege of Andred-ceaster.

ducens subsidium, cujus fretus auxilio [6]Andred-

---

[1] *A Matthæo.*] In all MSS. as in the lives of S. Patric published by Colgan, the greatest contradiction prevails respecting the name of this individual; by some he is called Matthæus rex, by others Amator and Amatorex: Baronius thought that Amator, bishop of Auxerre, was intended, but, as appeared to Ussher, without foundation. From these conflicting opinions, it is thought advisable to leave the text precisely as it occurs in the manuscript. See Ussher, pp. 436, *seqq.* where he quotes a MS. of Wendover.

[2] *Ausilius et Iserninus,*] or Auxilius and Iserinus. The arrival of these with Secundinus is placed by the Ulton and Tigernach annals in the year 439, and by the Inisfal. in 440. For an account of a synod said to have been held by them and S. Patric, see Spelman, Concil. i. 52, and O'Connor, Rer. Hib. Script. i. Indic. ad Prolegom.

[3] *Multis diebus.*] Nennius reads 'non multis diebus,' which Ussher thinks should be retained. Anselm (inter Acta S. Guigneri, opp. p. 508,) affirms that he preached during this visit in Cornwall. Ussher, p. 439.

[4] *Thesauris.*] The nature of these treasures is mentioned by Josceline in his life of S. Patric, Act. SS. Mart. ii. 524, *seqq.*

[5] *Supra dictum est.*] In the year 477.

[6] *Andredcestriæ.*] This account

cestriæ urbem munitissimam obsedit; quo audito, convenerunt undique Britones quasi apes, et, assilientibus Saxonibus a tergo semper adsistentes, cum viris sagittariis hostes acriter infestabant. Dimissis ergo mœnibus, pagani gressus et arma dirigebant in eos; at Britones, pedum velocitate illis præstantiores, silvas petebant, atque iterum ad mœnia tendentibus paganis, rursum a tergo infestabant. Hac arte Saxones diutius fatigati, stragem non minimam sunt perpessi. Tunc Saxones, exercitum in duas partes dividentes, partem unam mœnibus civitatis et alteram ad debellandum Britones assignarunt; cives vero diuturna fame contriti, cum jam pondus infestantium paganorum diutius ferre nequivissent, omnes in ore gladii perierunt, et civitatem illam hostes penitus deleverunt. Locus itaque civitatis usque hodie transeuntibus ostenditur desolatus. Mansit ergo ibidem Elle cum tribus filiis suis, et regionem illam, quæ usque hodie Anglice 'Sutsexe,' Latine autem 'Regio Australium Saxonum' dicitur, colere cœpit.

Citizens put to the sword.

Anno gratiæ CCCCXCIII. [1]Anastasius Romanum sumens imperium, annis viginti quinque imperavit. Et sciendum est, quod anno, quo Zeno mortuus est, Anastasius imperare cœpit. Erant anni secundum Romanos [ab Adam] quinque millia nongenti octoginta novem, et secundum supputationem Alexandrinorum quinque millia nongenti octoginta tres.

A.D. 493. Anastasius emperor.

---

of the siege of Andred-ceaster is taken from Henry Huntingdon, Scriptt. post Bed. p. 312. In the Saxon Chronicle it is placed in the year 490. Holinshed speaks of Andredeschester, as a place where Roman coins were found, but 'now decaied.' Descript. Engl. p. 217.

[1] *Anastasius.*] He was crowned emperor on 11 April 491, according to the generally received authorities, and died early in July 518.

Ut Certic, primus rex occidentalium Saxonum, venit in Britanniam.

A.D. 494. Gelasius pope.

Anno gratiæ CCCCXCIV. [1]Gelasius sedit in cathedra Romana annis quatuor, mensibus octo, et diebus novendecim. Eodem tempore Certic, et filius ejus Kineric, cum quinque navibus in Britanniam applicuerunt, in loco qui postea de nomine ejus [2]'Certichesora,' id est, portus Certic, dicebatur; quo die convenit universa multitudo regionis contra eos, et pugnam viriliter commiserunt. Saxones vero coram navibus immobiliter stabant, donec noctis tenebræ litem dirimebant; inventis autem Saxonibus asperis, Britanni sese subtraxerunt, et pagani in terra hostili, non sine frequentibus bellis incolarum, littora maris ibidem magis ac magis occupare cœperunt. Ab isto quoque Certic reges occidentalium Saxonum originem habuerunt.

Arrival of Cerdic and Kenric.

Nota hæreticum.

A.D. 495. Acatius, heretic.

Anno gratiæ CCCCXCV. Anastasius imperator Acatium hæreticum et damnatum revocare cupiens, Romani non consenserunt. Erat autem Constantinopolitanus episcopus, sed Deo et sanctæ ecclesiæ effectus est odiosus.

Acatius hæreticus fulmine periit.

A.D. 496. Pascentius returns to Britain.

Anno gratiæ CCCCXCVI. hæreticus Acatius memoratus fulmine ictus periit. Per idem tempus [3]Pascentius filius Vortigerni, qui in Germaniam,

---

[1] *Gelasius.*] He died 19 November 496.

[2] *Certichesora.*] Camden and others place this at Cerdicsand, near Yarmouth in Norfolk, but Carte, with greater probability, imagines it to have been in Hampshire. See also Turner's Hist. Angl. Sax. i. 98, *notes.* Carte, Hist. p. 199.

[3] *Pascentius.*] The accounts contained in this and the following chapters are taken from Geoffrey of Monmouth, viii. 13, *seqq.*

ut superius relatum est, diffugerat, in manu valida et armata, in aquilonali parte Britanniæ applicuit, ut sese ac patrem suum in Aurelium regem Britonum vindicaret. Cumque regi nuntiatum fuisset, collegit exercitum et obviam perrexit; qui ultro ad prælium venientes pugnam commiserunt, sed Pascentius tandem victus est, et in fugam propulsus.

De morte Aurelii regis Britanniæ.

Anno gratiæ CCCCXCVII. Pascentius memoratus, ad Gillomannium regem Hiberniæ se conferens, postulavit auxilium, ut se in Aurelium vindicaret; Gillomannius vero, quia Aurelius Choream gigantum ab Hibernia violenter adportaverat, auxilium promisit. Paratis itaque navibus ascenderunt eas, et velis prosperis in urbe Menevia appulerunt; quo divulgato, Uther frater Aurelii, quia et ipse infirmus jacebat, contra Gillomannium et Pascentium in Cambriam perrexit. Sed Pascentius antequam pugnam cum Uther fratre regis iniret, cum Aurelium infirmari cognovisset, corrupit quendam Saxonicum, Eopam nomine, donariis multis, ut [1]Aurelium regem veneno perdere procuraret. At proditor ille, habitum monachi suscipiens, versus Wintoniam iter arripuit; postremo urbem ingressus et se medicum fingens regiis ministris obsequium suum obtulit, qui nihil potius quam medicum expectabant; qui tandem ad regis præsentiam perductus venenum ei porrexit, quo hausto, præcepit illi nefandus proditor ut dormiret, recepturus illico sanitatem; nec mora, illabente per poros corporis et venas veneno, mors pariter subsecuta est.

A.D. 497. Applies to Gilloman for aid.

Death of Ambrosius.

[1] *Aurelium regem.*] In the German Chronicle compiled by Mutius, Ambrosius is said to have fallen in battle in the time of the emperor Zeno. Ed. Pistor. p. 84.

Deinde proditor ille, latenter elapsus, a curia recessit. Sed dum Wintoniæ ista gererentur, Gillomannius et Pascentius in Cambria contra Uther fratrem regis pugnam acerrime commiserunt. Sed tandem invaluit Uther, et, interfectis Gillomannio atque Pascentio, victoriam reportavit. His ita gestis, apparuit stella miræ magnitudinis et claritatis, uno tantum radio contenta, ad cujus radium erat globus igneus in similitudinem draconis extensus, et ex ore ejus duo radii procedebant, quorum unus longitudinem suam ultra Gallicana climata extendere videbatur, alter vero versus mare Hibernicum vergens, in septem radios minores terminabatur. Hoc sidere viso, Uther, nimio terrore percussus, sapientes suos sollicitabat, ut, quid stella portenderet, indicarent; qui respondentes dixerunt, 'Te quidem sidus et igneus draco sub sidere significat; radius autem, qui versus Gallicanam plagam porrigitur, portendit filium tibi futurum potentissimum, qui plurima regna, quæ sidus contegit, possidebit; alter vero radius filiam innuit, cujus filii et nepotes regnum Britanniæ succedenter habebunt. Festina ergo, dux nobilissime, festina; defunctus est ille frater tuus, rex Britonum inclytus Aurelius Ambrosius, cum quo simul militia et gloria Britonum exspiravit.' Nec mora, venerunt nuntii casum regis indicantes, et ipsum jam ab episcopis et abbatibus regni regio more sepultum infra Choream gigantum, quam ipse fieri imperavit.

De coronatione Utherpendragon.

A.D. 498. Anno gratiæ CCCCXCVIII. [1]Anastasius sedit in cathedra Romana anno uno mensibus undecim

[1] *Anastasius.*] He died 17 November 498.

et diebus viginti quatuor. Per idem tempus, Uther, frater Aurelii regis Britonum defuncti, audito casu fratris, cum festinatione Wintoniam venit, et convocato populo regni et clero Britanniæ diadema suscepit. Reminiscens itaque de sidere supradicto, jussit fabricari duos dracones ex auro, ad similitudinem draconis quem in radio stellæ inspexerat, et unum in ecclesia primæ sedis Wintoniæ obtulit, alterum vero sibi retinuit in prælio deferendum. Ab illo ergo tempore vocatus fuit Britannice 'Utherpendragon,' Anglice 'Uthred-drake-hefed,' Latine vero 'Uther caput Draconis;' unde usque hodie mos inolevit regibus terræ hujus, quod pro vexillo Draconem in bellicis expeditionibus ante se statuerint deferendum.

Coronation of Uther-pendragon.

Sub his diebus, Octa filius Hengisti, atque Eosa cognatus suus, cum soluti essent a fœdere quod Aurelio pepigerant, moliti sunt regi Uther bellum movere et suos fines dilatare. Maxima igitur Saxonum multitudine stipati aquilonales Britanniæ provincias invaserunt, et munitiones ab Albania usque ad Eboracum penitus destruxerunt. Postremo cum urbem Alclud obsidere incepissent, supervenit Utherpendragon cum tota fortitudine regionis, et cum illis pugnam commisit. Restiterunt viriliter Saxones et Britones in fugam propulerunt, insecutique sunt eos pagani usque ad montem [1]Danet. Dum sub sole dies emicuit occupaverunt montem Britones, illumque pro refugio habuerunt, quid agerent ignorantes. Tandem salubri consilio decreverunt nocturnum in hostes impetum facere, atque ipsos soporatos et inermes occupare; statuti itaque per turmas et armati, castra hostium petunt, eosque acriter invadunt; qui ita ex improviso occu-

Rising of Octa and Eosa.

They defeat the Britons.

[1] *Danet.*] Damen, Geof. Monm. viii. 18.

pati inutiliter prælium reddiderunt, cum cæteri ex
Are taken prisoners. præmeditatione audaciam recepissent; tandem sunt capti Octa atque Eosa, et Saxones penitus dissipati. Denique omnibus pacificatis rex Londonias perrexit, Octam quoque et Eosam ibidem in carcere servari fecit. Festo etiam Paschali imminente jussit proceribus regni ibidem convenire, ut, sumpto diademate, sanctum diem honore debito celebraret. Paruerunt illico cuncti, et rex festivitatem cum gaudio celebravit.
Gorlois duke of Cornwall. Aderat inter cæteros nobiles Gorlois, dux Cornubiæ, cum uxore sua Igerna, cujus pulchritudo omnes mulieres Britanniæ superabat; quam rex cum inspexisset, subito incaluit amore illius, et illi soli aurea pocula incessanter et fercula dirigebat; quod cum maritus ejus comperisset, iratus valde sine licentia a curia recessit. Rex itaque valde indignatus, Cornubiam cum festinatione petivit, in urbes ejus et oppida ignem accumulans; ad ultimum cum ad oppidum [1]Dimilioth pervenisset, comitem obsessum ad prælium provocavit. Comes vero inconsulte agens, oppidum egressus est; sed inter primos corruit lethaliter vulneratus, et socii ejus penitus sunt
Uther marries Igerna. dissipati. Rex vero, post mortem illius, uxorem ejus duxit matrimonio copulatam, genuitque ex ea filium et filiam; filius autem Arthurus dicebatur, [2]filia vero Anna. Sed Arthurus, ut celebris haberetur, mira probitate promeruit.

Duo apostolici consecrantur.

A.D. 499. Symmachus pope. Anno gratiæ CCCCXCIX., mortuo papa Anas-

[1] *Dimilioth.*] Near Tintagell castle.

[2] *Filia vero Anna.*] As the foregoing story appears to rest solely upon the authority of Geoffrey of Monmouth, it is not difficult perhaps to say what credit is to be attached to it. Whether such a person as Uther-pendragon ever existed, and if so what was his relationship to Ambrosius and Arthur, is a mystery that remains yet to be solved. See Rapin, i. p. 37, and Speed, p. 315.

tasio, in sede apostolica duo consecrantur, Symmachus videlicet atque Laurentius. Et cum inde magna dissensio Romæ haberetur, decrevit senatus Romanus ut ambo pergerent ad regem Italiæ Theodoricum; quod cum factum fuisset, adjudicavit rex, ut qui prius fuit ordinatus, et cui major pars populi faveret, sedem apostolicam obtineret. Tunc Symmachus, in sede confirmatus, Laurentium in Micena ecclesia episcopum ordinavit; sed post annos tres accusatus est Symmachus, et Laurentius revocatus. Tunc Symmachus, synodo congregata centum et quindecim episcoporum, a crimine sibi objecto coram omnibus se purgavit; et tunc iterum projectus est Laurentius et [1]Symmachus vocatus.

Nota novum episcopatum.

Anno gratiæ D. Clodoveus, rex Francorum, ecclesiæ Remensi multa prædia contulit. Remigius, multa earum parte data ecclesiæ Laudunensi, sedem episcopatus ibi esse constituit. A.D. 500. Bounty of Clovis I.

Unde Porthesmuthe.

Anno gratiæ DI. Port et duo filii ejus, Bleda et Magla, cum duabus navibus applicuerunt in Britannia, in loco qui de nomine Port [2]' Portesmuth' nomen accepit. Porro, ducem regionis illius expellentes, maris littora occuparunt, et locum illum desertum inhabitare cœperunt. A.D. 501. Arrival of Port and sons.

Anno gratiæ DII. Symmachus patricius et gener ejus Boetius omnium liberalium artium libros de Græco in Latinum transtulerunt. A.D. 502.

---

[1] *Symmachus.*] He died 19 July 514, having occupied the papal chair fifteen years and eight months.

[2] *Portesmuth.*] Saxon Chron. where it is not, however, said that the place was so called from the Saxon leader. Carte thinks that the place of their landing was at Portland, or Portesham, near Abbotsbury in Dorsetshire. Hist. i. 199.

Nota ultionem Trinitatis.

A.D. 503. Anno gratiæ DIII. in Africa [1]Olympus quidam insanissimus, dum in balneis sanctam Trinitatem blasphemaret, ignito jaculo cælitus superveniente, combustus est.

Nota baptismum hæretici.

A.D. 504. Deuterius. Anno gratiæ DIV. Constantinopolim dum [2]Deuterus, Arrianus episcopus, quendam nomine Barbam baptizaret, et male distinguens Trinitatem diceret, 'Baptizo te, Barba, in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto,' aqua disparuit.

Nota cujusdam sophisma.

A.D. 505. Alamundarus king of the Saracens. Anno gratiæ DV. [3]Alamundus, rex Saracenorum, ab orthodoxis baptizatus, cum eum vellent Eutychiani seducere, refellit eos hac fabulosa inductione, dicens, quod literas acceperat de morte archangeli Michaelis; illique responderunt hoc impossibile esse, eo quod angeli sint impassibilis naturæ. 'Quomodo ergo,' inquit, 'secundum vos nudus crucifixus est Christus, nisi duarum naturarum esset, quandoquidem nec angelus mortuus est?'

Nota de 'Gloria in excelsis.'

A.D. 506. Anno gratiæ DVI. Symmachus papa [4]instituit, omni die Dominico vel martyrum natalitio, 'Gloria in excelsis' ad missas canere, quem hymnum Thelesphorus papa nocte tantum natalis Domini cantari instituit, et in eo angelorum verba ea, quæ sequuntur, adjecit.

---

[1] *Olympus quidam.*] See Joan. Damascen. de Imagin. Orat. 3, in edit. le Quien, i. p. 376.

[2] *Deuterus,*] or Deuterius of Constantinople. This miracle, as also the former one, is recorded by Theodorus, in Hist. Eccl. See Baronius, ix. p. 58.

[3] *Alamundus,*] or Alamundarus. This account is given by Baronius, from Theodorus, in Hist. Eccl. ix. p. 136. Paulus Diaconus and others relate the same story.

[4] *Instituit.*] This is taken from Sigebert, ed. Pist. p. 727.

Anno gratiæ DVII. floruerunt in Britannia sanctus Samson, archiepiscopus Eboracensis, et Dubritius, archiepiscopus urbis Legionum. A.D. 507.

Sedit Romæ papa Hormisda.

Anno gratiæ DVIII. [1] Hormisda sedit in cathedra Romana annis novem, diebus septendecim, et cessavit sedes diebus sex. Eodem tempore, Certic et filius ejus Kineric, Britones ad prælium provocaverunt; infirmabatur enim Uther rex Britonum, nec se potuit in latus aliquod declinare; unde ducem [2] Nathanlioth principem militiæ Britonum ordinavit. Convenientibus autem Saxonibus et Britonibus pugnam acriter commiserunt; sed Saxones, aciebus Britonum perforatis, ducem Nathanlioth peremerunt. Corruerunt etiam cum eo ex Britonibus quinque millia virorum, et Saxones cum victoria recesserunt. A.D. 508. Hormisda pope. Natanleod, the British general, slain.

Octa et Eosa de carcere evaserunt.

Anno gratiæ DIX. custodes carceris, quo Octa et Eosa tædiosam agebant vitam, donariis corrupti, fugerunt cum eis in Germaniam, atque cum classe maxima in exitium Britanniæ redierunt. Commisit itaque rex Uther exercitum Britanniæ [3] Loth consuli Leil, viro strenuissimo, quia ipse invalitudine maxima tenebatur. Cumque in hostes progressum fecisset, multoties ab eis repulsus est, quia Britanni noluerunt ipsius consiliis obedire. A.D. 509. Octa and Eosa escape. Loth the British general.

[1] *Hormisda.*] He died the 6th of August 523.

[2] *Nathanlioth.*] The victory over Natanleod in this year is recorded in the Saxon Chronicle, but Uther's name does not occur. Natanleod is styled king, and by H. Huntingdon 'Rex maximus Britannorum.' See Ussher's ingenious solution of this difficulty, p. 249.

[3] *Loth.*] He is called by Geof. Monm. 'Lot de Londonesia,' and is said by the same authority to have married Anna, the daughter of Uther by Igerna wife of the duke of Cornwall. Hist. viii. 21.

A D. 510. Anno gratiæ DX. Anastasius imperator [1] Lodovico Francorum regi, literas de consulatu misit et coronam auream lapidibus pretiosis decoratam, et ex illa die consul est appellatus.

Ut Saxones ecclesias Britanniæ destruxerunt.

A.D. 511. Ravages by the Saxons. Anno gratiæ DXI. videntes Saxones, qui Britanniam inhabitabant, Utherpendragon regem gravi infirmitate oppressum, convenerunt omnes in unum, ut insulanos a finibus suis expellerent et junctis viribus fertilem patriam sibi in perpetuum subjugarent. Perlustrantes itaque quasque provincias, cum neminem sibi resistere cognovissent, totam fere insulam a mari usque ad mare devastare cœperunt; nec prælatis ecclesiarum vel rebus ecclesiasticis parcentes, Christianitatem pæne totam in insula deleverunt. Insulani autem regem infirmum deserentes, ad montium abrupta et silvarum latibula confluxerunt, quia nimirum fallere non potuit proverbium illud antiquum, quo dicitur, quod, 'Capite infirmato, cætera membra dolent.'

Ut Uther, portatus in lectica, Saxones vicerit.

A.D. 512. Opposed by Uther, Anno gratiæ DXII. rex Britonum Utherpendragon, de regni subversione et ecclesiæ sanctæ oppressione vehementer commotus, convocatis omnibus regni sui magnatibus, acriter eos de superbia et segnitie increpavit. Convitia etiam multa cum opprobriis inferens, juravit quod ipsemet illos in hostes conduceret, ut animos omnium ad statum et audaciam pristinam revocaret. Præcepit ergo feretrum sibi fieri quo portaretur, cum alterius modi progressum infirmitas dene-

[1] *Lodovico.*] The same with Clovis I. He is frequently mentioned by Herm. Contract. as 'Lodovicus, qui et Clodoveus, rex Francorum.' Ed. Pistor. i. p. 170.

garet; imposito itaque rege, cum tota fortitudine regni Verolamium perrexit, ubi jam nefandi Saxones universam patriam affligebant. Cumque edocti essent Octa et Eosa de adventu Britonum, regemque eorum in feretro advenisse, dedignati sunt cum illo præliari, quia in vehiculo veniebat; receperunt se itaque infra urbem, et valvas, ut qui nihil timebant, deseruerunt apertas. At Uther jussit ocius civitatem obsidere et mœnia undique complanare, stragemque non minimam Saxonibus inferentes, mœnibus subversis, jam essent ingressi, nisi demum resistere perstitissent. Mane autem facto egressi sunt Saxones, catervis dispositis, Britones ad prælium provocantes; restiterunt audacter Britones, invadunt viriliter Saxones, et necem mutuam utrobique conficiunt; postremo victoria regi Britonum cessit, interfectisque [1]Octa et Eosa, cæteri Britonibus terga dederunt. Cepit ergo inde tanta lætitia regem, ut, qui prius sine alterius adminiculo se erigere nequiret, levi conamine [jam resedit] in loculo, ac si sanitatem pristinam recepisset.

who attacks St. Alban's.

Papa Johannes.

Anno gratiæ DXIII. [2]Johannes sedit in cathedra Romana annis duobus et mensibus novem. Eodem anno virgo S. [3]Genovefa Parisiensis octogenaria transiit ad Dominum.

A.D. 513. Pope John I.

---

[1] *Octa et Eosa.*] Sigebert. Gemblac. gives this account of the battle of S. Alban's almost in the same words as we find it recorded by Geoff. Monm. but places it in the year 466. Chron. ed. Pist. p. 721.

[2] *Johannes.*] The chronology of this and the following popes is strangely incorrect, although the duration of their office agrees entirely with the received accounts. John is again mentioned below, in 520. He died 18 May 526.

[3] *Genovefa.*] Sigebert places her death in 512; Gregory of Tours, 3 Jan. 509, Lib. de gloria Confessorum, inter opp. col. 973. See also Surius and Acta SS. Jan. iii.

De morte Elle regis australium Saxonum.

A.D. 514. Arrival of Stuph and Withgar.

Anno gratiæ DXIV. venerunt nepotes Certich, Stupha et Withgarus, cum [1]duabus navibus in Britanniam, et applicuerunt in [2]occidentali parte Britanniæ. Venerunt igitur duces Britonum contra eos ad prælium, sed fortitudo eorum illico dissipata est. Facta est fortitudo Certich terribilis valde; nempe, universam insulam hostiliter pertransiens, vix invenit qui repugnaret, unde in dies singulos aucta est magnificentia paganorum. Eodem anno [3]Elle, quem omnes Saxones pro rege habuerunt, defunctus est; regnavitque pro eo Cissa filius ejus, de cujus nomine Cicestria, quam ipse fundavit, nomen sortita est.

Death of Ella.

Felix papa.

A.D. 515. Felix pope.

Anno gratiæ DXV. [4]Felix sedit in cathedra Romana annis quatuor, mensibus duobus et diebus tredecim. Hic clerum a populo in ecclesia segregavit, qui antea permixti sedere consueverant.

De morte Utherpendragon, et de fonte venenato opinio.

A.D. 516. Death of Uther.

Anno gratiæ DXVI, cum rex Britonum Utherpendragon apud Verolamium infirmitate gravatus jaceret, direxerunt Saxones maleficos unanimi consensu in cultu pauperrimo, qui regem [5]veneno

[1] *Duabus navibus.*] 'Tribus,' Sax. Chron. H. Hunt.

[2] *Occidentali parte.*] The Saxon Chronicle and Hen. Huntingdon call the place of their landing 'Cerdices-ora,' probably on the coast of Dorsetshire. See Carte, i. 199. Tindal supposes it to have been Calshot in Hampshire. Hist. Eng. Rapin. p. 37.

[3] *Elle, quem omnes Saxones.*] H. Huntingdon speaks of him as king of the South Saxons, in which kingdom he was succeeded by his son Cissa. He reigned in Sussex thirty-two years, and as monarch of the Saxons twenty-three. This monarchy was afterwards conferred on Cerdic. See Speed, pp. 295, 326.

[4] *Felix.*] He died in September or October of the year 515.

[5] *Veneno perdere.*] This account of the death of Uther is from Geoffrey Monmouth, lib. viii. cap. 24.

perdere procurarent; qui Verolamium usque pervenientes, quomodo regem perderent sollicite explorabant. Tandem inter cætera unum præelegerunt, quo propositum suum ad effectum perducerent. Erat autem extra civitatem fons aquæ nitidissimæ, de quo rex bibere consueverat, quia liquores alios sumere abhorrebat; fontem itaque aggressi proditores nefandi ipsum undique infecerunt veneno, ita ut aqua manans tota corrumperetur. Ut autem potasset ex ea rex, festinæ morti succubuit, et homines centeni post illum, donec, comperta fraude, cumulum terræ superposuerunt. [1] Hunc quoque fontem nonnulli ipsum esse credunt quem invictus martyr Albanus, properans ad martyrium, sitienti populo de terra arida orando produxit.

De coronatione regis Arthuri.

Defuncto autem rege, convenerunt pontifices cum clero et populo regni, ipsumque infra Choream gigantum more regio humaverunt. Quo facto, Dubritius urbis Legionum archiepiscopus, associatis sibi episcopis et magnatibus, [2] Arthurum filium ejus, juvenem quindecim annorum, in regem erexerunt; erat enim inauditæ virtutis atque largitatis, unde tantam gratiam promeruit, ut a cunctis fere populis amaretur; confluebat enim ad eum tanta militum multitudo, ut sufficienter quæ illis ministraret stipendia non haberet. Invitaverant igitur eo tempore Sax- Coronation of Arthur.

[1] *Hunc quoque fontem.*] See life of S. Alban, Capgrave, Nov. Leg. fol. viii. col. 2.

[2] *Arthurum filium ejus.*] Concerning this hero, who, according to Malmsbury, 'labantem patriam diu sustinuerit, infractasque civium mentes ad bellum acuerit,' it is scarcely to be supposed that anything new remains to be told. The reader may, however, be referred to Leland's Assertio Arturii, Sharon Turner's Hist. Sax.; pp. 99, *seqq.* and A. Thompson's preface to his translation of Geoffrey of Monmouth, from which writer Wendover has compiled his narrative.

ones concives suos ex Germania, et, duce Colgrino, subjugaverant sibi totam insulæ partem, quæ a flumine Humbri usque ad mare Catanesium dilatatur. Quo audito, Arthurus, cum subdita sibi gente, Eboracum petivit a Saxonibus jam subactum; Colgrinus autem adventum Arthuri comperiens, cum multitudine maxima, juxta [1]flumen Duglas obviam perrexit; et facto congressu, Arthurus Colgrinum in fugam coegit, ac fugientem insecutus infra Eboracum obsedit. Baldulphus vero, frater Colgrini, circa maritima adventum Saxonum expectans, proposuit nocturnam irruptionem in Arthurum facere; sed Arthurus per exploratores præmonitus, misit Cadorem, Cornubiæ ducem, cum militibus sexcentis et tribus millibus peditum, ad viam qua hostes veniebant, qui inopinatum impetum facientes, quibusdam interfectis et laceratis, cæteros in fugam compulerunt.

Battle of the Duglass.

Ut Arthurus propter militare subsidium in minorem Britanniam destinaverit.

A.D. 517. Celdric lands in Scotland.

Anno gratiæ DXVII. venit dux Cheldricus de Germania cum navibus septingentis, et in Albaniam applicuit. Timuerunt itaque Britanni contra tantam multitudinem dubium inire certamen; unde Arthurus obsidionem Eboraci relinquens, ad urbem Londoniarum cum exercitu suo secessit; deinde habita cum suis deliberatione misit nuntios in minorem Britanniam, ad regem Hoelium, qui ipsi calamitatem Britanniæ intimarent. Erat Hoelius filius [2]sororis Arthuri ex Du-

[1] *Flumen Duglas.*] Supposed by Camden to have been near Ormskirk in Lancashire. Nennius tells us that four of Arthur's twelve great battles were fought upon this river. For an illustration of their localities, see Whitaker's Hist. Manchester, ii. p. 43, *seqq.*

[2] *Sororis Arthuri.*] Her name was Anna. Her birth is recorded above, p. 54.

britio, rege Armoricanorum Britonum, generatus; unde, audita inquietatione quæ avunculo ingerebatur, jussit navigium parari, collectisque quindecim millibus armatorum, proximo ventorum flatu in [1]portu Hamonis applicuit. Excepit illum Arthurus cum gaudio et quo honore tantum virum recipere decebat. Eodem anno virgo Dei [2]Brigida migravit ad Dominum. Arrival of Hoel king of Brittany.

De victoria Arthuri in monte Colidonis.

Anno gratiæ DXVIII. [3]Bonifacius sedit in cathedra Romana annis duobus et diebus septem. Per idem tempus Arthurus, rex Britonum, collecto exercitu grandi, urbem Kaerlindcoit, quæ nunc Lincolnia dicitur, petivit, ubi inventis Saxonibus inauditam ex eis stragem fecit; cecideruntque namque ex illis una die sex millia hominum, qui partim fluminibus submersi, partim telis perforati, partim in fugiendo trucidati, vitam miserabiliter finierunt. Arthurus vero fugientes insecutus non cessavit, donec ad nemus [4]Colidonis pervenerunt, ibique ex fuga confluentes Arthuro resistere conati sunt, sese viriliter defendentes; quod Arthurus intuens, jussit arbores circa partem illam nemoris incidi, et truncos ita in circuitu locari, ut egressus eis penitus negaretur; volebat namque eos ibidem tam diu obsidere, donec omnes inedia interirent. At Saxones, quo vescerentur non habentes, eo pacto petierunt egressum ut saltem nudis corporibus Germaniam petere sinerentur. Tunc Arthurus, quæ- A.D. 518. Battle of Celidon wood.

[1] *Portu Hamonis.*] Southampton.

[2] *Brigida.*] Sigebert places her death in 518, as it is also reported in her life, Capgrave, Nov. Leg. fol. xlviii. b.

[3] *Bonifacius.*] He died in October or November of the year 532.

[4] *Colidonis,*] or Catcoit Celidon, the seventh battle, according to Nennius: supposed by Ussher to have been near the city of Lincoln; by Carte, in Cumberland. See Nennius, § 56.

sito consilio, petitioni eorum adquievit, retinens eorum opes, et spolia, reddendique vectigal obsides solummodo recessum concessit.

Justinus imperator.

A.D. 519. Justin emperor.

Anno gratiæ DXIX. [1]Justinus, imperator, imperavit annis octo. [2]Hoc etiam anno Boetius, Papiæ exiliatus, librum de consolatione philosophiæ edidit.

De admiranda pugna regis Arthuri contra Saxones.

A.D. 520.

Anno gratiæ DXX. pœnituit Colgrinum, Baldulphum et Cheldricum, Saxones, pactum cum Arthuro fecisse; unde in Britanniam revertentes in Totonesio littore appulerunt, et ad ultimum [3]urbem Badonis obsederunt. Rumore itaque divulgato, Arthurus obsides eorum suspendi præcepit; deinde obsidionem petens præcepit omnibus ad arma convolare; ipse loricam indutus galeam simulacro draconis insculptam capiti adaptavit; humeris quoque suis clypeum vocabulo 'Pridwen' appendit, quo imago sanctæ Dei genitricis depicta, ipsam ad memoriam ejus sæpissime revocabat; accinctus etiam 'Caliburno' gladio optimo, lancea nomine 'Ron' ejus dexteram decoravit. Deinde catervis dispositis audacter paganos invasit; ipsi die tota viriliter resistentes, Britones assidue prosternebant. Vergente tandem ad occasum sole, Saxones proxi-

Battle of Bannesdon hill.

---

[1] *Justinus, imperator.*] He reigned from the 9th of July 518, to the 1st of August 527.

[2] *Hoc etiam anno.*] He was banished by Theodoric, and wrote his great work in 517. Sigebert, p. 730.

[3] *Urbem Badonis.*] Badon mount, or the hill of Bannesdon. Carte imagines its situation to have been at Badon in Berks, on the borders of Hampshire, p. 205. Camden and Ussher agree in thinking that it is the hill of Bannesdon, near Bath. In the Annales Cambriæ, the year in which the battle was fought is stated to have been 516. See Gildas, E. H. S. § 26.

mum occupant montem, illum pro castro habituri; at ubi sol posterus diem reduxisset, Arthurus cum exercitu suo montis cacumen ascendit; sed in ascendendo multos suorum amisit, Saxones namque ex alto occurrentes facilius vulnera infligebant. Britanni tamen maxima probitate cacumen montis adepti, hostibus strages acerrimas ingerebant; quibus Saxones pectora prætendentes, omni nisu resistere perstiterunt. Cumque diem in certando consumpsissent, Arthurus, abstracto [1] Caliburno gladio, nomen beatæ Mariæ virginis invocavit, atque cito impetu sese infra densas hostium acies immittens, quemcunque attingebat solo ictu perimebat; nec cessavit impetum facere, donec octingentos quadraginta viros solo gladio interfecit. Ceciderunt illico Colgrinus et Baldulphus frater ejus, et cum eis multa millia barbarorum; at Cheldricus, viso sociorum periculo, cum reliquiis exercitus in fugam conversus est. Jussit itaque rex Cadorem Cornubiæ ducem illos insequi, qui postremo, cum nihil tutaminis accessissent, laceratis agminibus Thanet insulam petierunt. Insequitur eos ibidem dux, nec quievit donec, perempto Cheldrico, cæteros in deditionem accepit. Eodem anno [2] Johannes sedit in cathedra Romana annis duobus.

Death of Celdric.

De quarta victoria regis Arthuri.

Anno gratiæ DXXI. Boetius, exilio fatigatus, a Theodorico, Gothorum [3] rege, perimitur. Eodem anno nuntiatum est Arthuro, Scotos atque Pictos

A.D. 521.

[1] *Caliburno gladio.*] Presented, according to Hoveden, by Richard the First to Tancred king of Sicily, at their interview in Catania, in the year 1191. See also Joh. Bromton Chron. inter Scriptores Decem, col. 1194.

[2] *Johannes.*] See above, under the year 513.

[3] *Rege perimitur.*] According to Aimo of Fleury, Boethius was put to death in 526.

in urbe 'Alclud' Hoelum regem obsedisse, ubi infirmatus jacebat, quocirca properabat ei in auxilium, ne a barbaris caperetur; cujus adventum hostes cum cognovissent, apud [1]Mureif fugam inierunt, quos Arthurus insequens ibidem obsedit; qui, de nocte egredientes, stagnum Lumonos intraverunt. At Arthurus, navibus collectis, insulam circuivit, ipsosque per dies quindecim tanta fame afflixit, ut ad millia morirentur. Quo facto, venerunt episcopi illius regionis nudis pedibus ad regem cum lachrymis, rogantes ut de populo misero misericordiam haberet, et patriæ portiunculam inhabitare permitteret sub jugo perpetuæ servitutis; commotus ergo rex super lachrymis episcoporum, eis veniam condonavit.

Blockade of Mureif.

Arthurus ecclesias renovat destructas.

A D. 522. Agapetus pope.

Anno gratiæ DXXII. [2]Agapitus sedit in cathedra Romana mensibus undecim, cui successit Silverius anno uno. Per idem tempus, cum rex Arthurus civitatem Eboraci esset ingressus, instante nativitatis Domini die, visa sacrarum ecclesiarum desolatione, vehementer condoluit, ubi convocato clero et populo, [3]Piranno capellano suo archiepiscopatus sedem concessit. Ecclesias per totam Britanniam destructas renovavit, nobilesque regni a Saxonibus expulsos revocat, terras

Pirannus archbishop of York.

---

[1] *Mureif ... stagnum Lumonos.*] A town, we must suppose, on Loch Lomond. Of this expedition Monmouth appears to be the only chronicler. Caradoc of Llancarvan, in his life of Nennius, tells us that Arthur carried on a war against the Britons in the north of the island, and slew Huel their king; but that his nephew, who appears to be here intended, was ever at Dumbarton, there is no other trace. See Shar. Turner's Hist. Sax. i. 103.

[2] *Agapitus.*] He died the 22nd of April 536.

[3] *Piranno,*] or 'Pyramus,' according to Monmouth, the only authority for such an appointment; upon which Godwin has enrolled him in his list of archbishops.

eis et possessiones paternas affluenter subministrat.

Ut Arthurus uxorem duxerit.

Anno gratiæ DXXIII. cum rex Arthurus Britanniæ insulam ad statum pristinum revocasset, uxorem duxit nomine Guenhumaram, ex nobili Romanorum genere procreatam. Hæc, in thalamo ducis Cornubiæ educata, totius insulæ mulieres pulchritudine superabat. Tunc invitatis quibusque probissimis ex regnis longe positis, tantam in domo sua cœpit habere facetiam, ut in induendo sive in arma ferendo, longe manentes populos ad æmulationem sui provocaret; sicque fama largitatis atque probitatis illius, per diversas regiones divulgata, regibus transmarinis timorem non minimum inferebat. A.D. 523. Marriage of Arthur.

Anno gratiæ DXXIV. [1]Vigilius papa sedit in cathedra Romana annis sedecim et diebus viginti sex, et cessavit sedes mensibus tribus et diebus quinque. A.D. 524. Vigilius pope.

Ut Arthurus provincias sibi conterminas subjugavit.

Anno gratiæ DXXV. rex Arthurus, parata classe maxima, Hiberniæ insulam petivit, cui applicanti Gillamurius rex cum populo patriæ obviavit; tandem, Gillamurio capto, cæteri principes deditioni sunt coacti. Deinde Isolandiam, Guthlandiam, atque Orcadum insulas, ferro flammaque consumens, has omnes regiones constituit sub tributo; quo facto, Britanniam reversus est. A.D. 525. Arthur's victories.

De hæresi Acephalorum.

Anno gratiæ DXXVI. Acephalorum hæresis convincitur et damnatur. Dicti Acephali, id A.D. 526. Heresy of the Acephali.

[1] *Vigilius papa.*] He died 10 January 555, having occupied the papal chair eighteen years.

est, sine capite, nullus enim illius hæresis auctor reperitur. Hi trium capitulorum Chalcedonensis concilii sunt repugnatores, duarum substantiarum in Christo proprietatem negant, et unam in ejus persona naturam prædicant. Adstruunt enim Paulum apostolum in suis epistolis præcepisse fœminas debere fieri diaconas, quia eas commemorat post diaconos.

Justinianus imperator.

A.D. 527. Justinian emperor.

Anno gratiæ DXXVII. [1]Justinianus Romanum suscipiens imperium annis triginta octo imperavit. Eodem anno venerunt de Germania pagani et occuparunt Est-angliam, id est, regionem illam quæ orientalium Anglorum regio dicitur, quorum quidam Merciam invadentes, bella cum Britonibus plurima peregerunt; sed, quoniam proceres eorum multi erant, nomine carent.

Kingdom of the East Saxons founded.

Eodem anno, regnum orientalium Saxonum, quod modo Estsaxia dicitur, originem sumpsit; quod primus, putatur, tenuit [2]Erkenwinus, qui fuit filius Offæ, qui fuit Diedcan, qui fuit Sigeuulf, qui fuit Susannæ, qui fuit Gesac, qui fuit Andessc, qui fuit Nascad.

A.D. 528.

Anno gratiæ DXXVIII. Certich et filius ejus Kineric, congregatis ingentibus armatorum copiis apud Vectam insulam, stragem magnam homi-

---

[1] *Justinianus.*] He was the first emperor who exercised the right of confirming the election of the pope. He died 14 November 565.

[2] *Erkenwinus,*] according to Florence, Aescwinus. Henry Huntingdon mentions Sledda as the first king of the East Saxons, omitting Erchenwine, as Speed observes, because he held the kingdom as feodary to the kings of Kent. Malmsbury calls him the tenth in descent from Woden, which is thus traced by Huntingdon: 'Erkenwinus, qui fuit filius Offæ, qui fuit Biedcan, qui fuit Sigeuulf, qui fuit Spoewe, qui fuit Gesac, qui fuit Andesc, qui fuit Saxnat, qui fuit Woden.'

num fecerunt apud [1]Withgaresbi et insulam illam sibi subdiderunt. Battle of Withgaresbiri.

Corpus sancti Antonii revelatur.

Anno gratiæ DXXIX. corpus Antonii monachi, divina revelatione inventum, ad Alexandriam delatum est. A.D. 529.

Nota miraculum.

Anno gratiæ DXXX. quidam orthodoxi episcopi in Africa, linguis sibi præcisis radicitus a Wandalis, postmodum clare loquendo, multis miraculo fuere. Quod miraculum unus eorum auxit, qui, in elationem versus, statim divino privatus dono obmutuit. A.D. 530. Miracle.

Anno gratiæ DXXXI. sanctus Vedastus, primus Atrebatensis episcopus, a sancto Remigio ordinatur. A.D. 531.

Nota de tabula Dionysii.

Anno gratiæ DXXXII. [2]abbas Dionysius cyclum suum orditur, cyclorum quinque decennovenalium. Et quia secundus annus operis hujus concordare debet, in ratione computi, primo anno nativitatis Christi, debet tricesimus quintus annus cycli Dionysii concordare, in ratione computi, tricesimo tertio anno nativitatis Christi, ut scilicet, quartadecima luna Aprilis occurrat IX. kal. Aprilis in quinta feria; passio Christi VIII. kal. Aprilis in sexta feria; resurrectio VI. kal. Aprilis in die Dominica. Sed quia non ita occurrit, sed luna XIV. Aprilis occurrit eo anno XII. kal. Aprilis in prima feria, Dominica vero A.D. 532. Cycle of Dionysius Exiguus.

[1] *Withgaresbi.*] So called from Withgar, brother of Stuph; now Carisbrooke castle. The Saxon Chronicle places this action in 530.

[2] *Abbas Dionysius.*] He is supposed to have died before 556. This account is taken verbatim from Sigebert. Gembl. p. 733.

dies Paschæ, in v. kal. Aprilis, ideo improbatur, quia repugnat evangelicæ veritati. Hoc quoque anno imperator Justinianus libros legum Romanorum abbreviavit in uno volumine, quod Justinianum vocatur.

Certic primus rex australium Saxonum obiit.

A. D. 533. Death of Cerdic.

Anno gratiæ DXXXIII. Certic, primus rex occidentalium Saxonum, mortuus est, et regnavit pro eo [1]Kineric filius ejus viginti sex annis. Eodem tempore, rex Arthurus, totam Europam subjugare affectans, parato navigio, Norwegiam adivit. Quo cum pervenisset, invenit Sichelinum patriæ illius regem jam defunctum, qui moriens Lotho sororio Arthuri regnum assignaverat Norwegensium; erat enim Loth nepos Sichelini, juvenis miræ probitatis atque largitatis, unde sibi in regnum succedere adoptaverat. Erat autem tunc [2]Walwainus filius prædicti Lothi, duodecim annorum juvenis, Vigilio papæ traditus ad nutriendum, a quo etiam et militiæ cingulum accepit. Tandem cum Arthurus Lothum, subactis Norwegensibus, in regnum sublimasset, ad Britanniam cum gaudio remeavit, Gallicanas partes adire desiderans, quas supra modum sibi subdere anhelabat.

Arthur establishes Loth king of Norway.

A. D. 534. Anno gratiæ DXXXIV. Theodoricus abbas, discipulus sancti Remigii, et Theodulphus abbas, ipsius Theodorici discipulus, in Gallia clarent.

A. D. 535. Anno gratiæ DXXXV. in Gallia clarent fratres uterini, eadem die nati, eadem die pontifices consecrati, Medardus videlicet ad titulum Noviomensem, Gildardus ad Rothomagensem, uno die absoluti a seculo et adsumpti a Christo.

---

lius ejus.] This account given by

[2] *Walwainus.*] Afterwards killed at the battle of Sandwich, in the year 541; see below, p. 74.

De morte S. Benedicti.

Anno gratiæ DXXXVI, [1]sanctus Benedictus, secundum quosdam, ex hoc seculo migravit. A.D. 536. Death of S. Benet.

Ut Arthurus ad subjugandum partes Gallicanas mare transfretavit.

Rex Arthurus, partes Gallicanas suæ ditioni subdere cupiens, parato navigio, Modredo nepoti suo custodiam totius Britanniæ cum uxore sua commisit. Deinde mare cum prosperitate pertransiens [2]Estrusiam, quæ nunc Normannia dicitur, sine difficultate subegit. Denique ulterius procedens universas Galliæ provincias depopulans, [3]Frollonem tribunum ad ultimum duello peremit, et civitatem Parisios in sua jura recepit. Porro versus occidentem proficiscens, Andegaviam, Pictaviam, Gasconiam et totam Aquitaniam suæ [4]potestati adjecit. Modred appointed regent. Arthur's conquests in France.

Ut Arthurus Lucium Romanæ urbis consulem interfecit.

Anno gratiæ DXXXVII. contigit miraculum, omnibus notissimum, de [5]Theophilo apostata et matre Salvatoris. Hoc etiam tempore Arthurus, rex Britonum, subjugatis Galliæ finibus, [6]Augustodunum profectus est, ubi Lucium Romanæ A.D. 537. Miracle.

---

[1] *Sanctus Benedictus.*] The occurrences of the two preceding years and the death of S. Benet are from Sigebert. For the date of the last, see Mabillon, Annal. i. 97.

[2] *Estrusiam,*] for 'Neustriam.'

[3] *Frollonem.*] He is called Flollo by Geoffrey.

[4] *Potestati adjecit.*] We may safely dispose of this foreign progress of Arthur and his deeds, in the words of Sigebert, as things which 'nullam fidei auctoritatem videntur habere, si cum cæteris historiis conferantur;' p. 736.

[5] *Theophilo apostata.*] The details of this miracle, which he records as having taken place in a city of Cilicia, are to be found in Sigebert, pp. 734, 735.

[6] *Augustodunum ... Lengrias.*] Now Autun and Langres.

urbis consulem, qui Gallis in auxilium venerat, prope Lengrias, in valle quæ Seisias nuncupatur, cum omni Romana fortitudine interemit.

Nota miraculum.

A.D. 538. Miracle.

Anno gratiæ DXXXVIII. in Campania Italiæ [1]Benedictum juniorem rex Totila pro Christo persequens, cum eum et cellam ejus comburere vellet, nec valuisset, in clibanum eum ardentem projecit; qui inde die altera illæsus, illæsis etiam vestibus, exivit.

Ut Arthurus iter Romanum suscepit.

A.D. 539. Arthur advances towards Rome.

Anno gratiæ DXXXIX. obscuratus est sol a mane usque ad horam tertiam. Eodem tempore rex Arthurus, subactis circa Alpes quibusque provinciis, paravit iter ut Romanum populum expugnaret. Magnificatum est nomen ejus in universa terra valde; unde principes de partibus remotis et nobiles ad eum venerunt, sub ipso vivere et ejus interesse facetiis delectantes. De ejus utique magnificentia et probitate prophetavit Merlinus vates Britonum dicens, [2]'Prævalebit tandem oppressa Britannia, et sævitiæ exterorum resistet, Aper enim Cornubiæ succursum præstabit et colla hostium sub pedibus suis conculcabit, insulæ oceani potestati ipsius subdentur, et Gallicanos saltus possidebit, tremebit Romulea domus sævitiam ipsius, et exitus ejus dubius erit, in ore populorum celebrabitur, et actus ejus cibus erit narrantibus.'

---

[1] *Benedictum ... Totila.*] Upon the interview of Totila with S. Benet in 541, the reader may consult Mabillon, Annal. tom. i. p. 97. The account of the miracle here recorded is from Sigebert, Chron. p. 735.

[2] *Prævalebit tandem.*] See above, p. 22, l. ult.

Justinianus purificationem beatæ Mariæ celebrari constituit.

Anno gratiæ DXL. [1]apud Byzantium magna hominum mortalitas facta est; qua de causa, jubente imperatore Justiniano, cœpit celebrari solennitas sanctæ Dei genitricis, quæ Purificatio dicitur, die secunda Februarii mensis, et cessavit mortalitas. Per idem tempus Modredus, Arthuri nepos, cui idem Arthurus Britanniam commiserat, diademate illius sese fecerat insigniri, [[2]reginamque Guenhumaram in consortium tori susceperat,] violato jure priorum nuptiarum; confœderatus erat Saxonibus proditor ille, qui duce Cheldrico venerunt ex Germania cum navibus ducentis militibus plenis, qui omnes Modredo quasi domino serviebant. Cumque istius sceleris infamia ad aures Arthuri, qui jam versus Romam Alpes transcendere incepit, pervolasset, cum regibus tantum insulanis versus Britanniam remeavit, ira maxima in Modredum accensus. A.D. 540. Treachery of Modred. Arthur returns.

Ut Arthurus, Modredo interfecto, ipse sit lethaliter vulneratus.

Anno gratiæ DXLI. in Gallia cometa apparuit, ita quod cælum ardere videbatur. Eodem etiam anno verus sanguis ex nubibus effluxit; per idem tempus domus cujusdam sanguine respersa apparuit, et secuta est dira hominum mortalitas. Eodem tempore rex Arthurus, cum summa festi- A.D. 541.

[1] *Apud Byzantium.*] Probably the pestilence so full of horrors related by Procopius, 'De bello Persico,' lib. ii. capp. 22, 23, is here alluded to. The historian, however, is silent with respect to the miracle, although he highly extols the emperor.

[2] *Reginamque Guenhumaram.*] That this is evidently an omission of the scribe is clear, as well from the passage immediately following, as from the marginal note in the MS. 'Ut Modredus dyademate Britanniæ insignitus uxorem Arthuri regis duxerit.'

lands at Sandwich, natione Britanniam veniens, in Rutupi portu, qui modo Sandwicum dicitur, applicare disposuit; cui applicanti Modredus maxima stipatus multitudine obvians, stragem non minimam applicantibus dedit; [1]corruerunt enim in illa die Anguselus rex Albaniæ, et Walguanius nepos regis cum innumerabilibus aliis. Sed tandem cum labore maximo Arthurus cum suis applicuit; deinde hostes acriter invadens, Modredum et ejus exercitum, non mediocriter laceratum, in fugam coegit; qui suis, ut potuit, resociatis nocte sequenti Wintoniam ingressus est. Cumque ista Guenhumaræ reginæ nuntiata fuissent, ad urbem Legionum constanter aufugit, atque in monasterio Julii martyris inter moniales habitum religionis suscepit. Arthurus vero furibundus Wintoniam properans, Modredum infra eandem jam obsedit

pursues Modred. ingressum; mane autem facto, agminibus dispositis, Modredus civitatem egressus regem acriter invasit. Facta est autem ex obstantibus cædes non minima, sed Modredus tandem campum deserens versus Cornubiam iter arripuit. Arthurus itaque illum insecutus, super [2]flumen Camblan Modredum invenit; at ille, ut erat hominum audacissimus, catervis dispositis in regem et ejus exercitum audacter irruit, mori potius affectans quam amplius hostibus terga dare fugitivus. Denique, illis hinc indeque concur-

---

[1] *Corruerunt enim in illa die.*] The scene of this action is by Leland laid at Dover, where he also concludes that Walwyn, or Gawaine, Arthur's nephew, was buried. William Malmsbury, however, asserts that Gawaine's tomb was discovered in 1087 in Ross, upon the sea-coast, fourteen feet in length. See Leland, Assert. Artur. p. 37. The body of Angussel was, it is said, carried into Scotland, and there buried.

[2] *Flumen Camblan.*] Leland takes great pains to prove this river to have been the Alan, or Camb-alan, or Camel, near Padstow, in Cornwall. Assert. Artur. p. 37. See also Camden, i. p. 154.

rentibus, cruorem non minimum utrobique diffundunt, gemitusque morientium viventibus audaciam contulerunt; postquam autem multum diei consumpsissent, irruit tandem Arthurus in turmam ubi Modredum sciebat, et viam gladiis faciens tristissimam cædem ingessit. Cecidit enim nebulo ille Modredus, et cum eo Saxones Cheldricus, Elafius, Egbrichtus et Bruningus, necnon et multa millia cum eis, atque, favente Deo, Arthuro victoria cessit. Sed et inclytus ille rex Arthurus lethaliter vulneratus est, qui illinc ad sananda vulnera sua in insulam Avalonis, quæ nunc Glastonia dicitur, est evectus.

Death of Modred.

Arthur wounded.

De dubia morte Arthuri regis.

Anno gratiæ DXLII. rex Arthurus de vita desperatus, hostibus interfectis, Constantino cognato suo, filio videlicet Cadoris ducis Cornubiæ, diadema Britanniæ concessit; unde, quoniam de morte Arthuri [1]vel ejus sepultura historiæ nihil referunt, gentes Britonum ipsum adhuc vivere fabulose contendunt. Eodem anno, [2]Lotharius rex Francorum, obsessa in Hispania civitate Cæsaraugusta, cives Dominum exorantes, tunicam beati martyris Vincentii circumtulerunt,

A.D. 542. Death of Arthur.

Siege of Saragosa.

[1] *Vel ejus sepultura.*] For the account of the discovery of the place of Arthur's interment, by Giraldus Cambrensis and others, the reader is referred to Ussher, pp. 62—64, and S. Turner, Hist. A. S. i. p. 107.

[2] *Lotharius, rex Francorum.*] The siege of Saragosa was undertaken by the united forces of Childebert and Clotaire. The author of the Gesta Francorum says that Childebert sent for the bishop of the city, and asked him for a relic of S. Vincent, and that, upon receiving his stole, the army was withdrawn from the city, and, upon Childebert's return to Paris, a church was founded by him in honour of that saint, which became afterwards the celebrated abbey of S. Germain des Prés. Mabil. i. 134; Greg. Turon. p. 131; le Cointe ad an. 542. The confusion of the text in the MS. has arisen from the mixture of Sigebert's with another account.

quam rex ab eis pro munere accipiens, ad propria remeavit.

Nota de ecclesia sancti Amphibali martyris in Wintonia.

A.D. 543. Anno gratiæ DXLIII. duo filii Modredi insurrexerunt in regem Britonum [1]Constantinum, volentes patrem vindicare, qui Saxonibus confœderati prælia plurima commiserunt. Quos tandem Constantinus in fugam pulsos [persequens], unum Wintoniæ in ecclesia sancti Amphibali ante altare trucidavit; alterum vero Londoniis, in quorundam fratrum cœnobio absconditum, crudeli morte damnavit.

Death of Modred's sons.

Nota divinum miraculum.

A.D. 544. Miracle. Anno gratiæ DXLIV. [2]Herculianus, Perusinus episcopus, a Totila rege Ostrogothorum, capite amputato, martyrizatur; cujus caput post mortem ejus corpori unitum invenitur. Eodem anno Withgarus, Wectæ insulæ princeps, obiit, et sepultus est in loco, qui de nomine ipsius Withgarus-berith appellatur.

Death of Withgar.

De rege Britonum Aurelio.

A.D. 545. Anno gratiæ DXLV. sanctus Remigius, Remensis archiepiscopus, in Domino quievit. Per idem tempus rex Britonum Constantinus obiit, et infra Choream gigantum sepultus est; cui successit [3]Aurelius Conanus, miræ probitatis ju-

Death of Constantine.

Conanus succeeds.

[1] *Constantinum.*] He was son of Cador duke of Cornwall, appointed by Arthur as his successor. Gildas inveighs against him as 'immundæ leænæ Damoniæ tyrannicus catulus.' Gild. Ep. § 28.

[2] *Herculianus.*] The account of this miracle is taken from Sigebert, p. 736.

[3] *Aurelius Conanus.*] He murdered his predecessor, and usurped his throne. Gildas lashes him with equal severity, § 30. Geoffrey writes that he reigned only two years, while Stowe concludes that he died king in 578.

venis, et ipsius nepos, per omnia diademate dignus, nisi civilis belli foret amator. Nempe avunculum, qui post Constantinum regnare debuerat, in carcere posuit, duobusque filiis ejus peremptis regnum obtinuit et triginta annis regnavit.

Vigilius papa exilio pellitur.

A.D. 546. Vigilius banished.

Anno gratiæ DXLVI. [1]Vigilius papa a Justiniano imperatore exilio pellitur, eo quod hæreticum Anthymum ad suum episcopatum noluit revocare.

A.D. 547. Albuinus king of Lombardy.

Anno gratiæ DXLVII. Albuinus, rex Longobardorum, Cunimundum, regem Gepidarum, bello peremit. Ex cujus capitis testa cyphum sibi ad bibendum paravit, filiamque ejus captivam secum abducens matrimonio sibi copulavit.

Regnum Northanhumbrorum initium sumpsit.

A.D. 548. Ida first king of Northumbria,

Anno gratiæ DXLVIII. regnum [2]Northanhumbrorum exordium sumpsit. Cum enim proceres Anglorum magnis laboribus et continuis patriam illam subjugassent, Idam, juvenem nobilissimum, regem sibi unanimiter præfecerunt. Genuit autem ex regina sua [3]sex filios, Addam scilicet et Æthericum, Theodoricum, Æthelricum, Osmerum, et Theodfredum. Præterea, ex concubinis alios sex filios generavit, Ogam videlicet et Alricum, Eccham, Osbaldum, Segor et Sogotherum. Isti omnes venerunt in Britanniam cum navibus

---

[1] *Vigilius.*] The events of this and the year following are taken from Sigebert.

[2] *Northanhumbrorum.*] Before this period no notice of Northumbria is found in the Saxon Chronicle. It seems probable that Ida's kingdom extended no farther than the province of Bernicia, since he was enabled to assume the title of king in the same year as that in which he first landed at Flamborough.

[3] *Sex filios.*] Carte, from Simeon of Durham, and the Appendix to Nennius, has collected only five, Adda, Theodric, Ethelric, Deotherd, Osmers; Hist. p. 208. Florence calls the second 'Belricus.'

sexaginta, et apud Flemesburg applicuerunt. Regnavit autem Ida annis duodecim, et castellum de Baenburc construxit, quod prius ligneis palis, postea muro, circuivit. Genealogiam vero ejus sequentia declarabunt.

builds Bambro' castle.

A.D. 549. Anno gratiæ DXLIX. [1]Agericus, Viridunensis episcopus, sanctitate refulsit insignis.

A.D. 550. Anno gratiæ DL. sambucus arbor in Italia grana et fructus vitis portavit.

Quinta synodus celebratur.

A D. 551. Fifth general council. Anno gratiæ DLI. quinta synodus universalis Constantinopoli celebratur. In ipsa, epistola, [2]quæ Iba dicitur, erroris plena reprobatur, et Theodorus, personam Mediatoris Dei et hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur et damnatur. Eodem anno [3]Jordanus episcopus historiam suam terminavit. Per idem tempus Justinianus Augustus, ab Anthymo hæretico seductus, cœpit a fide catholica declinare; misit namque uxor ejus Theodora ad papam Vigilium, mandans, ut Anthymum revocaret. Fuerat enim Constantinopolitanus episcopus, et a papa Agapeto, eo quod hæreticis favebat, degradatus; et quia papa Vigilius illum revocare distulit, vi compulsum ad se venire fecit; quem dum maximis afficeret injuriis, fertur ei dixisse papam Vigilium, 'Ut video, non me fecerunt ad se venire

[1] *Agericus.*] He died the 1st of December 568.

[2] *Quæ Iba dicitur.*] The MS. reads 'quæ ibi dicitur,' from Sigebert. The letter alluded to is one said to have been written by Ibas, bishop of Edessa, to Maris Persa: it is printed in Harduin's edition of the Councils, iii. col. 140.

[3] *Jordanus.*] The historian Jornandes, styled by Sigebert bishop of Ravenna, is here intended. Upon the subject of his having been ever consecrated bishop, the reader may consult the preface to his chronicle by Muratori, Rer. Ital. Script. i. p. 187.

Justinianus et Theodora, sed Diocletianus et Eleutheria.'

Anno gratiæ DLII, [1]post Vigilium, [2]Pelagius sedit in cathedra Romana annis quatuor, mensibus decem, diebus octodecim, cessavitque sedes mensibus sex. Eodem anno puer quidam in oriente, filius Judæorum, cum a coævis suis, Christianorum filiis, ad hoc inductus fuisset, ut in ecclesia matris Domini corpus Christi et sanguinem susciperet, et propter hoc a patre suo in fornacem ardentem projectus, illæsus inde a Christianis extractus est, asserens quod mulier, quæ in illa ecclesia puerum tenens depicta erat, pallio suo flammas a se efflavisset. A.D. 552. Pelagius pope. Miracle.

De sancto Mauro.

Anno gratiæ DLIII. [3]sanctus Maurus, beati Benedicti discipulus, virtutibus et miraculis præclarus habetur. Cujus adventum cum vir nobilis, nomine Florus, ad partes Gallicanas cognovisset, venit ad eum, et locum ei opportunum ad construendum monasterium devotus ostendit; quod vir Dei cum vix annuisset, artificibus congregatis, opus incepit et perfecit. Florus vero filium suum Bertulphum beato Mauro ad erudiendum tradidit, cujus exemplum nobiles multi secuti, locum illum memorabilem reddiderunt. A.D 553. S. Maurus.

Nota asperitatem hyemis, quæ aves edomuit.

Anno gratiæ DLIV. hyems nive et glacie ita exasperatur, ut aves et feræ indomitæ manu capi possent. A.D. 554. Severe winter.

---

[1] *Post Vigilium.*] So Herman and Sigebert, but, as it appears, erroneously. He died at Syracuse, on his return from Constantinople, 10 Jan. 555. Baron. Annal. x. ad an.

[2] *Pelagius.*] He died 1 March 560. The miracle which follows is from Sigebert.

[3] *Sanctus Maurus.*] He is supposed to have died in 584. His life by S. Faustus is printed in the Act. SS. Januar. xv.

A.D. 555. Anno gratiæ DLV. quasi species lancearum in aere visæ sunt a septentrione usque in occidentem.

Medardus martyrizatur.

A.D. 556. S. Medard. Anno gratiæ DLVI. [1]sanctus Medardus, Noviomensis episcopus, virtutibus insignis migravit ad Dominum, et Suessioni sepelitur.

A.D. 557. S. Radegundis. Anno gratiæ DLVII. [2]Radegundis regina, uxor quondam Clotharii regis Francorum, mutata veste, sanctitatis nobilitate claret. His quoque diebus sæpe fiebant [3]conflictus inter Britannos et Anglos, atque multis hinc et inde peremptis, nunc cives nunc hostes vincebant.

Sanctus Gregorius Romæ enituit insignis.

A.D. 558. Anno gratiæ DLVIII. [4]Gregorius, filius Gordiani senatoris, Romæ adolevit, qui, de patrimonio proprio sex monasteriis in Sicilia fundatis et septimo Romæ in domo sua, ex prætore urbano factus est monachus, qui scientia, sapientia, doctrina et sanctitate enituit insignis.

Kenrico defuncto, Ceaulinus successit.

A.D. 559. Death of Cynric. Anno gratiæ DLIX. Kenricus, rex occidentalium Saxonum, defunctus est, et [5]regnavit pro eo Ceaulinus filius ejus triginta annis.

---

[1] *Sanctus Medardus.*] He was bishop of Noyon, or Soissons, and is supposed by le Cointe to have died in 545, by others about 560. Greg. Turon. Hist. iv. 19.; De Glor. Confess. xcv. See also Sigebert, who says that the heaven was opened, and lights shone out thence at his death, p. 738.

[2] *Radegundis.*] She died 13 Aug. 587. She was the foundress of an abbey in Poitiers. Greg. Tur. pp. 467, *seqq.*

[3] *Conflictus inter Britannos.*] The battles of Salisbury and Banbury are probably here intended, in which Cynric and his son Ceawlin were the victors. They are placed in the Saxon Chronicle in the years 552 and 556.

[4] *Gregorius.*] Afterwards Pope Gregory the Great.

[5] *Regnavit pro eo Ceaulinus.*] The Saxon Chronicle dates his accession in the year 560.

Regnum Northanhumbrorum divisum est.

Anno gratiæ DLX, defuncto Ida rege Northanhumbrorum, regnum illud in duo regna divisum est. Siquidem Ella filius Yffæ, ducis strenuissimi, in Deira regnare incepit, et regno tale nomen dedit et annis triginta in eo regnavit. Adda vero, filius Idæ, in regno Berniciorum patri successit, et septem annis regnavit. [1]Iste est Ella rex Deirorum, de quo in vita beati Gregorii papæ fit mentio, sicut subjecta docebunt. Eodem anno Judæus quidam imaginem Salvatoris de ecclesia furtim surripiens, clam illam in domum suam detulit, eamque telo transfixit; cumque eam flammis comburere vellet, sese imaginis sanguine cruentatum videns, præ stupore eam abscondit; quam Christiani requirentes, et per vestigia sanguinis invenientes, eam sanguinolentam receperunt, Judæum vero lapidaverunt. Eodem anno, [2]Athelbertus, rex magnus Cantuariorum, secundum quosdam regnare incepit, quibus etiam Beda consentit; veruntamen aliorum sententia probabilior esse videtur.

A.D. 560. Division of the kingdom of Northumbria.

Adda, king of Bernicia.

Ella of Deira.

Miracle.

Sanctus Brendanus claruit.

Anno gratiæ DLXI. sanctus [3]Brendanus in Scotia claruit, qui Fortunatas Insulas septennali navigatione requirens, multa relatu digna vidit, a quo Machutus regulariter educatus, et ipsius navigationis socius, in Britannia miraculis et sanctitate refulsit. Qui a Britannis exacerbatus, eis maledicens ad Gallos transiit, ubi sub [4]Leontio,

A D. 561. S. Brendan.

[1] *Iste est Ella.*] Allusion is here made to the supposed cause of the conversion of the English. Compare Will. Malmsbury, § 45, with Beda, § 89.

[2] *Athelbertus.*] See below, p. 83, *note.*

[3] *Brendanus.*] The lives of SS. Brendan and Machutus are to be found in Capgrave, Nov. Leg. ff. xliii. b. ccxix.

[4] *Leontio.*] He was present at the council of Rheims in 625.

Santonum episcopo, multis virtutibus claruit. Britannos vero propter suam maledictionem variis cladibus adductos, data rursum benedictione sanavit et absolvit. Per idem tempus, Sampson, Dolensis archiepiscopus et successor sancti Sampsonis qui de Britannia majori ad minorem transiit, claret sanctitate et doctrina.

Mugitus montis.

A.D. 562. Miracle. Anno gratiæ DLXII. in Gallia mons, super Rhodanum fluvium multis diebus dans mugitum, tandem ab alio monte sibi vicino discussus, cum ecclesiis et domibus, hominibus et bestiis, in Rhodanum præcipitatus est.

A.D. 563. Priscian. Arator Ligur. Anno gratiæ DLXIII. floruerunt Romæ Priscianus Grammaticus, et Arator subdiaconus, qui Apostolorum actus versibus hexametris peroravit. Floruit etiam [1]Fortunatus, vir egregius, ingenio clarus, sensu celer, ore suavis, qui ab Italia Turonis veniens, actus beati Martini quatuor libris heroico metro digessit; indeque assumptus, Pictavorum est ordinatus episcopus.

A.D. 564. Death of Clotaire. Anno gratiæ DLXIV, Lothario rege Francorum defuncto, [2]quatuor filii ejus regnum inter se diviserunt, quorum primogenitus Chilpericus regnavit annis viginti tribus.

Justinus imperator.

A.D. 565. Justin II. emperor. Anno gratiæ DLXV. [3]Justinus junior, Romanum adeptus imperium, annis duodecim imperavit.

---

[1] *Fortunatus.*] He died about 600. His poems have been printed twice at Mayence, and elsewhere.

[2] *Quatuor filii ejus.*] Charibert became king of Paris, Gontran of Orleans, Sigebert of Burgundy, and Chilperic of Metz.

[3] *Justinus junior.*] He was crowned emperor 14 Nov. 565, and died 5 Oct. 578.

Quo etiam anno signa multa in sole et luna apparuerunt.

Johannes papa.

Anno gratiæ DLXVI. [1]Johannes sedit in cathedra Romana annis duodecim, mensibus undecim, diebus viginti septem, et cessavit sedes mensibus decem et diebus tribus. Eodem anno sanctus [2]Columbanus, de Scotia veniens in Britanniam, clarus habetur. Eodem anno [3]Athelbertus, Ermerici filius, regnum Cantiæ suscipiens quinquaginta sex annis illud gloriosissime gubernavit. Hic regum Angliæ potentissimus, usque ad confinium Humbri fluminis, quo meridiani et septentrionales populi dirimuntur, imperii sui fines extendens, omnium illarum provinciarum gentibus strenuissime imperavit.

A.D. 566. John III. pope.

S. Columbanus.

Aethelberht king of Kent.

Glappa rex.

Anno gratiæ DLXVII, defuncto Adda rege Berniciorum, Glappa regnavit pro eo quinque annis. Eodem anno hastæ igneæ in aere visæ sunt, protendentes irruptionem Longobardorum in Italia.

A.D. 567. Glappa king of Bernicia.

Nota pugnam.

Anno gratiæ DLXVIII. Ceaulinus rex Westsaxonum, et Cutha frater ejus, causis compellentibus, contra Athelbertum regem Cantiæ [4]pugna-

A.D. 568. Battle of Wimbledon.

---

[1] *Johannes.*] John III. He died, according to Pagi and Muratori, 13 July 573; according to Mansi on the 25th October following.

[2] *Columbanus.*] He died 23 Nov. 615. Capgrave, Nov. Leg. fol. lxv.

[3] *Athelbertus.*] The Saxon Chronicle, under the year 560, states Aethelberht to have reigned fifty-three years, but under 616 increases it to fifty-six, with which account Beda agrees. See Malmsb. § 9, *note*.

[4] *Pugnaverunt.*] Henry Huntingdon and the Saxon Chron. relate that this battle was fought at Wipanduna, now Wimbledon; and by the latter the names of the two earls killed are said to have been Oslac and Cnebban.

Death of Aethelberht. verunt; ubi Athelbertus, duobus comitibus suis interfectis, ipsemet in fugam conversus est.

A.D. 569. Kings of Bernicia. Anno gratiæ DLXIX, defuncto Glappa rege Berniciorum, regnavit pro eo Theodwaldus uno anno.

A.D. 570. Anno gratiæ DLXX. Frethwlfus regnavit in Bernicia septem annis. Eodem anno Armeniæ gentes fidem Christi susceperunt, et abbas [1]Wandregisilus natus est.

Nota de cyclo.

A.D. 571. Cycle. Anno gratiæ DLXXI. completus est cyclus unus sancti Paschæ annorum quingentorum viginti quatuor, ex quo Dominus noster Jesus Christus crucifixus est, indictione septima, anno secundum Græcos a creatione mundi MMMMMLXXV. [2]Wffa in Est-anglia regnat.

A.D. 572. Gregory of Tours. Anno gratiæ DLXXII. [3]Gregorius, Turonensis episcopus ordinatus, sanctitate refulsit insignis.

Nota miraculum.

A.D. 573. Dispute about Easter. Anno gratiæ DLXXIII. [4]Hispani et Galli de Pascha celebrando dissentiunt, Hispanis XII. kal. Aprilis, Francis XIV. kal. Maii Pascha celebrantibus. Sed Francos recte celebrasse per hoc divinitus claruit, quod fontes in Hispania, qui in

[1] *Wandregisilus,*] or S. Wandrille, founder and first abbot of the abbey of Fontenelle. The time of his birth is not known, but he is supposed to have died in 667. See his life in the Act. SS. 22 July, and Mabillon, i. p. 484.

[2] *Wffa.*] Although this kingdom is supposed to have had its origin as early as 526, Uffa did not assume the title of king until this year. From him his successors derived their name of Uffingas (see below, ad an. 578). Reodwalde, grandson of Uffa, is by Malmsbury called the first king of the East-Angles.

[3] *Gregorius.*] He was consecrated archbishop of Tours in 573. His life is printed by Surius, 17 Nov. See le Cointe, Annal. Franc. ii. p. 150.

[4] *Hispani et Galli.*] Wendover has taken his account from Sigebert, who had it from Gregory of Tours, Hist. v. 17. See note by Pagi upon this disagreement, in Annal. Baron. x. p. 311.

sabbato sanctæ Paschæ ad baptizandum divinitus repleri solent, non in Hispanorum sed in Francorum Pascha repleti sunt.

Nota cyphum de testa capitis.

Anno gratiæ DLXXIV.[1] Albuinus, rex Longobardorum, patrem uxoris suæ regem Gepidarum Cunimundum olim in bello peremerat, et ex testa capitis ejus cyphum sibi ad bibendum paraverat; cui, una dierum, cum porrigeret ad bibendum, dicens, 'Bibe cum patre tuo,' illa, fœmineo accensa furore, illum in lecto ab armigero suo jugulari fecit. A.D. 574. Death of Albuinus.

Benedictus papa Romæ sedit.

Anno gratiæ DLXXV.[2] Benedictus sedit in cathedra Romana annis quatuor, mensibus sex et diebus septendecim. Ab isto papa Gregorius ad prædicandum Anglis abire permissus, sed, populo tumultuante retractus, levita septimus est ordinatus. A.D. 575. Benedict pope.

Nota famem.

Anno gratiæ DLXXVI, fame Romam urgente, multi Romanorum ad Longobardos confugiunt; sed[3] Tiberius postea imperator, missa ab Ægypto frumenti copia, Romam ab inedia liberavit. A.D. 576. Famine at Rome.

Tiberius imperator.

Anno gratiæ DLXXVII. Tiberius, Romanum adeptus imperium, annis septem imperavit; qui quoniam in pauperes liberalis fuit, Deus ei mul- A.D. 577. Tiberius emperor.

---

[1] *Albuinus.*] The circumstance alluded to is related above, ad an. 547.

[2] *Benedictus.*] He died 25 July 578. Malmsbury speaks of the cause of Gregory's recall as being the 'factiosus civium amor.'

[3] *Tiberius.*] He died 14 Aug. 582. Upon his liberality towards the poor, see Gregory of Tours, Hist. v. 20.

tos thesauros invenire concessit. Eodem anno, defuncto rege Berniciorum Frethwlpho, Theodoricus successit annis septem.

A.D. 578. S.Germanus. Anno gratiæ DLXXVIII. [1] sanctus Germanus, Parisiensis episcopus, suo obitu cælestia decoravit. Eodem anno, defuncto rege Britonum Aurelio Vortipore. Conano, [2] Vortiporius successit tribus annis; qui, Saxonibus infestus, multoties de eis laudabiliter triumphavit.

Post Wffam, regem orientalium Anglorum, Titilus successit.

Per idem tempus, post Wffam regem orientalium Anglorum, a quo reges illius provinciæ Tytillus king of East-Anglia. 'Wffingas' dicuntur, Titilus filius ejus regnum suscepit. Erat autem Titilus pater Redwaldi, qui [3] a Wodenio decimus fuit.

A.D. 579. Pelagius II. pope. Anno gratiæ DLXXIX. [4] Pelagius sedit in cathedra Romana annis decem, mensibus octo, diebus decem, et cessavit sedes mensibus sex et diebus viginti quinque.

Ceaulinus, rex Westsaxonum, multa castra cepit.

A.D. 580. Anno gratiæ DLXXX. ignis per cælum discurrere visus est. His vero diebus assiduæ fiebant Conquests of Ceawlin. inter Britones et Saxones irruptiones; [5] Ceaulinus enim cepit Bedeanforde castellum, quod

---

[1] *Sanctus Germanus.*] He died May 28. His life by Fortunatus has been edited by Surius and Bolland.

[2] *Vortiporius.*] He was equally the object of detestation to Gildas as his predecessors had been. Epist. § 31; Ussher, p. 282.

[3] *A Wodenio decimus.*] Malmsbury writes, 'a Wodenio, ut scribunt, decimum genu nactus.' Florence of Worcester gives them thus; Woden, Casera, Titmon, Trigilsus, Rothmundus, Hrippus, Wihelmus, Uffa, Titellus, Redwaldus.

[4] *Pelagius.*] Pelagius II. He died of the pestis inguinaria (below, ad an. 591) 8 Feb. 590, having made his palace an hospital for invalids.

[5] *Ceaulinus enim cepit Bedeanforde.*] The Saxon Chronicle and Huntingdon agree in their account as to the battle of Bedford, that it was won by Cuthulf, the

modo Bedford nuncupatur, cum aliis, videlicet, Lienberi, Ailesberi, Bensintune, Heinesham, Gloverniam, Cirencestriam, et Bathoniam, et magnificatum est nomen ejus vehementer.

Romæ decretum est, ut novem tantum præfationes ad missas dicantur.

Anno gratiæ DLXXXI. papa Pelagius decrevit novem præfationes tantum ad missas debere decantari, cassatis cotidianis, quæ dici solebant. Eodem anno, defuncto rege Britonum Vortiporio, successit [1]Malgo, vir pulcherrimus, probitate præclarus, armis robustus, et supra modum largus; sed, sodomitana peste dissolutus, Deo et hominibus sese exhibuit odiosum. Hic etiam sex comprovinciales oceani insulas potenter subegit. A.D. 581. Roman missal. Maglocun.

Gregorius doctor libros moralium composuit.

Anno gratiæ DLXXXII. Gregorius doctor, a papa Pelagio Constantinopolim directus, [2]libros moralium in Job composuit, et ibidem Eutychium, Constantinopolitanum episcopum, male de resurrectione dogmatizantem, qui corpus humanum in A.D. 582. Gregory's Moralia in Job.

---

brother of Ceawlin. The four towns next following are now Leighton, Ailesbury, Bensington, and Ensham. These conquests are placed in the Saxon Chron. in the year 571; the taking of Gloucester, Cirencester, and Bath, six years afterwards. Huntingdon calls these towns 'tres urbes excellentissimas.' The same authorities also mention the defeat of three kings in this year at Derham, or Deorham, in Gloucestershire, namely, Commail, Condidan, and Farinmail, supposed by Mr. Turner to have been the Caranmail and Cyndylan mentioned in one of the elegies of Llywarch Hen. p. 71, and Fernvail, then reigning in Gwent, or Monmouthshire.

[1] *Malgo,*] or Maglocunus. He was Arthur's sister's son, who had sided with Modred against his uncle. He also falls under the lash of the querulous historian, Epist. § 33; Ussher, 283.

[2] *Libros moralium.*] Gregory was induced to undertake this work at the request of Leander, bishop of Seville, and the monks by whom he was accompanied to Constantinople, as we learn from his preface to the Moralia addressed to that bishop.

illa resurrectionis gloria impalpabile ventis aereque subtilius esse venturum, in imperatoris præsentia confutavit, et illo non multo post mortuo penitus extinxit.

A.D. 583. Anno gratiæ DLXXXIII. Turonis de pane altaris fracto verus sanguis effluxit.

Mauricius imperator.

A.D. 584. Maurice emperor. Anno gratiæ DLXXXIV. Tiberio Cæsare in amentiam verso et mortuo, [1] Mauricius annis viginti duobus imperavit. Eodem anno, rex Westsaxonum Ceaulinus et frater ejus Cuthwinus

Battle of Fretherne. bellum cum Britannis commiserunt apud [2] Frithenleiam, ubi Cuthwinus graviter oppressus et peremptus est. Victi sunt igitur Angli et fugæ dati.

Regnum Merciorum initium sumpsit, cujus rex primus Credda fuit.

A.D. 585. Kingdom of Mercia. Anno gratiæ DLXXXV. regnum Merciorum [3] initium sumpsit, quod primus omnium Credda tenuit. Inchoata sunt igitur hoc tempore omnia Anglorum sive Saxonum regna, quæ octo numerantur ; regnum videlicet Cantiæ, cujus caput

Saxon kingdoms enumerated. est civitas Doroberniæ ; regnum australium Saxonum, id est, Suthsexia, cujus caput est civitas Cicestriæ ; regnum orientalium Saxonum, id est, Essexia, cujus caput est civitas Londoniarum ; regnum orientalium Anglorum, id est, Est-anglia, cujus caput Norwicum ; regnum West-

---

[1] *Mauricius.*] He was massacred, with five of his children, by Phocas, who succeeded him, at Constantinople, 27 Nov. 602.

[2] *Frithenleiam.*] Fretherne, in Gloucestershire. Malmsbury tells us that Cuth, and his son of the same name, were killed at this battle. Ussher, with less probability, places the scene of this action at Stanmore in Westmoreland, from Fordun, Scoti-Chron.

[3] *Initium sumpsit.*] Malmsbury does not consider the Mercian kingdom to have had its rise until the reign of Penda, in 626. Henry Huntingdon agrees with Wendover in supposing Crida to have been its first monarch.

saxonum sive occidentalium Saxonum, cujus caput est civitas Wentana, quæ modo Wintonia dicitur; regnum Merciæ, sive Middel-angliæ, cujus caput est Dorkacestria, nunc vero Lincolnia; regnum Northanhumbrorum, cujus caput est Eboracum. Hoc regnum modo in duo dividitur, sicut [1] supra dictum est.

Britones, patriam suam deserentes, in Walliam secesserunt.

A.D. 586. Caretius king of Britain.

Anno gratiæ DLXXXVI. Malgoni, Britannorum regi, [2] Karetius, civilium amator bellorum, successit, Deo et Britonibus inimicus; cujus inconstantiam reges memorati, Anglorum videlicet et Saxonum, comperientes insurrexerunt unanimiter in eum, et post prælia multa fugaverunt eum a civitate in civitatem, donec ad ultimum commisso prælio ipsum ultra Sabrinam in Walliam fugaverunt. Clerici vero et sacerdotes, mucronibus undique micantibus ac flammis in ecclesiis circumquaque crepitantibus, omnes simul in exterminium pellebantur. Secesserunt itaque Britannorum reliquiæ in occidentalibus regni partibus, Cornubia videlicet atque Wallia, maximam insulæ partem relinquentes; unde crebras et ferales irruptiones, sine intermissione, hostibus in-

Britons driven into Wales and Cornwall.

[1] *Supra.*] At page 81.

[2] *Karetius,*] or Careticus. He is supposed to have reigned about three years. Higden says, 'aliquantisper regnavit.' Geoffrey relates that he was driven beyond the Severn by the aid of Gurmundus, a king of Africa, then in Ireland, (according to Alanus de Insulis the 'æquoreus lupus' of Merlin,) having been first besieged and driven out of Cirencester. The army of Gurmundus (the 'Africana nemora' of Merlin) is said to have been 166,000 strong. Giraldus Cambrensis alludes also to the same story, and informs us that Gurmundus was slain in France. The whole story, however, must be considered fabulous, and the capture of Cirencester, and defeat of Caretius, be given, as we have seen, to Ceawlin. Ussher, p. 295; Girald. Camb. ed. Camd. p. 749.

ferebant. Tunc archipræsules, [1]Theonus Londoniensis et Thadioceus Eboracensis, cum omnes ecclesias sibi subditas solo tenus destructas vidissent, cum pluribus ordinatis, qui in tanto discrimine superfuerant, cum reliquiis sanctorum in Cambriam diffugerunt, timentes ne barbarorum irruptione tot et tantorum sacra ossa veterum a memoriis hominum delerentur, si ipsa imminenti periculo minime subtraxissent. Plures etiam, Armoricanam Britanniam petentes, totam ecclesiam duarum provinciarum, [2]Loegriæ videlicet et Northanhumbriæ, a conventibus suis viduatam deserunt et inanem; quibusdam vero sanctorum corporibus, quæ in sepulturis jacebant reverenter occultata, cumulos terræ superposuerunt, ne ab infidelibus despectui haberentur. Erant enim Anglorum sive Saxonum reges armis strenuissimi, pagani atrocissimi, qui nihil potius quam Christum et Christianorum cultum subvertere sitiebant; nam si qua ecclesia, terra subjugata, illæsa servabatur, hoc magis ad confusionem nominis Christi quam ad gloriam faciebant; nempe ex eis deorum suorum templa facientes, profanis suis sacrificiis sancta Dei altaria polluerunt.

Their reduced condition.

Itaque Britanni regni diadema multis temporibus amittentes, videlicet usque ad tempora [3]Cadwallonis, quem Beda Cedwallam vocat, illam patriæ partem, quæ eis remanserat, non uni regi sed tribus tyrannis subjectam, civilibus bellis sæpis-

[1] *Theonus ... et Thadioceus.*] Geoffrey includes also the bishop of Chester, calling them 'tres archipræsules.' The two former are called by Nic. Cantalupe 'Theonotus and Tadeocus.' Ussher, p. 297. See also Foxe, Acts and Monuments, ed. 1578, i. p. 114.

[2] *Loegriæ.*] Britain was divided originally, says Camden, into Loegria, Cambria, Albania, or England, Wales, and Scotland. Here Northumberland is joined with Loegria to make up the first.

[3] *Cadwallonis.*] Bed. Hist. ii. 20. His death is recorded below, under the year 676, after a reign of forty-eight years.

sime infestare non cessabant. Residebant igitur miserrimæ Britonum reliquiæ in tribus provinciis, Cornubia videlicet, quæ Cornu-wallia a quibusdam dicitur, eo quod in mare sese quasi in cornu extendit; Demecia, quæ Australis Wallia appellatur; Venedocia, quæ North-wallia nuncupatur. His finibus quamvis eis invitis contenti a fide tamen Christi nunquam recesserunt; sed in hoc tantum reprehensibiles judicantur, quod semper gentem Anglorum, et etiam usque in hodiernum diem, quasi per eos propriis finibus proscripti, odio mortali perstringunt, nec illis libentius quam canibus communicare volunt. Sunt autem provinciæ illorum inexpugnabiles, videlicet nemorum densitatibus consitæ, altis vallatæ paludibus, præruptis tumentes montibus; unde sæpissime quasi mures de cavernis erumpentes, gentem Anglorum nequiter infestant, nec aliud ab eis in bello nisi capita solum pro redemptione requirunt. Hac denique tempestate, ecclesia beati martyris Albani, quæ post passionem suam miro tabulatu lapideo, atque ejus martyrio condigna legitur fabricata, dejected penitus cum aliis creditur et deleta, donec per ministerium [1]Offæ regis, angelo sibi revelante, corpus gloriosi confessoris ac martyris inventum est, et monasterium ejus denuo fabricatum.

Destruction of the church of S. Alban.

Nota [2] *distinctiones regnorum et regum Angliæ.*

Subjugata itaque Britannia civibusque proscriptis, reges Anglorum sive Saxonum terras undique occupant, regna dilatant, et, pro uniuscu-

Saxon kings.

[1] *Offæ regis.*] The monastery was commenced by Offa in the year 793, and the relics of the saint removed thither. See life of S. Alban in Capgrave, Nov. Leg. fol. ix. and at the end of Wats' edition of Matthew Paris.

[2] *Distinctiones regnorum.*] The reader will do well to compare this division of the country with that more fully given by Malmsbury, § 99—105.

jusque possibilitate, regnis suis limites ponunt. Regnabant autem his temporibus in insula octo reges, quorum nomina hæc sunt; Athelbertus videlicet in Cantia, Cissa in Suthsexia, Ceaulinus in Westsexia, Credda in Mercia, Erkenwinus in Estsexia, Tytilus in Est-anglia, Ella in Deira, Affridus in Bernicia. Hæc denique regna processu temporis ita distinguebantur. Reges autem Cantuariæ in sola Cantiæ provincia dominabantur; [[1]reges Suthsexiæ in illa tantum provincia dominabantur;] reges [[2]]Estsexiæ in illa provincia et in Middelsexia dominabantur; reges Est-angliæ in Northfolc et Suthfolc dominabantur, necnon in provincia Cantebrigensi, donec a rege Offa Merciorum mutilati sunt; reges Merciorum dominabantur in provinciis Glovernienſi, Wygorniensi, Warwicensi, Cestrensi, Derebiensi, Scrobesberiensi, Notingehamensi, Lincolniensi, Leircestrensi, Oxoniensi, Herefordensi, Staffordensi, Northamptonensi, Bukinghamensi, Bedfordensi, Huntedunensi, Cantabrigensi, et Hertfordensi; reges West-saxonum dominabantur in provinciis Bercensi, Dorsetensi, Devonensi, Suthantunensi, Sutheriensi, Wiltonensi, Saresberiensi, et Bathoniensi. Istis ergo provinciis inter sex reges distributis, quandoque ad invicem bella civilia et plusquam civilia commiserunt. Duo reges, qui sunt in Northanhumbria, dominabantur a magno flumine Humbrensi ad mare Scotiæ; de his autem sufficienter superius dictum est. His ita dispositis, placuit dictis regibus Britanniam et memoriam Britannorum pe-

Their dominions.

[1] *Reges Suthsexiæ.*] See the foundation of this kingdom above, in the year 514. Malmsbury places it under the dominion of the West-Saxons.

[2] *Estsexiæ.*] According to the same authority, one half of Hertfordshire was subject to this kingdom.

nitus delere; unde communiter statuerunt quatenus insula, non a Bruto Britannia, sed Anglia vocaretur.

Eodem anno rex Francorum [1]Gunthrannus, in venando fessus, dum in gremio sui armigeri dormiret juxta rivum aquæ, vidit armiger ex ore regis parvulum animal exire; cui volenti rivum transire nec valenti armiger, gladio trans rivum posito, viam eundi et redeundi paravit. Quo iterum in os ejus intrante, expergefactus rex et stupefactus dixit, se per somnium super pontem ferreum transisse, et sub monte quodam multos thesauros vidisse, ubi cum secundum fidem somnii perrexisset, thesauros magnos invenit, eosque acceptos ecclesiæ usibus delegavit. Story of Gontran king of France.

Sledda rex orientalium Saxonum.

Anno gratiæ DLXXXVII. [2]Clotharius regnavit in Gallia annis quadraginta quatuor. Eodem anno, defuncto Erkenwino, rege orientalium Saxonum, [3]Sledda filius ejus, a Wodeno [decimus,] annis decem regnavit. A.D. 587. Clotaire II.

Anno gratiæ DLXXXVIII. [4]Aethefridus, rex Berniciorum, Accam, filiam Ellæ regis Deirorum, conjugem accepit, et ex ea septem filios processu temporis generavit. Nomina autem filiorum hæc A.D. 588. Aethelfrith king of Bernicia.

---

[1] *Gunthrannus.*] He died, king of Orleans and Burgundy, 28 March 593. This anecdote concerning him is related by Paulus Diaconus, Aimo, and Sigebert. It is refuted by Valois, lib. xv. Rer. Franc. pp. 452, 453.

[2] *Clotharius.*] Clotaire II. died in 628. During the last fifteen years of his life he had reigned alone over the whole kingdom, which had been divided by his father with his three uncles. See above, under the year 564.

[3] *Sledda.*] Malmsbury considers him to have been the first king of the East-Saxons. He married Ricula, daughter of Ermenric king of Kent, and died in 597.

[4] *Aethefridus.*] Aethelfrith, according to the Saxon Chronicle, succeeded to the kingdom in 593. To his children Florence adds one daughter named Aebba.

His sons. sunt, Eanfridus, Oswaldus, Oswinus, Oslacus, [1]Oswidus, Osa, et Offa. Eodem anno, Credda Merciorum rege mortuo, [2]Wibba filius ejus successit tribus annis.

De rege Sledda orientalium Saxonum.

A.D. 589. Sledda king of the East-Saxons. Anno gratiæ DLXXXIX. Sledda, rex orientalium Saxonum [ex filia] Ermenrici, regis Cantuariorum, genuit [3]Sebertum, qui post patrem regnavit.

[4]A Cissa Cicestria.

A.D. 590. Death of Cissa. Anno gratiæ DXC., defuncto Cissa, rege australium Saxonum, regnum illud ad regem occidentalium Saxonum Ceaulinum [5]devolutum est.

De septiformi litania a beato Gregorio constituta.

A.D. 591. Plague in Italy. Anno gratiæ DXCI. facto in Italia pæne ultra fidem omnium diluvio, post multam rerum confusionem [6]subsecuta est pestis, quæ inguinaria dicitur, quæ primum omnium papam Pelagium extinxit ac demum populum strage maxima devastavit. Fungebatur autem eodem tempore

---

[1] *Oswidus, Osa.*] Oswudu, Oslafus. Sax. Chron. ad an. 617.

[2] *Wibba filius.*] It is most difficult to ascertain the duration of the reigns of the three kings of Mercia preceding Penda, who is generally allowed to have been king in 626. According to Speed, Wibba reigned twenty years, from 593 to 614, and was succeeded by Ceorl, whom he imagines to have reigned ten years. Mr. Hardy places the death of Crida in 600, of Wibba 610, and Ceorl in 626. Malmsb. § 74, *note.*

[3] *Sebertum.*] He was converted to Christianity, with all his family, by Augustine, and died in 616. See below, under the year 604.

[4] *A Cissa.*] See above, ad an. 514.

[5] *Devolutum est.*] Henry Huntingdon gives no further list of the kings of Sussex; but it is to be inferred from other historians that this kingdom did not become altogether subject to Wessex until the reign of Ina, probably about 720. See below, in the year 722.

[6] *Subsecuta est pestis.*] Upon this the reader may consult Gregory of Tours, Hist. lib. iv. cap. 5; de Gloria Mart. i. cap. 51; de Gloria Confess. cap. 79.

beatus Gregorius vice archidiaconi in urbe Roma, qui pro tanta civium clade jussit fieri septiformem [1] litaniam. Septiformis litania ideo dicitur, quia in loco primo fuit omnis clerus, in secundo omnes abbates cum suis monachis, in tertio omnes abbatissæ cum suis monialibus, in quarto omnes infantes, in quinto omnes laici, in sexto universæ viduæ, in septimo omnes conjugati. His omnibus vir Dei rite dispositis pestem præfatam, iram Dei mitigando, penitus ab urbe detersit. Stayed by S. Gregory.

Gregorius papa.

Anno gratiæ DXCII. beatus [2] Gregorius, populo acclamante cum clero, papa electus, licet multum renitens seipsum absentando, tandem inventus et inthronizatus est; qui inter cætera pietatis opera, Trajani quondam imperatoris animam, quamvis pagani, a pœnis inferni promeruit liberari. Antiphonarium composuit, Kyrieleison cum alleluia ad missas cantari instituit, et in canone missæ tria verba utiliter adposuit, 'Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum jubeas grege numerari.' A.D. 592. Elected pope. His piety.

Ceolricus, rex in regnum occidentalium Saxonum.

Anno gratiæ DXCIII. Ceaulinus et frater ejus Guichelinus decesserunt, et [3] Ceolricus Ceaulino in regno occidentalium Saxonum successit quinque annis. Eodem tempore, papa Gregorius orationem Dominicam super hostiam censuit reci- A.D. 593. Ceolric king of West-Saxons.

[1] *Litaniam.*] The speech of Gregory to the people upon this occasion is to be found in Gregory of Tours, Hist. lib. x. cap. 1.

[2] *Gregorius.*] He died the 12th of March 604.

[3] *Ceolricus.*] The Saxon Chronicle places the date of his accession in 591, after the battle of Wodnesbeorge, when Ceawlin was driven from his kingdom.

tari. Eodem anno [1]Ella rex Deirorum defunctus est, quo mortuo, Ethelfridus rex Berniciorum, filium ejus Eadwinum regno expellens Deirorum, duo regna strenuissime gubernavit; at Eadwinus, in exilium pulsus, exulavit cum Reodwaldo, rege orientalium Anglorum, quousque per illum regno suo [2]restitutus est.

Aethelfrith king of Northumbria.

Tunica inconsutilis Domini invenitur.

A.D. 594. Miracle. Anno gratiæ DXCIV. tunica Domini Salvatoris, in civitate Zaphat non longe ab Hierusalem confessione Simeonis Judæi inventa, et ab episcopo Gregorio Antiocheno et episcopis Thoma Hierosolymitano ac Johanne Constantinopolitano Hierosolymis in loco, ubi crux Christi veneratur, posita est. Eodem anno Wibba, rex Merciorum, obiit, cui successit [3]Cherlus, non filius, sed consanguineus ejus, decem annis.

Ceorl king of Mercia.

Wisigothorum rex ab Arriana pravitate revocatur.

A.D. 595. Récarede king of Visigoths. Anno gratiæ DXCV. [4]Ricardus, rex Wisigothorum, synodo sexaginta duorum episcoporum apud Tholetum congregata ibique Arriana hæresi abdicata et anathematizata, totam gentem illam in catholica fide confirmat.

Sanctus Augustinus, a beato papa Gregorio in Britanniam missus, regem Athelbertum et populum sibi subjectum ad fidem Christi convertit.

A.D. 596. Anno gratiæ DXCVI, qui est annus centesimus

[1] *Ella.*] This should be Aethelric, who continued the persecution against Eadwin begun by his father Ella. He succeeded to Bernicia in 586, and Deira in 588. See Malmsb. p. 61, *note* [6].

[2] *Restitutus est.*] He succeeded to his kingdom upon the death of Aethelfrith, in 617, who was slain at the battle of the Idle. See below, ad an. 617.

[3] *Cherlus, non filius.*] He was son of Kinemund, the brother of Wibba.

[4] *Ricardus.*] This was Récarede king of the Visigoths. See Herman. Contract. and Sigebert, ad an. 595.

quadragesimus septimus, ex quo Horsus et Hengistus fratres venerunt in Britanniam, ut eam subjugarent, [1]missus est servus Dei Augustinus a beato papa Gregorio in Britanniam ut barbaræ genti Anglorum verbum Dei prædicaret; qui, pagana superstitione cœcati, totam Christianitatem deleverant in illa parte insulæ quam habebant. In parte vero Britonum adhuc Christi fides vigebat, quæ, anno Dominicæ incarnationis [2]centesimo quinquagesimo septimo habita, nunquam inter eos defecit. Est autem ad orientalem Cantiæ plagam Thanetos insula, in qua vir Dei Augustinus et socii ejus [3]applicuerunt, viri, ut ferunt, ferme quadraginta; et mittens [4]interpretes ad regem Athelbertum, mandavit sese de Roma venisse ac nuntium ferre optimum, quod sibi obtemperantibus æterna in cælis gaudia promittebat. Hæc audiens rex [5]post dies paucos venit ad insulam, et, residens sub divo, jussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem colloquium venire. At illi divina virtute præditi veniebant crucem pro vexillo ferentes, et imaginem Domini Salvatoris in tabula depictam

Mission of S. Augustine.

Interview with Aethelberht.

[1] *Missus ... Augustinus.*] Upon the date of Augustine's mission, which seems to be satisfactorily established as having occurred in this reign, the reader is referred to Pagi, Baron. Annal. an. 596, § iv.

[2] *Centesimo quinquagesimo septimo.*] In the earlier part of his chronicle Wendover has placed the conversion of Lucius, here alluded to, under the year 183, the date ascribed to the same event also by Baronius. Upon this very doubtful point, however, the reader would do well to consult the third and fourth chapters of Ussher's Primordia.

[3] *Applicuerunt.*] According to Thorn, at a place called Retesbourgh, or Richborough, near Sandwich, where a chapel was built in commemoration of the event, in which the first stone, bearing the first foot-mark of the saint, was deposited. Scriptt. Dec. col. 1759.

[4] *Interpretes.*] Beda says they were 'de gente Francorum;' from which Mr. Stevenson infers the similarity of the French and Kentish languages at that period. Bed. § 54.

[5] *Post dies paucos.*] This account of the interview between Aethelberht and Augustine is given in the words of Beda, § 55.

litaniasque pro sua simul et eorum, propter quos advenerant, salute decantantes. Cumque ad jussionem regis residentes verbum ei vitæ una cum omnibus, qui aderant, prædicarent; respondit ille dicens, 'Pulchra quidem sunt ea quæ promittis, sed quia nova sunt et mihi incerta, non his modo possum assensum præbere, relictis eis quæ tanto tempore cum mea gente servavi. Verum quia de longe huc peregrini venistis, et ea quæ vos vera et optima nobis communicare desiderastis, nolumus vobis esse molesti, sed potius benigno vos hospitio recipere, et quæ victui vestro sunt necessaria ministrare; nec prohibemus, quin omnes quos poteritis fidei vestræ religioni prædicando societis.' Dedit ergo eis [1]mansionem in civitate Dorobernensi, quæ imperii sui erat caput, ubi cœperunt apostolicam primitivæ ecclesiæ vitam imitari, orationibus videlicet assiduis ac jejuniis inhærendo, verbum vitæ prædicando, quos poterant lavacro salutis perfundebant. Nec mora, crediderunt [2]multi et baptizabantur, imitantes simplicitatem innocentis vitæ, ad dulcedinem doctrinæ cælestis. Erat autem prope civitatem ipsam ad orientem ecclesia in honorem [3]sancti Martini antiquitus fabricata, in qua regina, filia regis Franciæ, nomine [4]Berta, orare consueverat, ubi primo et ipsi convenire et prædicare, missas celebrare et baptizare cœpe-

[1] *Mansionem.*] Upon the authority of Thorn, their lodging is said to have been in the parish of S. Alphege, in a place called Stablegate, which was then used as an 'oratorium' by the king's household.

[2] *Multi.*] In a letter from Gregory to Eulogius bishop of Alexandria, it is stated that more than ten thousand English had been baptized by Augustine. Spelm. Concil. p. 78.

[3] *Sancti Martini.*] Said to have been the seat of a suffragan bishop until the time of Lanfranc. Hasted's Kent, iv. 497.

[4] *Berta.*] She was the daughter of Charibert king of Paris, and Ingoberga. Greg. Turon. Hist. Franc. iv. 26.

runt. At ubi post paululum ipse etiam rex inter alios delectatus vita sanctorum mundissima, credens [1]baptizatus est, cœperunt plures quotidie ad audiendum vitæ verbum confluere ac, relicto gentilitatis errore, unitati ecclesiæ sese credendo sociare. Dedit etiam ipsis doctoribus suis locum sedis congruum gradui eorum in Dorobernia civitate sua metropoli, et necessarias in diversis rebus contulit mansiones. Interea vir Dei Augustinus venit Arelas, et, ab [2]archiepiscopo ejusdem civitatis archiepiscopus ordinatus, in Britanniam reversus est. He resides in Canterbury.

Cœnobium beati Benedicti destruitur.

Anno gratiæ DXCVII. [3]cœnobium beati Benedicti, quod in monte Cassino idem pater fundaverat, a perfidis Longobardis destructum est. Fugientes itaque ex eodem loco monachi Romam petierunt, regulam, quam idem sanctus ediderat, secum deferentes. A.D. 597. Abbey of Monte Cassino destroyed.

Anno gratiæ DXCVIII. floruit in Galliis Gregorius, Turonicæ civitatis episcopus, qui ex [4]Avernico territorio attulit sancti reliquias Juliani. A.D. 598.

Eodem anno sanctus [5]Columbanus, doctor Scotorum et Pictorum, obiit, qui posteris suis multa sanctitatis documenta reliquit. Death of S. Columbanus.

[1] *Baptizatus est.*] According to Thorn, upon the feast of Pentecost, which in that year fell on June 2. See Beda, § 57, *note*.

[2] *Archiepiscopo.*] Virgilius was then archbishop of Arles, to whom Gregory had previously written in Augustine's behalf. Spelman, Concil. p. 75. Upon the date of Augustine's ordination and return to England, see Mr. Stevenson's note, Bed. § 58. See also Mabillon, Annal. i. p. 246.

[3] *Cœnobium beati Benedicti.*] This is also recorded by Aimo and Sigebert. The prophecy of the subversion of this monastery, by Benedict himself, is to be found in Mabillon, Annal. i. p. 96.

[4] *Avernico territorio.*] Auvergne. Gregory gives an account of this in his book 'De miraculis S. Juliani,' cap. xxxiv. See also Mabillon, Annal. i. p. 238.

[5] *Columbanus.*] The author of his life in the Nov. Leg. Capgrave, places his death on the 23rd December, 'about' the year 615.

A.D. 599. Anno gratiæ DXCIX, [1]defuncto Reodwaldo, rege orientalium Anglorum, Eorpenwaldus regni gubernacula suscepit.

Theodoricus regnat in Gallia.

A.D. 600. Anno gratiæ DC, mortuo rege Francorum [2]Childeberto, Theodebertus et Theodoricus filii ejus subrogantur.

Ut papa Gregorius Augustino pallium misit.

A.D. 601. Gregory sends a pall to Augustine. Anno gratiæ DCI. beatus papa Gregorius Augustino pallium misit, ad ecclesiam videlicet [3]Londoniensem, quæ tempore Britonum metropolis erat, sicut [4]Beda in historia Anglorum testatur.

Scisma contra Romanam ecclesiam.

A.D. 602. Division against Rome. Anno gratiæ DCII. contentio inter Romanam ecclesiam et arrogantiam Johannis, episcopi Constantinopolitani, universalis patriarchæ sibi nomen usurpantis, sub papa Pelagio concepta et a Gregorio modo non leviter agitata, non ante quiescere potuit, quam ipse Johannes subita morte occubuit.

Ut sanctus Augustinus Britonum episcopos ad concilium vocaverit.

A.D. 603. Anno gratiæ DCIII. rex Northanhumbrorum Ethelfridus contra Britannos apud Kaer-legion dimicans, viros religiosos [5]de abbatia Bangori-

---

[1] *Defuncto Reodwaldo.*] This is an obvious blunder by the scribe, as the same event is recorded below in the year 624.

[2] *Childeberto.*] His death is placed by Aimo in 596.

[3] *Londoniensem.*] On the margin is written by a hand of the 15th century, 'Hoc anno cœpit regnare Sebertus renovator Westmonasterii.' See Dugdale, Monast. vol. i. p. 265.

[4] *Beda in historia,*] edit. E. H. S. § 73. Upon the pall received by Augustine, see Carte, i. p. 223.

[5] *De abbatia Bangoriensi.*] Situated near the town of Chester, and not to be confounded with Bangor in Carnarvonshire. The

ensi maximam multitudinem interfecit. Nempe vir Domini Augustinus, auxilio regis Athelberti usus, convocavit ad synodum suam episcopos et doctores proximæ Britonum provinciæ, in loco, qui usque hodie lingua Anglorum [1]'Augustines Ac,' id est, robur sive quercus Augustini, appellatur, in confinio occidentalium Saxonum et Wicciorum, cœpitque eis fraterna admonitione suadere, ut pace catholica secum habita, communem evangelizandi gentibus pro Domino laborem susciperent, ut qui sanctum Pascha et alia perplura unitati ecclesiæ contraria faciebant. Qui cum, longa disputatione habita, neque precibus neque hortamentis Augustini assensum præbere voluissent, ait, 'Obsecramus, fratres, Deum omnipotentem, ut ipse nobis cælestibus signis insinuare dignetur, quæ sequenda traditio, quibus sit viis ad ingressum regni cælestis properandum; adducatur aliquis æger, et per cujus preces fuerit curatus, hujus fides et operatio omnibus sequenda tradatur.' Quod cum adversarii, licet inviti, concederent, allatus est æger quidam oculorum luce privatus; qui cum oblatus Britonum episcopis, nihil curationis eorum ministerio perciperet, tandem Augustinus genua sua ad Patrem Domini nostri Jesu Christi flexit, deprecans ut visum cœco restitueret, ut per illuminationem unius hominis corporalem in plurimorum corda fidelium gratiam accenderet lucis spiritualis. Nec mora, illuminatur cœcus ac verus summæ

Synod at Augustines Ac.

date of this battle is altogether uncertain. The Saxon Chronicle places it in 607, and affirms that two hundred priests were there slain. Will. Malmsb. p. 66, *note*. Wendover, in the following chapter from Beda, says that the number slain was twelve hundred.

[1] *Augustines Ac.*] Carte places the scene of this synod at Aust, or Aust-clive, on the Severn; Mr. Stevenson imagines it to have been held under an oak-tree. Bed. Hist. § 91, *note*. The date of the synod is also uncertain, it being placed in each year between 598—605.

lucis præco prædicatur ab omnibus Augustinus. Tunc Britones confitentur intellexisse se veram esse viam, quam prædicavit Augustinus, sed sese non posse, absque suorum consensu, priscis abdicare moribus, unde ut secundo fieret synodus pluribus advenientibus postulabant.

Second synod of Augustine.

Quod cum esset statutum, venerunt, ut perhibent, [1] septem Britonum episcopi et plures viri doctissimi, maxime de nobilissimo eorum monasterio, quod lingua Anglorum 'Bangorneburg' dicitur, cui tempore illo abbas [2] Dionotus præfuisse narratur. Qui, ituri ad concilium præfatum, venerunt primo ad quendam virum sanctum ac prudentem, qui apud eos anachoretanam ducebat vitam, consulentes an ad prædicationem Augustini suas deserere traditiones deberent, qui respondit, 'Si homo Dei est, sequimini illum.' Dixerunt, 'Et quomodo hoc possumus probare?' At ille, 'Dominus inquit, ait, 'Discite a me, quia mitis sum et humilis corde,' si ergo Augustinus ille mitis est et humilis corde, credibile est quia et ipse jugum Christi portat et vobis portandum offerat; si ergo immitis est ac superbus, constat quia non est a Deo, neque vobis est ejus sermo curandus.' Qui rursus aiebant, 'Et unde hoc dignoscere valemus?' 'Procurate,' inquit, 'quod ipse prior cum suis ad locum synodi adveniat, et si ipse, vobis appropinquantibus, assurrexerit, sciatis quoniam Christi famulus est, et obtemperanter illum audite; sin autem vos spreverit,

[1] *Septem Britonum.*] Great uncertainty exists as to who were these bishops. Mr. Stevenson imagines them to have been those of St. David's, Llandaff, Llanbardarn, Bangor, St. Asaph, Gloucester, and Somerset.

[2] *Dionotus,*] or Dinoot; said to have been a retired warrior, founder and first abbot of the abbey of Bangor. Bed. § 92, *note.* An account of his interview with Augustine is printed by Spelman, Concil. p. 111.

nec vobis assurgere voluerit cum sitis numero plures, et ipse spernatur a vobis.' Factumque est ut, venientibus illis, Augustinus in sella sederet, quod illi videntes mox in iram conversi sunt, eumque superbiæ notantes, cunctis quæ dicebat contradicere laborabant; quibus Augustinus ait, 'Si in tribus saltem obtemperare mihi vultis, ut Pascha scilicet suo tempore celebretis, ut ministerium baptizandi, quo Deo renascimur, juxta morem sanctæ Romanæ ecclesiæ compleatis, ut genti Anglorum una nobiscum verbum Dei prædicetis, cætera quæ agitis, quamvis moribus nostris contraria, æquanimiter tolerabimus.' At illi nihil se horum facturos neque illum pro archiepiscopo se habituros affirmabant, conferentes ad invicem, 'quia si nobis assurgere noluit, quanto magis, si subdi cœperimus, pro nihilo contemnet.' Quibus vir Domini Augustinus fertur minitans dixisse, quod si pacem cum fratribus nollent habere, bellum ab hostibus forent accepturi, et si nationi Anglorum viam vitæ prædicare nollent, per horum manus ultionem essent mortis accepturi; quod ita per omnia ut prædixerat, divino agente judicio, patratum est.

Ut rex Northanhumbrorum Ethelfridus mille et ducentos monachorum interfecit.

[1]Nec multo post Ethelfridus, Northanhumbrorum rex fortissimus et paganus ferocissimus, collecto grandi exercitu, in [2]civitate Legionum, quæ a Britannis Kaer-legion, id est, civitas Legionum, eo quod Romanæ legiones ibi perendinare solebant, maximam ex iis fecit stragem. Nam bellum A.D. 603. Battle of Bangor.

[1] *Nec multo post.*] See above, p. 100, *note* [b].

[2] *Civitate Legionum.*] Upon the origin of this name there is a long dissertation in Gibson's Camden, i. p. 481.

contra Britannos commissurus, cum videret sacerdotes eorum, qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente convenerant, seorsum in tutiore loco consistere, sciscitabatur qui essent quidve acturi illo convenissent. Erant enim plurimi eorum de monasterio Bangor, in quo tantus fertur fuisse monachorum numerus, ut, cum in septem essent portiones cum suis rectoribus divisi, nulla minus quam trecentos religiosos monachos continebat. Horum autem plurimi, triduano peracto jejunio, cum aliis orandi gratia convenerant, habentes defensorem [1]Brochimailum, qui eos precibus intentos a gladiis protegeret barbarorum. Quorum adventus causam cum intellexisset Ethelfridus tyrannus, ait, 'Et si isti adversum nos Deum suum invocant, profecto, quamvis arma non ferant, contra nos pugnant, qui adversis imprecationibus suis persequuntur;' ita in hos primum arma vertere jubet, et sic cæteras nefandæ militiæ copias, non sine exercitus sui damno, delevit. Extinctos autem in illa pugna ferunt, ex his qui ad orandum venerunt, viros circiter mille ducentos, et solummodo quinquaginta fuga elapsos. Brochimailus quoque ad primum hostium adventum cum suis terga vertens, eos, quos defendere debuerat, inermes ac nudos gladiis ferientibus reliquit. Sicque completum est præsagium beati pontificis [2]Augustini.

Ut sanctus Augustinus ordinavit Justum primum Roffensem episcopum.

A.D. 604. Ordination of Justus.

Anno gratiæ DCIV. [3]beatus Augustinus, donante

[1] *Brochimailum,*] or Brocmael, or Brocwell; said by the Welsh authorities to have been one of the commanders of the British army. Bed. § 94, *note.*

[2] *Augustini.*] The prophecy is thus continued by Beda, 'ut etiam temporalis interitus ultione sentirent perfidi, quod oblata sibi perpetuæ salutis consilia spreverant.'

[3] *Beatus Augustinus.*] The foundation of this church, and its endowment, are by Beda attributed directly to Aethelberht. § 95.

rege Athelberto, in civitate quæ a quodam primario nomine Rof, Rofecestria, id est, civitas Rof, dicebatur, ecclesiam S. Andreæ apostoli construxit, eamque multis possessionibus et amplis dotavit, atque ibidem [1]Justum episcopum ordinavit.

Ut sanctus Augustinus Mellitum ordinavit primum Londoniensem episcopum.

Ordination of Mellitus.

Eodem anno in civitate Londoniarum idem Augustinus Mellitum pontificem consecravit; sicque urbis Londoniensis, quæ semper temporibus Britannorum archiepiscopum habuerat, dignitas nunc ad Doroberniam translata est, ut [2]Merlini vaticinium impleretur dicentis, 'Delebitur religio in insula, et transmutatio primarum sedium fiet; dignitas Londoniæ adornabit Doroberniam,' et cætera.

Conversion of Sebert.

Eodem anno Mellitus, in provinciam orientalium Saxonum ad prædicandum missus a beato Augustino, [3]Sebertum regem cum tota gente sua ad fidem Christi convertit. Erat autem idem Sebertus nepos Athelberti magni regis Cantiæ, ex sorore Ricula, atque sub potestate ipsius constitutus, qui omnibus, usque terminum Humbri fluminis, Anglorum gentibus imperabat.

Vision of Mauricius emperor.

Eodem anno [4]imperator Mauricius, vir Deum timens, in suis orationibus divinam jugiter clementiam precabatur, ut facinorum suorum in hoc se-

[1] *Justum.*] See Wharton, Angl. Sacr. i. p. 329.

[2] *Merlini vaticinium.*] See above, p. 23. Upon this change of the archiepiscopal see, the reader may consult Ussher, p. 37. A letter from Gregory to Augustine, wishing him to give the preference to London, is printed by Spelman, Concil. p. 90.

[3] *Sebertum.*] Upon his death in 616, his sons Seaxred and Seward drove Mellitus from their kingdom. Malmsb. § 98; and below, in the year mentioned.

[4] *Imperator Mauricius.*] The account of this miracle is fully recorded by Johannes Diaconus, in his life of Gregory the Great. Greg. opp. iv. col. 134, *seq.*

culo commissa luere posset. Quadam itaque nocte dum in strato suo quiesceret emissa est ad eum vox cælitus dicens, 'Maurici, trade te et uxorem tuam Constantiam cum pueris Phocæ militi.' Expergefactus autem quæsivit a suis, si scirent militem inter agmina sua Phocam appellatum; at illi, 'Scimus;' et ille, 'Cujus est qualitatis?' Qui dixerunt, 'Juvenis tumidus et temerarius.' Tunc Augustus, somnium suum referens, glorificabat magnifice Deum pro hujusmodi visione. Post hæc autem in terra hostili positus, cum milites suos ferro et rapinis abstinere compelleret, nec tamen eis consueta stipendia ministraret, Phocam rogare cœperunt ut imperii super eos regimen usurparet; quibus Phocas obediens, purpuram imperialem suscepit. Quod audiens Mauricius animo dissolutus, rebusque adversum se fluentibus cessit, et in quandam silvam mari contiguam fugit, in qua cum uxore et quinque filiis jussu Phocæ Cæsaris interemptus est. [1]Phocas ergo Romanum invadens imperium, annis octo imperavit.

Ut beatus Gregorius Trajani principis animam a pœnis infernalibus eripuit.

A.D. 605. Mediation of Gregory for Trajan.

Anno gratiæ DCV, qui est annus imperii Phocæ secundus, beatus papa Gregorius ex hac vita migravit ad Dominum. Hic vir beatus adhuc vivens, cum tempore quodam [2]per forum Trajani principis, quod ipse ædificiis pulcherrimis dudum venustarat, procedens, judicii ejus quo viduam consolatus fuerat recordaretur, pro tanta imperatoris mansuetudine commotus ad sancti Petri apostoli

[1] *Phocas.*] He was beheaded by Heraclius, his right hand having been first cut off, 5 Oct. 610.

[2] *Per forum Trajani.*] The same is related by Paulus and Johannes Diaconus in their lives of Gregory, prefixed to the fourth volume of his works, but rejected by Baronius and the Benedictine editors as fabulous.

basilicam festinus viator pervenit, ubi tam diu super infidelitate et errore clementissimi principis flevisse asseritur, quousque nocte sequenti responsum accepisset se pro Trajano tantum exauditum fuisse, ita ut pro nullo ulterius pagano preces effunderet. Sic itaque Trajani animam ab inferni cruciatibus crede liberatam, ut in inferno posita per Dei misericordiam inferni non sentiat cruciatum; nempe unus et idem gehennæ ignis et si multos valet peccatores pariter detinere, per Dei justitiam non omnes potest æquali pœna punire; nam secundum delicti modum animæ in gehenna sentiunt cruciatum. Opus pietatis, per quod Trajanus Deum et beatum patrem Gregorium commovit ad misericordiam hoc fuit; Quodam tempore Trajano ad belli procinctum vehementissime festinante, vidua quædam fœminarum pauperrima ad eum lachrymis dissoluta accessit dicens, 'Filius meus, te imperante, innocens peremptus est; obsecro ut quia illum mihi reddere non vales, sanguinem ejus legaliter vindicare digneris.' Cumque Trajanus, si sanus reverteretur de prælio, hunc se vindicaturum promitteret, vidua dixit, 'Et si tu in prælio mortuus fueris, quis mihi justitiam exhibebit?' Trajanus respondit, 'Ille qui post me imperabit;' et illa, 'Quid tibi proderit si alter mihi justitiam fecerit?' Trajanus respondit, 'Utique nihil;' et vidua, 'Nonne,' inquit, 'melius tibi est, ut tu mihi justitiam facias et pro hoc mercedem tuam recipias, quam alteri hanc transmittas?' Tunc Trajanus, ratione simul ac pietate commotus, equo descendit, nec antea discessit quam judicium viduæ et sententiam demandaret executioni. Pro hac autem mansuetudine et exhibitione justitiæ a pœnis infernalibus per lachrymas beati patris Gregorii, quingentis post mortem et

Style used in his letters.

eo amplius elapsis annis, meruit liberari. Idem pater Gregorius, primus omnium, in principio epistolarum suarum, ante salutem, gratiam et benedictionem, sese servum servorum Dei pronuncians, omnibus successoribus suis formam humilitatis ostendit. Et post humilitatem utilitatem subjunxit, cum dicit salutem, videlicet animæ et corporis, gratiam a Deo et hominibus, benedictionem, quæ est in semine Abrahæ, quod est Christus, in quo benedicentur omnes gentes terræ.

De cibis in lapides conversis.

A.D. 606. Sabinianus pope.

Anno gratiæ DCVI.[1] Sabinianus sedit in cathedra Romana anno uno, mensibus quinque et diebus novem.

Miracle.

Eodem tempore pauper quidam, cum a nautis eleemosynam peteret nec acciperet, dicente nauclero, 'Nos nihil hic præter lapides habemus,' subjecit pauper, 'Omnia ergo vertantur in lapides.' Quo dicto, quicquid manducabile in navi erat in lapides conversum est, colore et forma rerum earundem permanente.

Ceolwlfus rex occidentalium Saxonum.

A.D. 607.

Anno gratiæ DCVII,[2] Ceolrico rege occidentalium Saxonum defuncto, Ceolwlfus regnavit pro eo viginti quatuor annis. Per idem tempus cum papa Sabinianus liberalitatem beati Gregorii prædecessoris sui derogaret, et sub hoc obtentu manum egenis subtraheret, Gregorius eum, per

[1] *Sabinianus.*] He had been Gregory's nuncio at Constantinople. He died 22 Feb. 606. The miracle that follows is taken from Sigebert.

[2] *Ceolrico rege.*] This, by the error of the scribe, is inserted here instead of at 598, as is evident from the account of Ceolric's accession at 593, where it is stated that he reigned five years. But this is not the only error; for instead of 'viginti quatuor' should be read 'quatuordecim,' as below, under the year 610, is recorded the death of Ceoluulf, and the succession of Cynegils.

visum, ter pro culpa tenaciæ et hujus derogationis increpatum, quod non respiceret pauperes, etiam quarto horribiliter increpans et comminans, in capite percussit, quo ille dolore vexatus paulo post obiit. Death of Sabinianus.

Sanctus Augustinus obiit.

Anno gratiæ DCVIII. [1]Bonifacius sedit in cathedra Romana mensibus octo et diebus viginti novem. [2]Eodem anno beatus Augustinus, Dorobernensis archiepiscopus primus, diem clausit extremum septimo kalend. Junii; cui [3]successit Laurentius, natione Romanus, quem ipse adhuc vivens ordinaverat, ne status ecclesiæ tenerrimus sine pastore vacillaret. Sepultus est autem juxta ecclesiam apostolorum Petri et Pauli, quæ nec dum fuerat perfecta [4]nec dedicata, in qua plurimorum archiepiscoporum corpora tumulata leguntur. A.D. 608. Pope Boniface III. Death of Augustine. Place of burial.

Ecclesia Romana caput omnium ecclesiarum efficitur.

Anno gratiæ DCIX. [5]Bonifacius quintus sedit in cathedra Romana annis sex, mensibus octo et diebus duodecim, et cessavit sedes mensibus septem et diebus viginti quinque; a quo rogatus Phocas imperator statuit, ut ecclesia Romana esset caput omnium ecclesiarum et magistra; nam antea ecclesia Constantinopolitana primam sese scribe- A.D. 609. Boniface IV.

[1] *Bonifacius.*] Boniface III. is supposed by Pagi to have been consecrated 19 Feb. 607, and to have died on the 10th November following.

[2] *Eodem anno.*] He is supposed to have died upon the 26th May, but in what year is very uncertain. His death is placed by Thorn in 605. See Bed. Hist. § 96, *note*.

[3] *Successit Laurentius.*] See Beda, § 97.

[4] *Nec dedicata.*] It was dedicated, according to Thorn, in the year 613, when the body of Augustine was interred in the portico. X. Scriptt. 1767.

[5] *Bonifacius quintus.*] This should be 'quartus.' He died 7 May 615. He was the first pope who used the era of the Incarnation in his dates.

bat omnium ecclesiarum. Impetravit etiam idem papa a præfato principe templum Romæ, quod antiquitus [1]Pantheon vocabatur, eo quod ibi quondam omnium non deorum sed dæmonum cultus agebatur. Quo impetrato, exclusa inde diversa simulacrorum multitudine, omnipotentis Dei et sanctæ virginis Mariæ omniumque sanctorum ecclesiam construxit, ut sicut ibi quondam omnium dæmoniorum cultus agebatur, ita deinceps ibidem omnium sanctorum memoria haberetur.

De regibus Anglorum.

A.D. 610. Kings in England.

Anno gratiæ DCX. defuncto Ceolwlfo, rege occidentalium Saxonum, regnavit pro eo [2]Kinegilsus filius Ceolæ triginta et uno annis. Regnabat hoc tempore in Mercia [3]Penda, in regno orientalium Anglorum Reodwaldus, in Cantia Athelbertus, in Est-saxia Sebertus, in Northanhumbria Ethelfridus superbus et vanæ gloriæ cupidus.

De synodo in Italia.

A.D. 611. Council.

Anno gratiæ DCXI. Bonifacius papa, congregata [4]synodo in Italia, mense Martio, tertia videlicet die mensis, multa ad utilitatem ecclesiæ statuit. Interfuit autem Mellitus, Londoniensis episcopus, ab archiepiscopo Dorobernensi Laurentio destinatus, ut decreta synodi Britanniam rediens ecclesiis Anglorum traderet, et summi

[1] *Pantheon.*] Built by Agrippa B.C. 25, now known as 'L'Eglise de Notre Dame de la Rotonde.'

[2] *Kinegilsus filius Ceolæ.*] The father of Cynegils is called above Ceolricus. He is called Ceolus by Florence and in the Saxon Chronicle.

[3] *Penda.*] According to Wendover's chronology, this would be correct, as he before states Wibba to have died in 594, and Ceorl, his successor, in 604, when Penda received the kingdom. But this would give the latter a reign of fifty-one years, in which our author is borne out by no other historian.

[4] *Synodo.*] The acts of this council are printed by Mansi, Collect. Ampliss. Nov. tom. x. p. 505. It was held not on the third day, but on the third of the calends of March, 27 Feb. 610.

pontificis auctoritate executioni demandaret. Eodem tempore [1]Johannes, Alexandrinus episcopus, floruit, qui ob eximiam in pauperes Christi liberalitatem nomen 'Eleemosynarii' habere promeruit. Contigit autem, ut quidam peregrinus videns tantam ejus in pauperes compassionem, tentare eum volens, accessit ad eum dum de consuetudine infirmos visitaret, et dixit, 'Miserere mei, quoniam miser ego sum et captivus.' Patriarcha vero dispensatori suo ait, 'Da ei sex aureos;' quibus acceptis, mutavit habitum pauper, et aliunde veniens obviam procidit in terram dicens, 'Miserere mei, quia inedia coarctor nimis;' dicit denuo patriarcha, 'Da ei sex aureos;' quo facto, dixit minister in auribus patriarchæ, 'Domine, ipse jam bis accepit;' et tertio veniens eleemosynam postulavit, minister autem domino intimavit; tunc ait ille vere misericors, 'Da ei duodecim aureos, ne forte Christus sit et tentet me.' Johannes Eleemosynarius.

De morte Phocæ imperatoris.

Anno gratiæ DCXII. Phocas imperator, dum crudeliter in suos sæviret domesticos, Heraclii, Africæ patricii, jussu peremptus est; qui post necem ipsius sibi rempublicam vindicavit. A.D. 612. Death of Phocas.

De imperio Heraclii.

Anno gratiæ DCXIII. [2]Heraclius, Romano potitus imperio, annis triginta et uno imperavit. Eodem anno apud urbem Galliæ [3]Mauriennam erat mulier quædam sancto Baptistæ Johanni A.D. 613. Heraclius emperor.

[1] *Johannes Alexandrinus.*] His life, written by a contemporary, Leontius, bishop of Naples, in Cyprus, is printed by Surius, 23 Jan. See Baronius, xi. p. 100.

[2] *Heraclius.*] This should have been inserted three years previously, since Wendover places his death rightly in 641. He died 11 Feb. in that year.

[3] *Mauriennam.*] S. Jean de Maurienne, in Savoy. The story is told at length by Gregory of Tours, Lib. de Glor. Martyr. i. 14.

Miracle. nimis devota. Hæc in orandi constantia persistens, dari sibi a Deo trienni oratione aliquid de membris ejus expetebat; spemque suam in Deo ponens, juravit se non prius manducaturam antequam acciperet quod petebat; et sic septem diebus jejunans septimo die desuper altari pollicem miri candoris apparere videns, læta donum Dei accepit. Ad quod adorandum tres episcopi venientes cum de pollice partem elicere vellent, tres sanguinis guttas ex eo stillare in linteo supposito stupuerunt, et singulas singuli se habere meruisse lætati sunt.

Deusdedit papa efficitur.

A.D. 614. Deusdedit pope. Anno gratiæ DCXIV. [1]Deusdedit sedit in cathedra Romana annis tribus, diebus viginti, et cessavit sedes mense uno et diebus sex. Hic constituit, ut si qui viri vel mulieres suos filios quocunque modo de sacro fonte susceperint, separentur, et si mulier compatrem suum in conjugium duxerit, separentur; mulier tamen dotem recipiat, et post annum, si vult, alteri nubat. Eodem anno rex occidentalium Saxonum Kinigilsus [2]Quichelmum filium suum regni consortem suscepit.

A.D. 615. Miracle. Anno gratiæ DCXV. [3]Clodesuidæ Methensi sponsum suum fugienti velamen capitis per angelum a Deo transmittitur, et illa se et sua Deo delegavit.

---

[1] *Deusdedit.*] According to Pagi, he was not consecrated pope until 19 Oct. 615, with which the date ascribed by Sigebert also agrees. Fleury places it on the 13th Nov. 614.

[2] *Quichelmum filium suum.*] Cuichelm and Cynegils are by Malmsbury called brothers. In the Saxon Chronicle they are spoken of as jointly possessing the throne, and in this year gaining a victory over the Britons at Beandune, in Dorsetshire, where above two thousand of the latter were slain. Florence, in his genealogy, calls Cuichelm the son of Cynegils.

[3] *Clodesuidæ.*] Sigebert calls her Clodesindis of Metz; ad an.

Athelbertus rex Cantuariorum obiit.

Anno gratiæ DCXVI. [1]Athelbertus, rex Cantuariorum, post regnum temporale, quod quinquaginta et sex annis gloriosissime tenuerat, æterna cælestis regni gaudia conscendit; defunctus autem post viginti et unum annos [2]acceptæ fidei, in porticu sancti Martini intra ecclesiam apostolorum Petri et Pauli, quam ipse fundaverat, sepultus est. Anno itaque quo defunctus est Athelbertus, cum filius ejus Eadbaldus regni gubernacula suscepisset, magno ibi tenellis ecclesiæ crementis detrimento fuit; siquidem non solum fidem Christi recipere noluit, sed et tali fornicatione pollutus est, ut [3]uxorem patris insanus haberet. Auxit autem procellam hujuscemodi perturbationis etiam mors Seberti, regis orientalium Saxonum, qui, regna perennia petens, tres filios, qui pagani permânserant, regni temporalis hæredes reliquit. Cœperunt illi mox idololatriæ, quam vivente patre aliquantulum intermisisse videbantur, palam deservire subjectisque populis idola colendi liberam dare licentiam; qui cum viderent pontificem, celebratis in ecclesia missarum solemniis, eucharistiam populo dare, dicebant ad eum barbarica inflati stultitia, 'Quare non etiam nobis porrigis panem nitidum, quem et patri nostro Seberto dabas, et adhuc populo in ecclesia dare non desinis?' quibus Mellitus ipse respondit, 'Si vultis ablui illo fonte salutari, quo pater vester ablutus est, potestis panis sancti

A D. 616. Death of Aethelberht, and of Sebert.

[1] *Athelbertus.*] The accounts of the death of Aethelberht and Sebert, the former of whom, according to the same authority, died 24 February, together with the portion of church history that follows, are taken nearly verbatim from Beda, § 101, *seqq.*

[2] *Acceptæ fidei.*] That is, in England. See Beda, § 100.

[3] *Uxorem patris.*] The name of Aethelberht's second wife is supposed to have been purposely suppressed by historians.

fieri participes; sin autem, nullatenus valetis panem vitæ suscipere;' qui dixerunt, 'Si non vis assentire nobis in tam facili causa, jam non poteris in regno nostro demorari.' Expulsus vero Mellitus venit in Cantiam, tractaturus cum Laurentio et Justo coepiscopis, quid in his esset agendum; decretumque est [1]communi consilio quia satius esset ut omnes ad patriam redeuntes libera ibi mente Deo deservirent, quam inter rebelles fidei sine fructu residere. Discessere utique primo Mellitus et Justus ad partes Galliæ, ibi rerum finem expectare disponentes. Sed non multo post tempore reges, qui præconem a se veritatis expulerant, egressi in prælium contra gentem Gewiseorum omnes pariter cum sua militia divino judicio corruerunt.

Council of English bishops.

Mellitus and Justus leave England.

[2]*Qualiter Laurentius, Cantuariensis archiepiscopus, ab apostolorum principe flagellatur.*

Miracle.

Cum vero Laurentius archiepiscopus Mellitum Justumque secuturus ac Britanniam esset relicturus, jussit ipsa sibi nocte in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli stratum præparari; in quo, cum post multas preces ac lachrymas pro statu ecclesiæ ad Deum fusas ad quiescendum membra posuisset atque obdormisset, apparuit ei beatissimus apostolorum princeps, et multo illum tempore secreto noctis silentio flagellis acrioribus afficiens sciscitabatur apostolica districtione, quare gregem, quem sibi ipse tradiderat, relinqueret, vel cui pastorum oves Christi in medio luporum positas fugiens ipse dimitteret; 'An mei,' inquit, 'oblitus es exempli, qui pro parvulis Christi, quos mihi in indicium suæ dilectionis commendaverat, vincula, verbera, carceres, afflic-

[1] *Communi consilio.*] See Spelman and Wilkins, ad an.

[2] *Qualiter Laurentius.*] See Beda, § 104.

tiones, ipsam postremo mortem crucis ab infidelibus ipse cum Christo tandem coronandus pertuli?' His beati apostoli flagellis simul et exhortationibus animatus famulus Christi Laurentius mox mane facto venit ad regem, et erectis vestibus quantis esset verberibus laceratus ostendit; rex autem multum miratus, requisivit quis in regno suo tanto viro tales infligere plagas ausus fuisset. Tandem ut audivit quia suæ causa salutis episcopus ab apostolo Christi talia esset vulnera et tormenta perpessus, extimuit multum atque, anathematizato omni idololatriæ cultu abdicatoque connubio non legitimo, suscepit fidem Christi, et baptizatus ecclesiæ rebus quantum valuit in omnibus consulere et favere curavit. Verum ipse cum omni gente sua, ex quo ad Dominum conversus est, divinis se studuit mancipare præceptis. Misit etiam in Galliam, revocavit Mellitum et Justum episcopos et eos ad suas ecclesias libere redire præcepit, sicque viso miraculo ad ecclesiæ rediit unitatem.

Conversion of Eadbald.

Mellitus and Justus recalled.

De pugna inter regem Northanhumbrorum et regem orientalium Anglorum.

Anno gratiæ DCXVII. Mellitus et Justus episcopi in Britanniam reversi, a rege Eadbaldo et tota ejus gente cum honore recepti sunt. [1]Eodem anno Reodwaldus, rex orientalium Anglorum, Ethelfridum, regem Northanhumbrorum, ad prælium provocavit. Convenerunt itaque agmina utrorumque in regione Jutarum ad orientalem plagam amnis, qui 'Idle' vocatur; unde exivit

A.D. 617.

Battle of the Idle.

[1] *Eodem anno Reodwaldus.*] The battle of the Idle, near Retford in Nottinghamshire, or, according to a marginal gloss, in Axiolm [Lincolnshire], was fought in this year, according to the Sax. Chron. and Henry Huntingdon, who also quotes the proverb here cited. Florence places the action in 616.

proverbium usque in hodiernum diem, 'Amnis Idle Anglorum sorduit cruore.' Igitur Ethelfridus, ferus et indignans et multum admirans quod aliquis cum illo auderet congredi, audacter quidem sed inordinate in hostes irruit, quamvis acies Reodwaldi eleganter [ordinata] intuentibus terrorem non minimum inferret. Rex tamen Northanhumbrorum, quasi præda inventa, subito proruens in cuneos conglomeratos, Reinerum principem militiæ regis Reodwaldi cum tota acie sua prostravit, et ad inferos impetuose direxit. Reodwaldus autem, tanta clade minime perterritus sed ad vindictam animatus, cuneos Ethelfridi laudabiliter penetravit atque, cruore maximo hostium profuso, regem superbum interemit; deinde hostes sine pietate insecutus omnes eorum acies dissipando contrivit. In hac quoque pugna potissimum laudanda fuit probitas Eadwini, qui de regno illo expulsus apud Reodwaldum septendecim annis exulaverat. Regnaverat Eadwinus filius Ellæ super duo regna Deirorum et Berniciorum, qui postea Christianus effectus omnes reges, tam Anglorum quam Wallensium, in sua ditione recepit.

Cosdroa Hierusalem destruxit.

A.D. 618. Victories of Cosdroa king of Persia.

Anno gratiæ DCXVIII. [1]rex Persarum Cosdroa cepit Damascum et Hierusalem devastavit, et loca sancta quæ in ea erant conflagravit, populorum multitudinem copiosam captivavit, nonaginta millia interfecit, patriarcham ejusdem urbis Zachariam expulit, pretiosum crucis lignum in Persidem secum adportavit; sepulchrum vero Dominicum divina virtute munitum, nunquam permissus est violare. Per idem tempus occu-

[1] *Rex Persarum Cosdroa.*] For the events contained in this chapter, the reader may consult Pagi, Baron. Annal. ad an. 613.

pavit totam Ægyptum, et Alexandriam, Libyam atque Carthaginem, ut vel sic Heraclium ad prælium provocaret; ad quem misit Heraclius, rogans ut inceptis desisteret, quod ille facere contemnens, nuntios imperatoris contumeliis affecit.

Anno gratiæ DCXIX. Heraclius imperator filium Constantinum regio diademate insignivit, et Augustum appellavit. A.D. 619.

Heraclius imperator Cosdroam bello vicit, et lignum Domini in Hierosolymas reportavit.

Anno gratiæ DCXX. imperator Heraclius anno imperii sui decimo, collecta armatorum multitudine, adversus Cosdroam movit iter ferens secum sanctæ Dei genitricis iconem, quæ apud Byzantium est, non hominis manu sed divino miraculo pictam. Cumque pervenisset ad fines civitatis Gozorem, Cosdroa in fugam versus combussit omnia sata per quæ fugiebat; deinde constituit principes militiæ suæ plurimos, qui Heraclium debellarent, dum ipse de loco ad locum fugeret a facie imperatoris; sed Heraclius, iconis Dei genitricis fultus auxilio, omnes adversarios suos in bello peremit aut turpiter in fugam coegit; Cosdroa tandem in fugiendo captus et in carcerem trusus ad extremum morte impiorum defecit. Potitus victoria imperator militibus suis præmia tantis condigna laboribus erogavit, et modicum recreatus [1]revexit Hierosolymas Dominicæ crucis lignum, plurimas Deo pro tanto triumpho referens gratias, lachrymas profundendo devotas. A.D. 620. Conquered by Heraclius.

[1] *Revexit Hierosolymas.*] See Theophanis Chronograph. Paris, 1655, p. 278.

De origine ordinis militiæ Templi.

Order of S. John of Jerusalem.

[1]Temporibus Heraclii, Romani imperatoris, invalescentibus contra eum Arabiæ principibus, regnum Hierosolymorum cum Syria et Ægypto tota in manus Saracenorum legitur devolutum. Quo tempore multi loca sancta, licet sub potestate hostium fidei Christianæ constituta, quidam devotione, quidam mercimoniorum gratia, visitare solebant; inter quos viri quidam de Italia qui urbem Amalfiam inhabitabant, non longe a Salerno famosa civitate sitam, merces peregrinas, et quas prius Oriens non habebat, apud Alexandriam, quæ ultima civitas est Ægypti, lucri gratia navigio adferre solebant; unde tam regis quam principum suorum plenam consecuti gratiam, quasi negotiatores rerum utilium, merces circumferendo regionem totam libere poterant circuire. Contigit ergo, quod cum essent Christiani, quoties opportunitas se obtulit, ut loca venerabilia sanctæ civitatis orationis ac devotionis gratia visitarent; non habentes autem in eadem civitate domicilium certum in quo possent moram facere necessariam, Calipham Ægyptium adeunt et plenam ejus gratiam de suis petitionibus impetrant. Scripsit ergo Calipha præsidi Hierosolymorum litteras patentes, ut viris Amalfitanis, rerum utilium introductoribus, locus Hierosolymis juxta eorum desiderium in ea parte

[1] *Temporibus Heraclii.*] This account of the institution of the order of the Knights Hospitallers of S. John of Jerusalem is taken nearly verbatim from William of Tyre, Hist. Hierosol. inter Gesta Dei per Francos, iv. p. 933, who states that the events related occurred 'tempore domini Eraclii Romanorum imperatoris,' which is enough to account for the insertion of them in this place by Wendover. Upon the origin of this order the reader may consult Pagi, in Annal. Baron. ad an. 1099; Mabillon, Annal. v. p. 429; Bosio, Dell' Istor. della sacra religione et ill. milit. di San Giov. Gierosol. p. 3; and Miræus, Orig. Equest. Ord. p. 2.

qua Christiani habitabant designetur amplissi- Order of S. John of Je-
mus, ad domicilium quale voluerint constituen- rusalem.
dum. Designatur itaque eis locus sufficiens ante januas ecclesiæ Dominicæ resurrectionis, quantum jactus est lapidis, ubi monasterium construxerunt in honorem beatæ Dei genitricis Mariæ, cum aliis officinis quæ ad usus sufficerent monachorum et suæ gentis hospitum susceptionem. Quo facto, de partibus suis monachos et abbatem transferentes, locum regulariter instituunt et Domino illum sancta conversatione placabilem reddunt; et quoniam viri Latini erant, qui locum fundaverant, usque in hodiernum diem dicitur Monasterium de Latina. Accedebant præterea ad locum eundem viduæ sanctæ et continentes, quibus advenientibus ordinatum est a viris prædictis seorsum oratorium in honorem piæ peccatricis Mariæ Magdalenæ, et sub certo numero sorores constitutæ ad obsequium adventantium mulierum. Procuratum est etiam a sanctis viris, ut, confluentibus illic peregrinis egentibus et afflictis, infra ambitum sibi adsignatum fieret ædificium, ubi tam sanos quam ægrotos colligerent, et in eodem loco congregatis fragmentorum utriusque monasterii reliquiis, videlicet virorum ac mulierum, ad quotidianam sustentationem aliquid vel modicum largiretur. Erexerunt etiam in eodem loco altare in honorem beati [1]Johannis Eleemosynarii, quod interpretatur 'misericors,' qui vir, Deo placens, natione Cyprensis fuit, tandemque suffragantibus meritis Alexandrinus patriarcha factus est, vir in operibus pietatis singulariter excellens; pietatis ejus studia et eleemosynas liberales enarrabat omnis ecclesia sanctorum. Huic autem loco sancto neque redditus erant nec

[1] *Johannis Eleemosynarii.*] See above, in the year 611.

Order of S. John of Jerusalem.

possessiones, sed prædicti Amalfitani singulis annis, tam qui domi erant, quam qui negotiationes frequentabant, collectam inter se pecuniam per eos, qui Hierosolymam pergebant, abbati, qui pro tempore ibi erat, offerebant ut inde fratribus et sororibus ad victum et regimen provideretur, et de residuo fieret caritatis administratio advenientibus peregrinis. Tandem cum placuit Christo, ut locus, quem proprio cruore consecraverat, ab errore gentilitatis et spurcitiis mundaret diabolicis et populum induceret Christianum, ditatus est locus ille possessionibus regum et patriarcharum largitate ac fidelium populorum in immensum; unde fratres prædictæ domus prius se a jurisdictione abbatis per Romanam ecclesiam et subjectione patriarchæ subtrahentes decimas ecclesiis reddere a prædiis suis ad se quocumque jure devolutis penitus denegabant, unde recte de eis conqueri possit ecclesia et dicere, 'Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me.'

A.D. 621.

Anno gratiæ DCXXI. [1] Bonifacius sextus, Romanæ ecclesiæ apostolicus, suæ promotionis annum agebat quartum, qui sedit annis quinque, diebus quatuordecim, et cessavit sedes mensibus sex. Eodem tempore [2] Laurentius, Dorobernensis archiepiscopus secundus, diem clausit extremum; cui successit Mellitus, Londoniensis episcopus, quinque annis, et Mellito Justus, totidem annis. Post Mellitum Londini [3] vacabat ecclesia multis

Death of Laurentius.

---

[1] *Bonifacius sextus.*] This should be '*quintus.*' Fleury and Pagi differ as to the time and duration of his papacy, the former allowing him to have held the see seven, the latter five years and ten months. His letters to Eadwin and Ethelburga are given by Beda, § 115, 120.

[2] *Laurentius.*] It seems very evident, from the previous and subsequent dates, that Laurentius must have died in 619. See Wharton, Angl. Sacr. p. 91.

[3] *Vacabat ecclesia.*] Until 656, when Cedd was ordained bishop of the East-Saxons. Beda, § 214.

annis; post Justum vero, in Roffensi ecclesia, successit Romanus.

De Mahumet pseudo-propheta.

Anno gratiæ DCXXII. Cyrus, Alexandrinus epi- A.D. 622.
scopus, et Sergius, Constantinopolitanus patriarcha, Monothelitarum hæresim prædicabant. [1]Hac utique tempestate Saraceni, qui et Turci dicuntur, Mahumet pseudo-propheta eis ducatum præbente, a suis sedibus exierunt, et imperium Heraclii graviter devastare cœperunt. Porro iste Mahumet, Saracenorum et Arabum princeps, de genere Ismael fuit, filii Abrahæ, qui, cum in primæva ætate sua esset mercator, pergebat frequenter cum camelis suis apud Ægyptum et Palæstinam et conversabatur cum Judæis et Christianis, a quibus tam vetus quam novum didicit Testamentum, sed et magus nequissimus effectus est. Et cum hac illacque discurreret, contigit, ut Corozoniam ingrederetur provinciam, cujus provinciæ domina [2]Cadisan dicebatur; quæ cum diversas species, quas secum Mahumet attulerat, miraretur, cœpit ei præfata mulier familiarius [3]adhibere; quam Mahumetes suis incantationibus perstrictam cœpit paulatim astutus in errorem inducere, dicens, quod ipse esset Messias, quem esse venturum adhuc Judæi expectant. Hac opinione non solum potens mulier decepta est, sed omnes Judæi, ad quos ejus furia pertingere poterat, ad eum cum Saracenis catervatim

History of Mahomet.

[1] *Hac utique tempestate.*] The history of Mahomet appears to have been made up from Hugo de S. Victore (Instit. Monast. lib. ix. cap. 9), Sigebert, or Sylvius Marcianensis, and others. A similar but much fuller account may be found in the Speculum Historiale of Vincent of Beauvais, (lib. xxiii. cap. 39,) agreeing in some instances verbatim with Wendover, as if partly taken from a common original. See also Baronius, ad an. 630.

[2] *Cadisan.*] 'Chadigan,' Sigebert.

[3] *Adhibere.*] On the margin 'adhærere.'

History of Mahomet.

confluebant, tanta rei novitate perculsi; qui cœpit novas leges fingere et eis tradere, adhibens ipsis legibus testimonia de utroque Testamento: has leges Ismaelitæ appellant suas, eumque suum legislatorem esse fatentur. Præfata quoque mulier videns hominem Judæorum et Saracenorum pariter contubernio vallatum, existimabat in eo divinitatem latere; et, cum esset vidua, adsumpsit eum sibi maritum, sicque Mahumetes totius provinciæ illius obtinuit principatum. Demum vero Arabes ei adhærentes regnum Persarum infestare cœperunt, ac demum orientis fines imperii usque ad Alexandriam super Heraclium invaserunt. Post hæc autem Mahumetes cœpit cadere frequenter epileptica passione, quod Cadisan uxor ejus cernens, oppido tristabatur, eo quod nupsisset impurissimo et epileptico viro; quam ille placare desiderans, dixit, quia Gabriel angelus ad eum loqueretur, nec se ejus splendorem posse sustinere, utpote homo carnalis, et ideo se cadere et deficere asseruit. Credidit ergo mulier, et omnes Arabes et Ismaelitæ quod ex ore archangeli leges susciperet, quas dabat illis, eo quod Gabriel archangelus sæpe mittatur ad homines. Prædicabat præterea voluptates et carnales delicias summum bonum esse; unde credo, quod si hodie viveret, multos inveniret discipulos.

[1]Tandem cum præfatam hominum numerositatem in suam hæresim intricasset, quadam hora vespertina, cum in palatio sederet vino inebriatus, cognovit quod consueta ægritudo illum invaderet, exivit festinanter dicens se ad col-

[1] *Tandem cum præfatam.*] This account of the death of Mahomet is found in no historians of credit, and may therefore be considered as altogether fabulous. Dr. Prideaux concludes that he died in 632, aged sixty-three years. Life of Mahom. 1708, p. 134.

loquium angeli fuisse vocatum, prohibens ne quis eum sequeretur, ne forte visione angelica moriretur. Ille autem cumulum fimi, ne cadendo læderetur, ascendens illico corruit in acervum, et huc atque illuc volutabatur stridens dentibus et spumans; quod videns multitudo porcorum quæ aderat concurrens illumque discerpens suffocavit. Uxor autem et familia ejus audientes tumultum porcorum exierunt, et corpus domini sui in maxima parte a porcis corrosum invenerunt; veruntamen reliquias porcorum colligentes in locello aureo et argenteo fabrefacto honorifice posuerunt, narrantes quod angeli Dei vix corpus in terra relinquentes, animam cælestibus deliciis cum gaudio intulerunt. Docuit præterea quod hi, qui inimicos occidunt vel ab inimicis occiduntur, paradisum ingrediantur, et ibi esse carnalis cibi et potus refectionem, ibique existere fluvium vini, lactis et mellis, et commixtionem mulierum carnalem non præsentium sed aliarum, omnem affluentem voluptatem. Hic in regno Saracenorum quatuor prætores statuit, quos [1]Admirallios vocavit, seipsum Protosymbolum appellari fecit. Eodem anno [2]Honorius, papa sexagesimus octavus, sedit in cathedra Romana annis duodecim, mensibus undecim, diebus septendecim, et cessavit sedes mensibus septem et diebus octodecim.

History of Mahomet.

His death.

Honorius I. pope.

Anno gratiæ DCXXIII. [3]sanctus Romanus, Rothomagensis archiepiscopus, sanctitate et virtutibus

A.D. 623. Romanus archbishop of Rouen.

[1] *Admirallios.*] 'Amiræi,' Sigebert.

[2] *Honorius papa.*] Sigebert also places the commencement of Honorius's papacy in this year; but Pagi and Mansi have both shown that he was not ordained until the 27th Oct. 625.

[3] *Sanctus Romanus.*] His life was published from an early manuscript by Rigault, in 1609. He held the archbishopric of Rouen nine years, from 626 to 635, in the October of which year he died. See le Cointe, ii. p. 776.

insignis habetur. Eodem tempore, post Sexredum et Siwardum fratres, regnavit apud orientales Saxones Sigebertus, cognomento Parvus, Siwardi scilicet filius, qui cum fratre [1]Seberto a Kinegilso, rege occidentalium Saxonum, et Quichelmo filio ejus [2]interfecti sunt justo Dei judicio; nam patre mortuo ad cultum idolorum reversi, Mellitum Londoniensem episcopum expulerunt, nec de eorum exercitu unus evasit qui eventum nuntiaret.

Sigiberht king of the East-Saxons.

Defuncto orientalium Anglorum rege Reodwaldo Eorpenwaldus successit.

A.D. 624. Eorpwald king of East-Anglia.

Anno gratiæ DCXXIV. defuncto rege orientalium Anglorum Reodwaldo, Eorpenwaldus regni gubernacula suscepit, et bonum principium [3]laudabili fine conclusit.

Nota conjugium.

A.D. 625. Paulinus ordained.

Anno gratiæ DCXXV. Paulinus a Justo archiepiscopo archiepiscopus Eboracensis [4]ordinatur. Contigit autem, quod Northanhumbrorum rex Eadwinus, missis procis, [5]Athelburgam, filiam Cantuariorum regis Athelberti jam defuncti, peteret in uxorem; cui a fratre puellæ, tunc rege, responsum est, non esse licitum Christianam virginem pagano conjungere, ne veri Dei cultus prophanaretur consortio hominis infidelis. Cumque nuntii Eadwino regi talia referrent, respondit, quod si religio puellæ a viris prudentibus

[1] *Seberto.*] Manifestly an error of the scribe for 'Sexredo.'

[2] *Interfecti sunt.*] It nowhere appears where this battle was fought. Huntingdon mentions it as having been well contested, 'audacter cum paucioribus contra plures, sed infeliciter.' Scriptt. post Bed. p. 316.

[3] *Laudabili fine.*] He was slain by Richbert: see below, ad an. 632.

[4] *Ordinatur.*] On the 21st July, according to Beda, § 112.

[5] *Athelburgam.*] Also called Tatae. See Bed. § 111, from whom this account of the marriage is taken.

examinata sanctior atque Deo dignior posset inveniri, non abnegavit, quin eam susciperet ratione præmissa. Nec mora, mittitur puella et cum illa Paulinus, ne paganorum societate posset pollui, qui eam quotidiana exhortatione et sacramentorum cælestium celebratione firmaret. Cum autem illuc pervenisset, concessit rex, ut fidem cultumque religionis, Christiano more, omnes qui cum illa venerunt, videlicet [1]viri ac fœminæ sive sacerdotes, observarent. Sicque Paulinus cum præfata virgine ad regem Eadwinum quasi comes copulæ carnalis advenit, sed ipse potius toto animo intendebat, ut gentem, quam adibat, ad agnitionem veritatis vocaret. Marriage of Eadwin;

Anno gratiæ DCXXVI. [2]venit quidam sicarius, nomine Eumerus, missus a rege occidentalium Saxonum Quichelmo, qui cum patre Kinegilso regnavit, ut regem Eadwinum interficeret. Qui domini sui legationem simulans irruit in regem cum bipenni toxicata, juxta amnem [3]Dorewentanum, volens eum saltem veneno perdere si bipennis defecisset; quod videns Lilla quidam minister regis, et ictu sese interponens transfixus est, atque eodem ictu rex aliquantulum vulneratus; interfecto etiam mox equite quodam, ipse tandem gladiis cæsus et minutim in frusta concisus est. A.D. 626. his life attempted.

Rex autem tali eventu plurimum perturbatus est, sed filia, quam regina ejus nocte sequenti peperit, dolorem aliquantulum mitigavit. Cumque rex diis suis gratias egisset, increpavit eum Paulinus dicens, quod precibus suis sine dolore regina peperisset. Quibus verbis delectatus rex, promisit se Deo Paulini cre- Birth of Eanfled.

[1] *Viri.*] In MS. 'viris ac fœminis sive sacerdotibus.'

[2] *Venit quidam sicarius.*] On the 17th of April. See Beda, § 113.

[3] *Dorewentanum.*] Upon the supposed spot where this took place, the reader may consult Camden, ii. p. 102, and Beda, § 113, *note*.

diturum si illi victoriam de Quichelmo conferret, et in pignus implendæ promissionis filiam suam baptizari præcepit; quæ cum triginta de familia ejus baptizata, Eanfled appellata est. Deinde, collecto exercitu, rex venit contra Quichelmum, ac bello inito universos quos in necem suam conspirasse didicerat, aut trucidavit aut in deditionem recepit. [1]Quichelmum vero in loco, qui lingua Anglorum 'Quichelmes-hlaune' usque hodie dicitur, interemit, et in testimonium victoriæ loco nomen dedit, et sic cum triumpho ad patriam remeavit.

Death of Cuichelm.

De revelatione facta Paulino archiepiscopo, per quam rex Eadwinus fidem Christi suscepit.

A D. 627. Anno gratiæ DCXXVII. facta est Paulino archiepiscopo [2]quædam revelatio inspiratione divina, ut creditur, quæ regem Eadwinum ad credendum stimulabat hoc modo. Cum, Athelfrido illum olim persequente, qui ante eum regnavit, profugus apud regem orientalium Anglorum Reodwaldum moraretur, cognovit per quendam amicum suum Reodwaldum muneribus Athelfridi esse corruptum, ut Eadwinum aut interficeret aut inimico traderet jugulandum, Eadwinus amico respondit, 'Quo nunc fugiam, qui tot annis per omnes Britanniæ fines discurrens hostium insidias evitavi? Si mori oportet, malo ut me hic interimat quam ignobilior.' Dumque mentis angoribus in hunc modum tortus nocte sequenti

Vision of Eadwin;

---

[1] *Quichelmum vero.*] Wendover appears to stand alone in this account of the death of Cuichelm. The Saxon Chronicle states that at this battle five kings were slain, but mentions Cuichelm's baptism as occurring afterwards, in 636. Florence, Malmsbury, and Huntingdon, who all record the action, are equally silent with respect to his death.

[2] *Quædam revelatio.*] The story of the vision and vow of Eadwin are from Beda, § 125, *seqq.*

in strato quiesceret, vidit hominem sibi ignotum penitus adstantem et dicentem sibi, 'Quid dares homini qui te ab hac mœstitudine absolveret, et Reodwaldo regi ut te diligeret suaderet?' Qui cum responderet, 'Omnia quæ possem,' adjecit ille, 'Quid si quis te regem futurum potentiorem prioribus, extinctis hostibus, vere promitteret?' respondente Eadwino ut prius, addidit iterum, 'Quid si quis tibi meliorem vitæ viam ostenderet quam aliquis parentum tuorum habuerit, numquid illi obtemperares?' Promittente hoc sibi firmissime Eadwino, subdidit ille, imponens manus capiti ejus, 'Cum ergo hoc tibi signum evenerit, memento istius temporis et sermonis;' quo dicto repente disparuit, ut intelligeret non hominem esse sed spiritum. At ubi mane juvenis regius solus sederet, præfatus amicus venit ad eum, et ait, 'Surge hilaris, mutatum est cor regis; nam consilio reginæ fidem tibi servare disposuit.' Quid plura? Reodwaldus, ut supra dictum est, regi Athelfrido bellum movit, et Eadwinum in regnum restituit; cumque Paulinus a Spiritu Sancto edoctus, hoc oraculum regi retulisset, manus capiti ejus imponens, regem ad pedes ejus procidere volentem erexit, et exhortans eum ad fidem quod petiit impetravit. Rex igitur die sancto Paschæ et multi cum eo in his baptism.
ecclesia sancti Petri, quam ipse de ligno construxerat, a Paulino baptizatus, idola et eorum aras penitus destruxit. Deinde in civitate Eboraci sedem episcopalem Paulino constituens, ecclesiam ibi lapideam fabricavit, in qua baptizati sunt liberi ejus cum maxima multitudine hominum, ita quod in brevi in toto regno ejus nullus est inventus infidelis.

Honorius Lindissæ primus episcopus est ordinatus.

A.D. 628. Lincolnshire converted.

Anno gratiæ DCXXVIII. Paulinus archiepiscopus provinciam Lindissæ regionis, quæ est ad meridianam plagam Humbri fluminis, ad fidem Christi convertit, atque priùs Bleccam [1]illius civitatis præfectum cum omni domo sua baptizavit. In qua civitate [2]ecclesiam fabricavit et in ea [3]Honorium episcopum consecravit.

Penda contra Kinegils pugnavit.

A.D. 629. Battle of Cirencester.

Anno gratiæ DCXXIX. commissum est bellum inter Pendam, regem Merciorum, et Kinegilsum, regem occidentalium Saxonum, [4]apud Cirencestriam; sed post multam stragem utrinque illatam induciati recesserunt.

De pace tempore regis Eadwini.

A.D. 630. State of Northumberland.

Anno gratiæ DCXXX. [5]rex Eadwinus inter cætera utilitatis, quæ suæ genti procuravit remedia, lucidos fontes juxta viam ob refrigerium viantium per calamos æreos conduxit, vexilla ante se deferri præcepit, pacem talem in Britannia temporibus suis statuit, ut mulier onusta auro cum puero parvulo, ubicumque vellet, ire posset indemnis. Tunc, Justo archiepiscopo defuncto, [6]Honorius successit.

---

[1] *Illius civitatis.*] 'Lindocolinæ civitatis;' Beda, § 136.

[2] *Ecclesiam.*] 'Operis egregii de lapide,' supposed to be the church of S. Paul's, according to tradition originally dedicated to Paulinus. Bed. ibid. *note.*

[3] *Honorium episcopum.*] Upon the date of the death of Justus and the consecration of his successor, see Wharton, Angl. Sacr. i. p. 92.

[4] *Apud Cirencestriam.*] In the date of this battle Florence and Huntingdon agree with our chronicler. The Saxon Chronicle places it in the previous year.

[5] *Rex Eadwinus.*] So Beda, § 137.

[6] *Honorius successit.*] See above, *note* [3].

De hæresi Monothelitarum.

Anno gratiæ DCXXXI. [1]Sergius, patriarcha Constantinopolitanus, et Cyrus, Alexandriæ episcopus, Heraclium in hæresim Monothelitarum involvunt, unam operationem in Christo prædicant, credentium ecclesiam perturbant. Unde imperator illis favens odium subjectorum incurrit, ab omnibus vicinis undique infestatur, et qui omnes vincere solebat, ab omnibus vincitur, divina id justitia permittente. A.D. 631. Heresy of the Monothelitæ.

Rex Eorpenwaldus fidem Christi suscepit.

Anno gratiæ DCXXXII. rex orientalium Anglorum [2]Eorpenwaldus hortatu regis Eadwini fidem Christi suscepit; verum postquam cum omni gente sua per [2]Felicem episcopum credidit, non multum vixit, quia a viro gentili nomine Regberto occisus est; exinde tribus annis provincia illa in errore permansit. Fuit autem Felix episcopus memoratus natione Burgundus, quem ad illam provinciam Honorius, Cantuariensis archiepiscopus, tandem miserat ad prædicandum, accepitque sedem episcopatus in civitate Dommoc, ubi cum septendecim annis pontificale officium complevisset, in pace vitam finivit. A.D. 632. Conversion of Eorpwald.

---

[1] *Sergius.*] See Baron. Annal. ad an. 631. i.

[2] *Eorpenwaldus ... fidem Christi suscepit.*] Considerable difficulty exists as to the chronology of the kingdom of the East-Angles at this period. The Saxon Chronicle and Florence both agree in placing the conversion of Eorpwald in this year; but in Mr. Stevenson's opinion erroneously, who appears to attach more importance to the legend of Etheldritha, abbess of Ely, than the above-mentioned authorities. See Beda, § 134, *note*, and 199, *note*.

[3] *Felicem.*] He was the first bishop of Dommoc, or Dunwich, and died in 646.

De pugna inter regem Northanhumbrorum Eadwinum et Cadwallonem, regem Britonum.

A.D. 633. War between Eadwin and Cadwallo.

Anno gratiæ DCXXXIII., [1]orta discordia inter regem Eadwinum et Cadwallonem regem Britonum, convenerunt ad prælium et, facto congressu, Cadwallo millia suorum amisit et in fugam conversus est. Potitus itaque victoria Eadwinus, duxit exercitum suum per provincias Britonum et tria eorum regna, Demeciæ videlicet, Venedociæ et Meneviæ, combustis urbibus et colonis destructis, omnes illorum provincias in sua jura recepit. Cadwallo autem, qui in Hiberniam aufugerat, resociatis catervis suis, conabatur semper in patriam reverti, nec poterat, quia quandocumque in portu aliquo applicare incipiebat, obviavit illi Eadwinus et introitum denegabat, habuit namque Eadwinus astrologum quendam, nomine Pellitum, qui indicabat ei omnia quæ fiebant. Cadwallo vero in desperationem versus adivit regem Salomonem in minorem Britanniam et ab illo reverenter receptus est; et cum causam adventus ejus cognovisset, auxilium et consilium ei promisit. Tunc Cadwallo Salomoni de astrologo Eadwini omnia referens, dedit consilium ut aliquis vir prudens et audax in habitu peregrino mitteretur, qui magum illum interficere attentaret. Placuit Cadwalloni consilium, et illico nepoti suo, nomine Brieno, hoc onus imposuit, qui, præceptis domini obediens, jussa implere maturavit; denique habitum peregrini suscipiens, baculum ferreum præacutum fabricavit, peram ad latus sinis-

[1] *Orta discordia inter regem Eadwinum et Cadwallonem.*] It is scarcely necessary to observe that Wendover has taken his account of the successes of Eadwin over Cadwallo, by the aid of Pellitus, from Geof. Monmouth, Hist. xii. 4, *seqq.*

trum appendit, et Britanniam veniens versus Eboracum, ubi Eadwinum sciebat, properabat. Ut igitur civitatem ingressus est associavit se pauperibus, qui ante januam regis eleemosynam expectabant; eunte autem eo et redeunte, egressa est soror ejus ab aula habens pelvim in manu, ut aquam reginæ usibus adportaret, (rapuerat namque eam Eadwinus in urbe Wigornia dum post fugam Cadwallonis per provincias Britonum desæviret,) quæ fratrem inter pauperes cognoscens, timuit ne ab aliquo cognitus ab hostibus caperetur; indicavit ergo fratri breviter statum curiæ et magum quem quærebat, qui tunc forte inter pauperes deambulabat. Porro Brienus sororem recognoscens præcepit, ut nocte sequenti furtim egrediens veniret ad eum ad quoddam vetus templum extra urbem, ubi ipse adventum ejus expectaret; deinde ad pauperes rediens venit ad locum ubi Pellitus illos collocabat. Nec mora, erexit burdonem, quem sub pectore magi infigens illum peremit; et baculum in terram projiciens, inter cæteros delituit, et nulli adstantium suspectus ad præfata latibula pervenit. Soror autem ejus nocte clam egredi volens, non potuit, turbabatur enim curia tota pro morte Pelliti, unde vigiles circa curiam rex poni præcepit. At Brienus, nemorum densitates penetrans, ad Exoniam pervenit, ubi convocatis Britonibus, quæ fecerat narravit; at illi civitatem munientes, adventum Cadwallonis cum lætitia expectabant. His itaque per totam Britaniam divulgatis, Penda rex Merciorum cum maxima multitudine Saxonum [1]venit Exoniam, et Brienum obsedit.

Exeter besieged by Penda;

[1] *Venit Exoniam.*] Geoffrey appears also to be the only authority for the siege of Exeter. xii. 7.

De morte regis Eadwini, et desolatione provinciæ Northanhumbrorum.

A.D. 634. Anno gratiæ DCXXXIV. cum rex Britonum Cadwallo, quæ facta fuerant de Pellito, cognovisset, applicuit in insulam cum decem millibus militum, et celeriter Exoniam petivit; consertoque prælio Penda de tali impetu non præmunitus continuo captus est et ejus exercitus dissipatus. At Penda, cum aliam evadendi viam non haberet, Cadwalloni fidelitatem juravit et obsides de subjectione invenit, atque convocatis Britonibus, Cadwallo cum rege Merciorum Northanhumbriam petivit patriamque regis Eadwini devastare cœpit. Quod cum Eadwino nuntiatum fuisset in campo, [1]qui Heethfeld appellatur, obviam veniens cum Britonibus bellum commisit; et, conserto prælio, Eadwinus interfectus est et ejus exercitus crudeliter laceratus; cecidit autem Eadwinus et filius ejus [2]Offridus cum [3]Godbaldo rege Orchadum quarta die iduum Octobris. [4]Allatum est autem caput Eadwini ad Eboracum et in ecclesia beati Petri quam ipse fundaverat recondi'um est. Facta est autem strages maxima in ecclesia et gente Northanhumbrorum; siquidem Penda rex Merciorum idolis deditus et Christiani nominis penitus ignarus nulli parcebat, qui omnes Christi fideles hostes publicos reputabat. Cadwallo vero, quamvis nomen haberet et professionem Christiani, adeo barbarus

the siege raised by Cadwallo.

Battle of Hatfield.

Death of Eadwin.

Cruelty of Cadwallo.

[1] *Qui Heethfeld.*] The battle of Hatfield, according to Beda, took place on the day here mentioned, but in the previous year; § 146, *note*.

[2] *Offridus.*] According to the same authority, Osfrith was slain in the battle, and another son, Eadfrid, fled to Penda, who was afterwards put to death in the reign of Oswald. § 146.

[3] *Godbaldo.*] Geof. Monm. xii. cap. 8.

[4] *Allatum est.*] This account of the state of Northumberland, with the return of Paulinus following, are from Beda, § 147, *seq.*

erat, ut nec sexui quidem muliebri aut innocuæ parvulorum parceret ætati, quin universos atrocitate ferina morti contraderet per tormenta; nam multo tempore eorum provincias debacchando pervagatus, omne genus Anglorum Britanniæ finibus proscribere laborabat. Perturbatis igitur Northanhumbrorum ecclesiis, Paulinus archiepiscopus, assumpta secum regina [1]Athelburga, navigio rediit in Cantiam atque ab Honorio archiepiscopo et rege Eadbaldo [2]decenter susceptus est. Habuit autem secum Uffream filium et Eanfledam filiam Eadwini, et [3]Yffi filium Osredi filii ejus, ac vasa pretiosa regis plurima, crucem magnam auream atque calicem aureum, quæ omnia in ecclesia Dorobernensi servata multo post tempore ostendebantur.

Paulinus bishop of Rochester.

Quo tempore Roffensis ecclesia pastorem non habens, curam illius egit [4]Paulinus, invitatione antistitis Honorii et regis Eadbaldi, ac tenuit usque dum ipse ad cælestia regna conscendit; ubi etiam moriens pallium, quod a Romano pontifice susceperat, reliquit. Defuncto itaque Eadwino, successit ei in regno Deirorum Osricus [5]cognatus ejus; regnum vero Berniciorum Eanfridus filius Athelfridi regis suscepit. Hi autem juvenes tempore regis Eadwini apud Scotos et Pictos exulantes baptizati sunt, sed statim reges effecti ad idola conversi sunt. Nec mora, utrumque juvenem Cadwallo rex Britonum peremit; et primo quidem Osricum dum se in oppidum temere recepisset, Cadwallo subito erumpens il-

Death of the successors of Eadwin.

---

[1] *Athelburga.*] She died 10 Sept. 647, and was canonized. See Bed. § 148, *note*.

[2] *Decenter.*] 'Multum honorifice,' according to Beda.

[3] *Yffi.*] 'Uffa;' Sax. vers. Bed.

[4] *Paulinus.*] Wendover places this prelate's death below in 646, but Beda expressly states that he died on 10 Oct. 644. See also Wharton, Angl. Sacr. i. p. 341.

[5] *Cognatus ejus.*] He was Eadwin's cousin, being the son of Aelfric, brother of Alla.

lum interfecit; deinde, cum anno integro provincias Northanhumbrorum tragica cæde dilaceraret, tandem Eanfridum inconsulte ad se venientem cum militibus duodecim postulandæ pacis gratia simili sorte damnavit.

Oswaldus super duo regna consecratur.

A.D. 635. Oswald king of Northumbria.

Anno gratiæ DCXXXV. [1]Oswaldus regnum Northanhumbrorum integrum suscipiens novem annis tenuit; qui mox ut fidem augeret in regno suo, misit in Scotiam ubi exulaverat et accepit pontificem Aidanum magnæ religionis virum.

Aidan bishop of Lindisfarne.

Venienti igitur episcopo rex Oswaldus sedem episcopalem in insula Lindisfarnensi concessit. Ubi igitur fides cœpit dilatari, contigit ut, evangelizante Aidano, qui Anglicum perfecte non noverat, ipse rex suis ducibus et ministris interpres existeret; longo enim exilii sui tempore linguam Scotorum plene didicerat; unde contigit, ut in brevi adeo fides cresceret, ut in regione illa incredulus nullus inveniretur. Erat autem Oswaldus filius regis Athelfridi, et frater Eanfridi, unde duo regna suscipiens laudabilem in eis vitam peregit. Hoc quoque anno missus est Penda, rex Merciorum, a Cadwallone rege Britonum, cum maxima copia armatorum, in regionem Northanhumbrorum, ut interficeret regem Oswaldum.

Battle of Hefenfeld.

At Oswaldus dum a Penda in loco qui [2]'Hefenfeld,' id est, Cælestis campus, impeteretur, signum vivificæ crucis manibus suis erexit, ac foveæ impositam cespitibus firmavit. Commilitonibus autem indixit, ut suprema voce omnes hæc verba ad Deum clamarent, 'Flectamus genua ad Deum universi, ipsumque in commune deprecemur, ut

[1] *Oswaldus regnum.*] The account of Oswald is taken from Beda, iii. § 152, *seqq.*

[2] *Hefenfeld.*] For the situation of this place, see Smith's Append. xiii. p. 720.

nos ab exercitu superbi regis Britanni et ejusdem nefandi ducis Pendæ defendat; scit enim ipse quia justa pro salute gentis nostræ bella suscipimus.' Fecerunt ergo omnes ut jusserat, et sic in hostes progressi juxta suæ fidei meritum victoria potiti sunt; ac locus ille, in quo crucem Domini erexit, miraculis plenus in magna veneratione hucusque habetur. [1]Eodem anno, jussu Honorii papæ, Birinus in regionem occidentalium Saxonum veniens, [2]per Asterium, Genuensem pontificem, est episcopus ordinatus, ut populo illi gratiam fidei prædicaret. Evangelizante autem illo ibi, rex ejusdem provinciæ Kinegilsus cum omni gente sua credens baptizatus est; contigit eo tempore regem Oswaldum adfuisse, eumque de lavacro exeuntem suscepisse, qui ejus filiam erat in conjugem accepturus. Donaverunt ergo ambo reges civitatem Dorkecestriæ ad faciendum [3]sedem episcopalem, ubi constructis ecclesiis ac dedicatis, divini cultus propagines ad fructum in eis perducere laborabat.

Baptism of Cynegils.

Anno gratiæ DCXXXVI. [4]Sigebertus, vir per omnia Christianissimus ac doctissimus, regnum orientalium Anglorum suscepit. Hic, vivente adhuc fratre Eorpenwaldo, dum exularet in Gallia, imbutus est fidei sacramentis; quorum participem, ut regnare incepit, totam suam provinciam efficere curavit, [5]scholasque literarum per

A.D. 636. Sigeberht king of the East-Angles.

---

[1] *Eodem anno.*] With this date Rudborne, Angl. Sacr. i. 190, also agrees. The Saxon Chronicle places the arrival of Birinus in 634.

[2] *Per Asterium.*] Upon the ordination of Birinus, see Pagi, ad an. 635, § 3. Asterius was archbishop of Milan, but resided at Genoa.

[3] *Sedem episcopalem.*] The see of Dorchester was ultimately transferred to Lincoln.

[4] *Sigebertus.*] Upon the date of Sigeberht's accession, see above, ad an. 632, *note*.

[5] *Scholasque literarum.*] The reader will find a long dissertation upon the probable situation of these schools in Smith's Appendix to Beda, p. 721.

loca instituit, ut literarum dulcedinem homines experirentur agrestes. Tandem, seculo renuntians ac [1]monachum induens, Egrico cognato suo thronum regni reliquit.

A.D. 637. Severinus pope.

Anno gratiæ DCXXXVII. [2]Severinus sedit in cathedra Romana annis duobus, mensibus quatuor et diebus viginti novem. Per idem tempus floruit in Gallia [3]Audoenus, Dagoberti regis referendarius, ideo dictus, quia per eum publicæ conscriptiones annulo seu sigillo regis ad illum relatæ confirmabantur.

A.D. 638. S. Laudo.

Anno gratiæ DCXXXVIII. sanctus [4]Laudo floruit, qui Lambertum post episcopum et martyrem a puero imbuens, in viam veritatis induxit.

Joannes sedit Romæ.

A.D. 639. John pope.

Anno gratiæ DCXXXIX. [5]Joannes sedit in cathedra Romana anno uno, mensibus octo, diebus novendecim, et cessavit sedes mense uno et diebus tredecim.

Eadbaldus rex Cantiæ obiit.

A.D. 640. Theodore pope.

Anno gratiæ DCXL. [6]Theodorus sedit in cathedra Romana annis sex, mensibus quinque, diebus octo, et cessavit sedes diebus quinquaginta duobus. Eodem anno Eadbaldus, rex Cantuariorum, ex hac vita transiens, duos filios

Death of Eadbald.

---

[1] *Monachum induens.*] He became a monk of Bury S. Edmund's, but was with Egric his successor soon after slain by Penda. Flor. Wigorn. ad an. 636.

[2] *Severinus.*] Sigebert places this pope four years earlier than our author. He is supposed, however, by Pagi to have died in 640, having held the see only two months and four days.

[3] *Audoenus,*] or Dado. See le Cointe, Annal. ii. 848.

[4] *Laudo.*] He was fifth bishop of Coutance. See Act. SS. Sept. xxi.

[5] *Joannes.*] He died, according to Pagi, 11 Oct. 642.

[6] *Theodorus.*] He died 13 May 649. According to Sigebert, he was consecrated in 635, and succeeded by Martinus in 648.

[1]Ermenredum et Erkenbertum regni temporalis reliquit hæredes, sed junior Erkenbertus callide regnum fratri surripiens, illum regno privavit; qui suscepto regno viginti quatuor annis et aliquot mensibus laudabiliter præfuit, nam primus regum Angliæ in toto regno suo idola destrui simul et jejunium quadraginta dierum observari præcepit, quæ ne facile a quopiam possent contemni, in transgressores condignas punitiones fieri jussit. Habuit autem reginam, nomine [2]Sexburgam, Annæ regis orientalium Anglorum filiam, ex qua Egbertum filium et [3]Erkengotam filiam generavit. Natique sunt etiam Ermenredo, processu temporis, filii [4]Athelbertus et Athelredus, de quibus suo loco dicetur. Erkengota vero memorata in Brigensi monasterio Francorum habitum religionis suscipiens ac Deo ibidem serviens, magnarum fuit virgo virtutum; nam eo tempore, necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multi de Britannia, monasticæ conversationis gratia, Galliarum monasteria adire solebant. Hujus autem virginis Deo dicatæ multa quidem, ab incolis loci illius, solent opera virtutum et signa miraculorum referri; verum nobis de transitu illius tantum, quo cælestia regna petiit, aliquid breviter dicere sufficiat. Imminente ergo suæ vocationis die vidit catervam hominum albatorum suum intrare monasterium, hosque interrogatos quid quære-

Earconberht.

Ercongota.

[1] *Ermenredum et Erkenbertum.*] Earmenred was the issue of Eadbald's first marriage with his mother-in-law. After his divorce from her Eadbald married Emma, daughter of Theodbert king of Austria, by whom he had Earconberht.

[2] *Sexburgam.*] See Act. SS. Jul. tom. ii. p. 346.

[3] *Erkengotam.*] She was abbess of Faremoustier en Brie. See Beda, § 173; Act. SS. Febr. iii. p. 387.

[4] *Athelbertus et Athelredus.*] They were put to death by Ecgberht. Their martyrdom is recorded by Simeon. Dunelm. at the commencement of his history; also in Capgrave, fol. cxlii. b.

rent aut quid vellent dictum est respondisse, quod ob hoc illuc fuerant destinati, ut aureum illud numisma, quod eo de Cantia venerat, secum assumerent. Ipsa autem nocte, in cujus ultima parte, id est, incipiente aurora, præsentis mundi tenebras transiens, supernam migravit ad lucem. Siquidem multi de fratribus ejusdem monasterii, qui aliis erant in ædibus, jam manifeste se concentus angelorum psallentium referebant audisse, sed et sonitum quasi plurimæ multitudinis monasterium ingredientium audierunt; unde mox egressi, dignoscere quid esset cupientes, viderunt lucem cælitus emissam fuisse permaximam, quæ sanctam illam animam carnis vinculis absolutam ad æterna patriæ cælestis gaudia deducebat.

A.D. 641. Heraclius emperor.

Anno gratiæ DCXLI. [1]Heraclius Augustus defunctus est; post cujus obitum Heraclius Constantinus, filius ejus, imperavit mensibus quatuor; quibus vix expletis, veneno propinatus est a noverca sua Martina.

A.D. 642. Heraclonas.

Anno gratiæ DCXLII. Heraclonas, Heraclii filius, cum matre sua Martina imperavit mensibus sex; quibus emensis, repulsi sunt a senatu propter venenum quod Heraclio propinaverunt, ac lingua Martinæ præcisa, et Heraclonæ naso, missi sunt ad Constantem filium Heraclii junioris.

Mortuo Kinigilso, rege occidentalium Saxonum, Kinewalc successit.

A.D. 643. Death of Cynegils.

Anno gratiæ DCXLIII. rex occidentalium Saxonum Kinigilsus cum regnasset annis triginta

[1] *Heraclius.*] He died 11 Feb. 641. His son Heraclius had been associated with his father in the government in 613. For an account of his death, from Theophanes, Cedrenus, and Nicephorus, the reader may consult Pagi, ad an. 641, § 5.

duobus ex hoc seculo migravit, et regnavit pro eo [1] Kinewalc filius ejus triginta et uno annis.

De sanctitate Oswaldi regis.

Anno gratiæ DCXLIV. sanctus Oswaldus, cum omnes Britanniæ gentes, Anglos videlicet, Scotos, Pictos et Britannos, in sua potestate recepisset, semper tamen humilitatem servavit, benignus peregrinis apparens, pauperibus pater, divitibus terribilis, æquitatem observans in omnibus. [2] Hic cum die sancto Paschæ ad prandium cum Aidano sederet episcopo, discoque argenteo cum regalibus epulis apposito, jam essent manus ad panis benedictionem missuræ, intravit subito minister, cui suscipiendorum inopum erat cura delegata, et indicavit regi quia multitudo pauperum adveniens undecumque per plateas sederet, a rege postulans aliquid eleemosynæ sibi dari; qui mox dapes sibi appositas eis deferri, et patinam minutim confringi et eis distribui præcepit; quo facto pietatis regiæ Aidanus delectatus apprehendit dextram ejus, et ait, 'Nunquam hæc manus putrescat;' quod ita evenit, nam cum in pugna, in qua occisus est, manus illa cum brachio præcideretur, contigit hactenus ut incorrupta permaneat, et in urbe regia, [3] quæ Burgum appellatur, loculo inclusa argenteo et deaurato in ecclesia beati Petri manus cum brachio serventur, et a populo devote venerentur. Erat autem nepos Eadwini regis ex sorore [4] Accha, dignus

A.D. 644. S. Oswald.

[1] *Kinewalc.*] His death however is placed by Wendover, and by the Saxon Chronicle, in 672, where it is also stated that he reigned thirty-one years. Florence also says that he died in that year, but calls it more correctly the thirtieth of his reign.

[2] *Hic cum dic.*] Beda, § 166.

[3] *Quæ Burgum.*] 'Bebban' has been here omitted before 'burgum,' since Bebban-burgum, or Bamborough, is the 'urbs regia' intended.

[4] *Accha,*] or Leba, in the life of Oswald by Drogo; Act. SS. Aug. ii. p. 98.

S. Oswald. tanto prædecessore hæres et religionis et regni; sed bonitati illius invidit inimicus, dum cor Cadwallonis ut illum perimeret, stimulavit. Siquidem anno ætatis suæ tricesimo octavo, mensis Augusti His death. die quinto, regni sui anno nono, occisus est gravi prælio commisso a pagano rege Merciorum Penda, iniquo in loco, qui lingua Anglorum [1]'Marelfeld' appellatur; quo in loco, ubi pro patria pugnans martyrio coronatus est, infirmorum curatio celebrari non desinit. Eodem tempore Kinewalc [2]sedem episcopalem in Wintonia fundavit, in qua etiam [3]Hedda pontifex primus ex Anglis fuit; nempe, postquam Birinus, Dorkecestrensis antistes, ad Christum migraverat, et in sua ecclesia sepultus fuerat, processu temporis subacta civitate illa a regibus Merciorum, translata est sedes apud Wintoniam; corpus vero beati Birini ab episcopo præfato ibidem translatum est et in ecclesia primæ sedis honorifice collocatum. Eodem anno [4]Constans, Heraclii Constantini filius, Romano potitus imperio, annis viginti sex imperavit. Hic etiam in hæresim Monothelitarum incidit, sicut avus ejus Heraclius Augustus. Isti autem unam Christo inesse naturam prædicant contra fidem orthodoxam; nam Filius Dei de suæ divinitatis essentia dicit, 'Ego et Pater unum sumus,' et de humanitatis substantia idem alias dicit, 'Pater major me est.' De his quoque inferius prolixius dicetur.

See of Winchester.

Constans emperor.

---

[1] *Marelfeld,*] or Maresfelth, near Oswestry. See Beda, § 175, *note.*

[2] *Sedem episcopalem.*] The Sax. Chron. places the building of S. Peter's church in Winchester in the year 643.

[3] *Hedda pontifex.*] According to the Annal. Winton. the episcopal see, and the remains of Birinus, were removed together from Dorchester to Winchester in the tenth year of Bishop Hedda, in 683.

[4] *Constans,*] the Second, was murdered at Syracuse, in 668. Baron. ad an. § 1.

Oswaldo successit in regnum Berniciorum Oswius frater, in regno Deirorum Oswinus filius regis Osrici.

Anno gratiæ DCXLV. Oswaldo successit in regnum Berniciorum Oswius frater ejus, regnans cum labore annis viginti octo. Quo etiam tempore [1]Oswinus, filius Osrici regis, regnum Deirorum suscipiens, septem annis regnavit. Hic in regno constitutus omnibus se amabilem exhibuit; erat enim aspectu angelicus, statura procerus, affectu jocundus, civilis moribus, manu largus, in mensa sobrius, in lecto pudicus, moribus ornatus, atque in supremo regni fastigio sublimatus, humilitatem, quæ custos virtutum dicitur, studuit possidere; sicque a magnis reverebatur ut dominus, minimis arridebat ut socius, unde omnes sub ipso vivere dulce habuerunt. Eodem anno Honorio, Cantuariensi archiepiscopo, [2]Deusdedit successit. Eodem anno Penda, rex Merciorum, Kinewalc, regem occidentalium Saxonum, [3]quia sororem ejus repudiaverat, bello invasit et regno privavit. [4]Eodem anno Clodoveus regnavit in Francia, atque regnum tenuit annis septendecim, Sigeberto fratre ejus regnante in Austria. A.D. 645. Successors of Oswald. Cynewealh expelled his kingdom.

Anno gratiæ DCXLVI. Kinewalc, rex occidentalium Saxonum, [5]recuperato regno, Cuthredo A.D. 646.

---

[1] *Oswinus.*] See below, ad an. 651; Bed. § 189.

[2] *Deusdedit.*] Upon the death of Honorius, which is supposed to have taken place in 655, see Angl. Sacr. p. 93.

[3] *Quia sororem.*] So Beda and Florence, ad an. 645. He retired to Anna king of Kent, who received him hospitably.

[4] *Eodem anno.*] Clovis II. commenced his reign in 638, and not in this year, as stated by Sigebert. See Pagi, ad an. § 10, *seq.*

[5] *Recuperato.*] Beda says that Cynewealh was three years in Kent before he recovered his kingdom. The Sax. Chron. places his baptism in this year, but his gift to Cuthred of 3000 hides of land 'juxta Aescsdune' in 648.

filio Quichelmi cognato suo multas contulit mansiones. Eodem anno sanctus [1] Paulinus, Roffensis episcopus, pro temporali vita commutavit æternam, cujus sanctitatem Beda multipliciter commendat.

Death of Paulinus.

De sancto Furseo.

A.D. 647. S. Furseus. Anno gratiæ DCXLVII. sanctus [2] Furseus in Hibernia insignis habetur; qui peregrinationem pro Christo aggressus, ad Gallias usque pervenit, et a Clodoveo rege susceptus [3] Latiniacum cœnobium fundavit. Quem non multo post fratres sui Foillanus et Ultanus pari peregrinandi voto secuti, per Gallias claruerunt; ex quibus Foillanus dono Gertrudis virginis Fossense monasterium postea fundavit, ubi etiam martyrio coronatus quiescit. Eodem tempore [4] Ithamarus post Paulinum Roffensem ecclesiam regendam suscepit.

Ithamar bishop of Rochester.

A.D. 648. Martinus pope. Anno gratiæ DCXLVIII. [5] Martinus sedit in cathedra Romana annis sex, mense uno, diebus viginti sex, et cessavit sedes diebus viginti octo.

[6] *Rex Sigebertus orientalium Saxonum fidem Christi suscepit.*

A.D. 649.. Baptism of Sigeberht II. Anno gratiæ DCXLIX. rex Oswius [7] Sigebertum, regem orientalium Saxonum, cum frequenter ad eum in provinciam Northanhumbrorum veniret,

---

[1] *Paulinus.*] See above, p. 133, note [4].

[2] *Furseus.*] Concerning this saint, see Beda, § 202, *seqq.* and notes; Act. SS. Jan. ii. p. 36; Pagi, ad an. 644, § 3—5; and Ussher, p. 501.

[3] *Latiniacum.*] Lagny on the Marne.

[4] *Ithamarus.*] See Acta SS. Jun. tom. ii. p. 294.

[5] *Martinus.*] He died 16 Sept. 655.

[6] *Rex Sigebertus.*] The contents of this chapter are from Beda, § 214, 216.

[7] *Sigebertum,*] the Second, or the Good, son of Sigeberht the Little. The events recorded in this chapter took place, according to Florence, in 653. The Sax. Chron. states Aidan to have died in 651, who was succeeded by Finanus in the see of Lindisfarne.

hortabatur, ut fidem Christi susciperet; tandem, amicorum auxiliante consensu, a Finano episcopo baptizatus. Igitur æterni regni jam civis effectus, ad patriam reversus a rege Oswio postulavit, ut aliquos sibi doctores daret, qui gentem suam ad fidem converterent; at ille mittens ad provinciam mediterraneorum Anglorum clamavit ad se virum Dei Ceddam, et dato illi socio presbytero quodam, misit eos ad Saxones orientales, ut verbum fidei illis prædicarent. Ubi cum omnia perambulantes multam Deo ecclesiam congregassent, contigit eundem Ceddam redire domum, ut Finani episcopi colloquium haberet. Qui ubi prosperatum opus evangelii comperit, fecit [1] eum episcopum in gentem prædictam, qui accepto episcopatus gradu ad provinciam rediit orientalium Saxonum, ubi per loca fabricavit ecclesias, presbyteros et diaconos ordinavit, qui ministerio baptizandi incepto in civitatibus, quæ [2] Ithancestria et Tileburgh appellantur, officium illud impleverunt, quarum prior est in ripa Pentæ amnis, secunda super ripam fluminis Thamesis. [3] Nec multo post idem rex a propinquis suis interfectus est, eo quod inimicis suis parcere solebat, et injurias sibi illatas pœnitentibus placida mente dimitteret. Successit autem Sigeberto in regnum orientalium Saxonum Swithelmus, filius Sexbaldi, qui baptizatus est ab episcopo Cedda in provincia orientalium Anglorum in vico regio, qui [4] Rendlesham appellatur; suscepitque eum de fonte Ethelwaldus rex illius gentis, frater Annæ regis eorundem.

Cedd bishop of East-Saxons.

Death of Sigeberht.

[1] *Eum episcopum.*] Cedd died bishop of London in 664.

[2] *Ithancestria et Tileburgh.*] Malden and Tilbury, in Essex, according to Camden, i. pp. 349, 351.

[3] *Nec multo post.*] He is supposed to have been killed in 660.

[4] *Rendlesham.*] According to Camden, on the Debin in Suffolk, i. p. 369.

Agelbertus Dorkecestrensis consecratur episcopus.

A.D. 650. Aegelberht bishop of Dorchester.

Anno gratiæ DCL. post Birinum, [1]primus episcopus Dorkecestrensis successit [2]Agelbertus. His etiam diebus, defuncto Felice orientalium Anglorum episcopo post sedecim annos accepti episcopatus, Honorius loco ejus ordinavit Thomam diaconum ejus de provincia Girviorum; quo post quinque annos ab hac vita subtracto, [3]Bonifacius loco ejus successit. Per idem tempus Peada a patre Penda in regem Merciorum erectus, et regis nomine per omnia dignus, venit ad regem Northanhumbrorum Oswium, postulans filiam ejus [4]Elfledam sibi conjugem dari; quod impetrare non potuit nisi fidem Christi cum gente, cui præerat, acciperet. At ille, audita prædicatione veritatis, ac promissione regni cælestis, persuasus ab Alfrido, filio Oswii, amico suo, cujus sororem habuit conjugem, nomine Kineburgam, a Finano episcopo baptizatus est cum tota familia sua in vico regis, qui vocatur [5]'ad Murum,' et acceptis quatuor presbyteris ad gentem suam convertendam ad fidem, cum gaudio ad propria remeavit. Venientes autem in provinciam memorati sacerdotes verbum Dei prædicabant, quibus turba hominum obtemperantes, abrenuntiata idolorum sorde, fidei fonte sunt renati. Nec prohibuit Penda, licet paganus esset atrocissimus, in sua, hoc est, in Mer-

Peada baptized.

[1] *Primus.*] Rather 'primum episcopum Dorkecest.' since he before calls Birinus bishop of Dorchester, p. 140.

[2] *Agelbertus.*] See below, ad an. 664.

[3] *Bonifacius,*] called by Beda Berctgilsus, § 209; Angl. Sacr. i. p. 403.

[4] *Elfledam,*] or Alcfiedam; Bed. § 210. See Acta SS. Feb. ii. p. 178.

[5] *Ad Murum.*] Beda describes the situation of this town very particularly, and the reason why it was so called; 'Est enim juxta murum, quo olim Romani Britanniam insulam præcinxere, duodecim millibus passuum a mari orientali.' § 213.

ciorum gente, verbum Dei prædicare, [dicens tamen] esse miseros et contemnendos, qui Deo suo, in quem crederent, contemnerent obedire.

[1] *De passione sancti Oswini.*

Anno gratiæ DCLI., emergentibus dissensionum causis inter reges Deirorum et Berniciorum, Oswium scilicet et Oswinum, congregaverunt exercitum utrique pro viribus ad certamen; sed cum essent prælium commissuri, in loco, qui [2] 'Wilfaresdune' appellatur, videns Oswinus se imparem viribus inimici, remisit exercitum quem regebat, ac omnibus domum redire præcepit, divertens ipse cum uno solo milite, Tonhero nomine, in domo comitis Hunwaldi sibi amicissimi, ut credebat; sed longe aliter erat, nam ab eodem comite proditus, misit Oswius præpositum suum Aethelwinum ut regem perimeret; cujus adventum Oswinus cum cognovisset, exivit continuo occurrens gladiis iniquorum, in quem lictores irruentes, una cum milite suo, in loco, qui dicitur [3] 'Ingetlingum,' morte omnibus detestanda peremerunt. A.D. 651. Passion of S. Oswin. Death of Oswin.

Sic itaque Oswinus, exemplum Salvatoris insecutus, dum ad passionem properans a Judæis quæreretur ut crucifigeretur, ipse, quem quærerent, percunctatur, respondentibus illis quod Jesum quærerent Nazarenum, ait, 'Si me quæritis, sinite hos abire,' discipulos innuere volens, solus enim sufficiebat ad redemptionem mundi. Hoc exemplo, ut dictum est, animatus Oswinus

---

[1] *De passione sancti Oswini.*] The account of the passion of Oswin is from Beda, § 188, *seqq.*

[2] *Wilfaresdune.*] Beda describes this place as nearly ten miles from Cataracto, or Cetricht, supposed to be Catterich Bridge. *Ibid.*; see Camd. ii. p. 120.

[3] *Ingetlingum.*] Now Gilling, or Yeding, according to Tindal, near Richmond, Yorkshire. For the account which follows, see Beda, § 189, *seq.*

martyr Dei gloriosus, cum ab amico sicut Salvator a discipulo traderetur, pro patria et gente propria sese morti obtulit, memoriter ad mentem reducens sententiam Salvatoris, qui dicit, 'Majorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis;' unde dubium non est, quin bona vita talem finem præcesserit, præcipue cum nemo repente efficiatur summus.

His character.

Erat enim a primæva ætate, ut superius relatum est, Christianæ religionis cultor veracissimus, statura procerus, virtute strenuus, vultu angelicus, civilis moribus, consilio magnus, affectu jocundus, manu largus, in mensa sobrius, in lecto pudicus, affabilis omnibus, experientia piissimus, atque inter pauperes et divites adeo medius, ut pauperes illum quasi parem aspicerent, ac divites ut dominum et superiorem haberent; unde contigit, ut ob regalis animi civilitatem, omnes ad illum concurrerent ac diligerent, ut regio schemate eruditi, in faciebus aliorum doctiores apparerent. De humilitate quoque ipsius, quæ custos virtutum dicitur, non est tacendum, quia universitati suæ posteritatis potissimum reliquit exemplum; donaverat namque [1]Aidano episcopo equum pretiosum et optimum, in quo ille, quamvis pedes incedere solitus, vel amnium fluenta transire, vel viam necessitate cogente expedire posset. Nec multo post, cum pauper quidam episcopo occurreret eleemosynam petens, desiliens ille præcepit equum, ut erat regaliter stratus, pauperi dari; erat enim cultor pauperum, ac velut pater miserorum; hoc cum regi esset relatum, dicebat episcopo, 'Utquid, domine mi, equum regium, quem te conveniebat proprium habere, pauperi dare voluisti? Numquid [non]

[1] *Aidano.*] His life is printed in the Nov. Legend. fol. iv. b.

habuimus equos viliores, vel alias species, quæ pauperibus sufficerent, et si non eis dares equum, quem tibi specialiter elegi?' Cui episcopus, 'Quid loqueris,' inquit, 'rex; num tibi carior est ille filius equæ, quam ille filius Dei?' Tunc repente rex, pœnitens de verbo quod dixerat, continuo surgens corruit ad pedes episcopi, postulans, ut offensam sibi dimitteret, tali conditione ut de cætero quantum voluerit de substantia sua filiis Dei tribuat; quod videns episcopus continuo surgens levavit eum promittens se multum illi fore placatum, dummodo residens tristitiam deponat. Cumque jubente episcopo rex lætitiam susciperet, contristatus est pontifex vehementer atque, profusis ubertim lachrymis, domesticis suis patria lingua dixit, 'Nunquam ante hæc humilem vidi regem; non enim digna est hæc regio talem habere rectorem.' In caritate denique Dei et proximi perfectus enituit, dum in Dei dilectione adeo proximos dilexit, ut genti propriæ, et quod pluris est, alieno sanguini parcens, proprium sanguinem profundere curaret. Tot igitur talibusque virtutibus undique circumvallatus, digna Deo hostia effectus ad martyrium properabat.

Passus [1] est autem beatissimus rex Oswinus et martyr tertio decimo die kalendarum Septembrium, anno regni ejus nono, in loco, qui dicitur 'Ingetlingum,' corpusque ejus ad ecclesiam Dei genitricis, quæ in ostio Tynæ fluminis, quæ ad aquilonem sita est, delatum et sub divo sepultum est. Rudis enim natio gentium erat illis in locis, ubi corpus martyris in sarcophago lapideo in abdito sinu terræ reconditum est, quandoque in lucem per Dei gratiam proferendum.

[1] *Passus est.*] See his life in Nov. Legend. cclii. b.

Oidwald succeeds.

Successit ei in regnum Deirorum [1]Oidwaldus, filius Oswaldi regis, quem regina Eanfleda regis Eadwini filia generavit. Post mortem Oswini, duodecim diebus evolutis, Aidanus episcopus, ab hoc sæculo sublatus, perpetua laborum suorum a Deo præmia recepit. Successit ei in episcopatum Lindisfarnensem [2]Finanus, natione Scotus, sed parvo tempore in episcopatu permansit.

Finan bishop of Lindisfarne.

De monacho, qui invitus trahebatur ad bellum.

A.D. 652. Egric king of the East-Angles;

Anno gratiæ DCLII. rex [3]Egricus orientalium Anglorum a Penda rege Merciorum bello exacerbatus, dum sese hostibus inferiorem conspiceret, rogavit prædecessorem suum Sigebertum monachum, de quo superius commemoravimus, ut ad confirmandum exercitum secum veniret ad bellum. Illo vero nolente ac contradicente, invito eo, de monasterio illum extrahentes duxerunt ad certamen, sperantes milites minus fugam posse meditari præsente rege quondam strenuissimo ac rebus bellicis erudito; sed ipse professionis suæ non immemor, quod sibi pugnare non licuit, una cum rege Egrico occisus est, et totus eorum cæsus vel dispersus exercitus. Successit ei Anna filius Eni de regio genere, vir optimus, de quo in sequentibus dicetur.

his death.

Martinus papa hæresim Monothelitarum damnavit.

A.D. 653 Council of the Lateran.

Anno gratiæ DCLIII. Martinus papa Romæ celebravit [4]concilium centum et quinque episco-

---

[1] *Oidwaldus.*] Called Aethelwald by Florence of Worcester in his succession of the kings of Deira.

[2] *Finanus.*] He died in 661. See Act. SS. Feb. iii. p. 21.

[3] *Egricus.*] The contents of this chapter are from Beda, § 200. On the chronology of this period, see *ibid. note.*

[4] *Concilium.*] The Lateran council held in 649 is here intended. The proceedings are printed by Harduin, tom. iii. col. 687.

porum; ubi damnavit hæresim Monothelitarum et ejus sectatorem Paulum, Constantinopoleos falsi nominis patriarcham. Qua re cognita, Constans Augustus Martinum papam Constantinopolim evocavit, et inde eum exilio relegavit apud Chersonesum; multos etiam orthodoxorum verberibus et exiliis condemnavit, eo quod hæresi suæ nullatenus adquiescere vellent. Eodem tempore Honorio, Dorobernensi archiepiscopo, [1]Deusdedit successit.

Anno gratiæ DCLIV. Penda rex Merciorum, qui totus in arma furens, nullas nisi sanguine fuso gaudet habere vias, Annam regem orientalium Anglorum virum bene religiosum bello invasit, et in momento contrivit et ejus exercitum totum, cui [2]Athelherus frater ejus in regnum successit. [3]Eodem anno, defuncto rege Cantuariorum Erconberto, successit ei in regnum filius ejus Egbertus novem annis. Hic in palatio suo duos filios Ermenredi patrui sui educaverat, Athelbertum scilicet et Ethelredum, qui post sacri baptismatis regenerationem in innocentia et castitate voluntaria permanentes, morum honestatem humilitatis custodia munierunt. [4]Erat autem in domo regis memorati minister quidam, diaboli membrum, Thuner nomine, quod Latine 'Tonitrum' sonat, qui puerorum laudabilibus invidens incrementis, eorum innocentiam erga regem quotidiano labore adulator sedulus denigrabat. 'Video,' inquit, 'te, O rex, tales cum diligentia

A.D. 654.

Death of Anna.

Ecgberht king of Kent,

[1] *Deusdedit.*] Honorius died according to Beda on 30 September, and Deusdedit, before called Frithona, was consecrated by Ithamar bishop of Rochester on 26 March. He died the 14th July 664. Angl. Sacr. p. 93.

[2] *Athelherus.*] He was slain also by Penda in the following year.

[3] *Eodem anno.*] This event is antedated by ten years: it is rightly recorded below in 664.

[4] *Erat autem in domo.*] This legend agrees for the most part with that in Simeon of Durham, Dec. Scriptt. col. 88. See also Malmsb. § 209.

nutrire, qui regnum tuum aliquando tibi auferre præsument; unde consilium utile tibi crederem, aut eos in longinquum dirigi exilium aut mihi tradi sinas ad perdendum.' Rege itaque hoc dissimulante et illo sæpius, ut id fieret, instigante, dum rex tepide prohibuit, audaciæ temeritatem ut perderentur insontes induxit. Quid plura? Armatur turbo nomine Thuner rabie diabolica, et in regis absentia, innocentibus præfatis ignominiose jugulatis, in aula regia sub regali cathedra indecenter sanctorum corpora sepelivit. Reverso itaque rege, intempestæ noctis quiete columna lucis cælitus emissa regias ædes inestimabili claritate replevit; quam ministri de regis familia intuentes et præ stupore in terram corruentes, in amentiam fere conversi sunt. Cumque rex ad tumultum satellitum evigilasset et causam tumultus penitus ignorasset, de consuetudine surrexit, ut matutinos audiret; et egressus a domo vidit orbem novi splendoris radiis coruscantem; et recordatus est rex de confabulatione quam cum ministro sceleris habuerat de perdendis pueris, et contristatus est valde. Et accito ad se iniquitatis auctore requirit ab eo ubi essent cognati sui, qui sibi adstare diebus singulis consueverant, quos die præterita sibi adstare non viderat; at ille, more Cain, regi respondens, ait, 'Nescio; numquid custos puerorum ego sum?' Ad quem rex, 'Serve nequam, tu mihi semper de eis sinistra prædicasti; unde, nequissime, te oportet, ubi sint, indicare.' Cumque superbo mentis supercilio nefandus ille eventum rei regi indicasset, iratus est vehementer; in se reversus, totius crimen sceleris in seipsum refundebat, et supra modum confusus residuum noctis in lachrymis deducebat. Tandem cum dies terris illuxisset archiepiscopum Deusdedit

murders his cousins;

et magnates, quos habere potuit, convocari præcepit, et rem per ordinem referens qualiter columna lucis cælitus super sanctorum corpora emissa descenderat. Archiepiscopus dedit consilium, ut corpora innocentum ad ecclesiam metropolitanam portarentur, et ibi sepulturæ more regio traderentur; et simul ad locum venientes, sub regis cathedra sanctas reliquias indecenter positas repererunt. Gerebantur autem hæc in villa regia, quæ Eastreia dicebatur. Collocatis igitur sanctorum reliquiis, ut decebat, ad portandum in feretris, jussit archiepiscopus ut ad ecclesiam Christi Cantuariæ portarentur, sed in vanum, quia de loco moveri non poterant, licet multo conamine adtentarent; mutato itaque consilio, ut ad beati Augustini veherentur basilicam, nihil similiter profecerunt. Tandem provisum est, ut portarentur ad [1]Wærinense monasterium famosissimum, qui, mutato proposito, vehicula adeo levi conamine sublevabant ac si nihil oneris habuissent, quo cum pervenissent, exequiis ab archiepiscopo rite peractis, sanctorum corpora juxta majus altare tradunt sepulturæ; quo in loco ad laudem Dei et eorum gloriam multa miraculorum insignia operatur divina clementia. Contigit eo tempore, soror regis [2]Ermenburga ut dimisso marito suo, Pendæ regis Merciorum filio, ejus cum consensu castam eligeret ducere vitam; quæ cum familia sua ad fratrem venisset, et suum propositum ei indicasset, [3]dedit

their place of burial.

[1] *Wærinense monasterium.*] In Capgrave it is called Wakering; in Simeon, Wacrinense, who also speaks of it as 'famosissimum.' The remains of the brothers were finally removed to Ramsey abbey in the time of Eadgar, by Oswald archbishop of Worcester and York. Malmsb. § 209.

[2] *Ermenburga.*] Eormenburga, or Domneva, according to Simeon, who states that she was sent for by Ecgberht.

[3] *Dedit illi locum.*] As much as a stag could travel over in one day. Minstre in Thanet is supposed to have been the abbey founded, over which Domneva

illi locum præfatæ visionis declaratum, ubi monasterio in honorem martyrum fabricato dilecta Deo Ermenburga, septuaginta sibi monialibus sociatis, Deo dignum bonæ conversationis fructum offerens, tandem in Domino quievit. Hoc etiam tempore Botulphus apud [1] Hiccanhoe ecclesiam construxit.

Church of Ycanno built.

De morte Pendæ regis Merciorum.

A.D. 655. Anno gratiæ DCLV. Penda rex Merciorum, jubente Cadwallone Britonum rege, innumerabili exercitu collecto Northanhumbriam petivit. At [2] Oswius rex necessitate compulsus promisit ei donaria multa et ornamenta regalia ut, rebus bellicis prætermissis, amicabiliter ad propria rediret; cumque ille nec pretio nec precibus adquiescere vellet, rex ad divinum confugit auxilium, quo ab impietate barbarica posset liberari, votoque sese obligans, ait, 'Si paganus nescit nostra accipere donaria, offeramus ei, qui novit, Domino Deo nostro.' Vovit ergo, quia, si victor existeret, filiam suam Domino sacra virginitate dicaret simul et duodecim mansiones prædiorum ad construenda monasteria, et sic parvo stipatus agmine se certamini dedit; denique fertur paganum trities majorem exercitum habuisse, nam, ducibus triginta ad bellum diligenter instructis, Oswius solus cum filio Alfrido Christo duce occurrens, illos fugavit et in sequendo peremit. Cecidit inter cæteros Penda rex nequissimus, qui

Vow of Oswiû.

Death of Penda.

appointed her daughter Mildred first abbess. Dec. Scriptt. 89, 90. This abbey was burned by the Danes in 988. Hasted, Hist. Kent, iv. p. 295.

[1] *Hiccanhoe.*] Icanhoe or Ycanno, in Lincolnshire. The Saxon Chron. also speaks of the commencement of the building this monastery in this year. It is said to have been destroyed by the Danes, 870. Leland, ex Chronic. Fan. Neot. Collect. ii. p. 214. See S. Botulph's life in Capgrave, fol. xlii.

[2] *Oswius rex necessitate compulsus.*] See Beda, § 221.

tot nobiles a vita temporali privavit; cecidit rex Ethelherus frater Annæ regis de quo supra meminimus, auctor ipse belli, qui perditis militibus noluit solus perire. Et quia prope fluvium, qui [1]Winwed dicitur, pugnatum est, qui tunc per inundantia pluviarum omnes metas suas transierat, contigit ut multo plures aqua fugientes quam bellantes perderet ensis; unde exivit proverbium, 'In Winwed amne vindicata est cædes Annæ, cædes regum Sigeberti et Egrici, cædes Oswaldi et Eadwini.' Tunc rex Oswius juxta quod Domino voverat pro collata sibi victoria gratias Deo referens dedit [2]filiam suam, quæ vix unius anni ætatem impleverat, perpetua ei virginitate consecrandam in monasterio, quod [3]Herteseie, id est, insula cervi, nuncupatur, cui tunc [4]Hilda præfuit abbatissa. Quæ comparata possessione decem familiarum in loco, qui 'Streneshal' appellatur, monasterium ibi construxit. Hoc autem bellum rex Oswius ad magnam utriusque populi utilitatem confecit, dum suam gentem ab hostili paganorum depopulatione liberavit, et ipsam gentem Merciorum, dejecto capite perfido, qui omnes peremerat, ad Christianæ fidei gratiam convertit. Successit autem Ethelhero in regno orientalium Anglorum frater ejus [5]Ethelwaldus,

---

[1] *Winwed.*] 'At this day called Winmore, four miles from Leeds, on the road to York.' Camd. ii. p. 89.

[2] *Filiam suam.*] Beda tells us that her name was Aelfled. See Acta SS. Feb. tom. ii. p. 178.

[3] *Herteseie.*] Called by Beda Heortu, supposed to have been founded by Hieu or Bega; now Hartlepool, Durham.

[4] *Hilda.*] See her life in Capgrave, Nov. Leg. fol. clxxix. Beda, § 322, *seqq.*

[5] *Ethelwaldus.*] He is supposed to have died in 664. He was succeeded by Eadwulf, the son of Ethelher by Hereswitha sister of S. Hilda; who dying in 683, his brother Eadwald, or Elcwold, ascended the throne. The time of the death of both these kings is very uncertain; but that the former was living in 680, we find from his being mentioned by Beda as present at the synod of Heathfield in that year. § 302.

continuatisque successionibus tandem regnum ejusdem Ethelheri filiis Eadwolfo et Eadwaldo pervenit.

De primis episcopis Lichfeldensibus.

A.D. 656. Anno gratiæ DCLVI. Oswius rex donavit Peadæ, filio Pendæ, eo quod [1]cognatus ejus esset, regnum australium Merciorum, qui fluvio Trente sunt discreti ab aquilonalibus Merciis, de se tenendum.

See of Lichfield. Qui primum habuit episcopum in provincia Merciorum, simul et Lindisfarorum ac mediterraneorum Anglorum, nomine [2]Diuma. Hic apud mediterraneos Anglos [3]defunctus ac sepultus est. Secundus ejusdem provinciæ episcopus Coellacus fuit, qui, relicto episcopatus officio, [4]ad Scotiam rediit. Tertius Tunherus extitit de natione Anglorum, sed a Scotis doctus et ordinatus, abbas erat in monasterio, quod dicitur [5]'Ingetlingum,' ubi Oswinus rex et martyr occisus est.

De morte Peadæ regis Merciorum, cui successit Wlfherus frater ejus.

A.D. 657. Death of Peada. Anno gratiæ DCLVII. Peada, filius Pendæ, multum nefarie peremptus est, proditione, ut dicunt, [6]uxoris suæ, in ipso tempore festi paschalis. Cui successit frater ejus Wlfherus septendecim annis hæres paternæ virtutis. Qui [7]statim sublimatus in regem adversus regem Oswium rebel-

---

[1] *Cognatus.*] Penda had married Alcfleda, natural daughter of Oswiû.

[2] *Diuma.*] Called also Dimna. Upon the very uncertain chronology, the 'crassæ tenebræ,' of these bishops, see Wharton, Angl. Sacr. i. p. 423, *seqq.*

[3] *Defunctus.*] Beda calls the name of the place Infeppingum.

[4] *Ad Scotiam.*] 'Ad insulam Hii.' Bed. § 212.

[5] *Ingetlingum.*] See above, p. 145, *note* [3].

[6] *Uxoris suæ.*] Alcfleda, daughter of Oswiû, above, *note* [1].

[7] *Statim sublimatus.*] Beda dates the rebellion of Wulfheri three years after the death of Penda.

lavit, auxilio fultus Immin, Eabbi et Edberti ducum, ejectisque a regno Merciorum ministris Oswii, fines suos simul et libertatem receperunt. Habuit autem post Tunherum episcopos [1]Jaruman, Ceaddam et Winfridum, qui per ordinem in Mercia episcopali officio fungebantur.

Anno gratiæ DCLVIII. Kinewalc, rex occidentalium Saxonum, rebellavit contra Britannos apud [2]Pennum, sed Britones primum Anglos aliquantulum repulerunt; tum Britones postmodum fatigati, more nivis liquefacta est fortitudo eorum, et fugati sunt a Penno usque Pendredam, et facta est super progeniem Bruti plaga insanabilis in die illa. A.D. 658. Victory of Cynewealh.

Eugenius papa.

Anno gratiæ DCLIX. [3]Eugenius sedit in cathedra Romana annis duobus, mensibus novem, diebus viginti duobus, et cessavit sedes mensibus duobus. A.D. 659. Eugenius pope.

Nota miraculum de sancto Dionysio.

Anno gratiæ DCLX. [4]Clodoveus rex corpus beati Dionysii discooperiens cupide et minus religiose os brachii fregit et rapuit, sed mox in amentiam incidit æternam. A.D. 660. Miracle.

Anno gratiæ DCLXI. Kinewalc rex West-saxonum rebellavit contra Wlfherum regem Merciorum; sed ipse paterna virtute et fortuna usus prævaluit, rege quoque West-saxonum fugato, A.D. 661. Wars of Cynewealh and Wulfheri.

[1] *Jaruman.*] He died in 667, Cedd in 672, and Winfrid was deposed from his bishopric by Theodore archbishop of Canterbury, according to Florence, in 675; but by Wendover his deposition is placed in the year preceding. See Angl. Sacr. i. p. 426.

[2] *Pennum.*] Pen, in Somersetshire.

[3] *Eugenius.*] He died according to Pagi on 1 June 657. Wendover has followed Sigebert in placing his succession in this year.

[4] *Clodoveus rex.*] So Sigebert, ad an.

terram ejus spoliavit; tandem ad insulam Vectam perveniens bello eam obtinuit. Hoc etiam tempore [1]Athelwaldus, rex australium Saxonum, anno regni sui quarto a præfato Wlfhero subjugatus fidem Christi suscepit, et ab eodem rege de sacro fonte susceptus est; quo facto, misit Eopam presbyterum ad Vectam insulam, qui populum illum prædicando ad fidem converteret veritatis. Fuit eo tempore in provincia Northanhumbrorum clericus quidam, [2]Wilfridus nomine, Alfridi filii Oswii regis propter doctrinam Christianæ eruditionis multum amicus, qui de Roma rediens, apud Dalfinum, archiepiscopum Lugduni, multum temporis implens, ab ipso susceperat tonsuræ ecclesiasticæ coronam. Dedit ergo ei Alfridus monasterium quadraginta familiarum, in Ripun, quem videlicet locum paulo ante dederat episcopis, qui pascha Domini juxta consuetudinem Scotorum celebrabant; sed quia illi postmodum, data sibi optione, loco potius cedere volebant quam suam consuetudinem mutare, dedit illi locum, qui digniorem vitam habuit et doctrinam. Venit eo tempore Agelbertus occidentalium Saxonum episcopus, cujus supra meminimus, Alfridi amicus ad provinciam Northanhumbrorum, qui ad petitionem Alfridi præfati ad monasterium jam dictum Wilfridum presbyterum ordinavit, ubi in bona vitæ conversatione degens, ea quæ discipulis suis sequenda tradidit, ipse summopere adimplere curavit. [3]Agelbertus

Agilbert bishop of Winchester.

[1] *Athelwaldus.*] Called by Malmsbury Ethelwalkius. The Saxon Chron. states that the Isle of Wight was given to him by Wulfheri in this year.

[2] *Wilfridus nomine.*] For the history of Wilfrid, see Beda, § 227.

[3] *Agelbertus episcopus.*] He was ordained bishop of Paris in 664. Rudborne says that he was expelled his bishopric; but Wharton, that he resigned it in consequence of an act of injustice done him by Cynewealh; Angl. Sacr. i. p. 191. See also Pagi, ad an. 664, § 5—7.

episcopus regem Kinewalcum et regnum Angliæ relinquens in Gallia episcopatum suscepit, et in loco ejus Wina episcopatum suscepit.

Anno gratiæ DCLXII. [1]Vitalianus sedit in cathedra Romana annis duodecim, mensibus sex, et cessavit sedes mensibus duobus et diebus tredecim. A.D. 662. Vitalianus pope.

Clotarius regnavit in Gallia.

Anno gratiæ DCLXIII. [2]Clotarius regnavit in Francia quatuor annis. Eodem tempore in Anglia magna fit disceptatio de observatione paschæ inter Anglos et Scotos; convenerunt namque apud Streneshal rex Oswius et filius ejus Aldfridus,[3]Colmannus etiam Scotus, Lindisfarnensis episcopus, cum clericis suis de Scotia, Cedda quoque episcopus cum Hilda abbatissa, qui partes Scotorum fovebant; ex altera vero parte Wilfridus presbyter cum monachis et clericis, qui de celebratione paschæ aliter quam Scoti sentiebant. Considentibus cunctis ostendit rex Oswius, quod oportet eos, qui uni Deo serviunt, unam vivendi regulam tenere nec in sacramentorum cælestium celebratione discrepare, qui unum omnes in cælis regnum expectant; sed communiter quærerent, quæ verior esset traditio, et hanc omnes fideliter sequerentur. Tunc Colmannus, 'Pascha,' inquit, 'hoc, quod agere soleo, a majoribus meis accepi, qui me huc episcopum miserunt, quodque omnes patres nostri Deo dilecti eodem modo celebrasse noscuntur; quod ne cui reprobandum esse videatur, ipsum est

A.D. 663. Clotaire III.

Council of Streneshalh.

[1] *Vitalianus.*] He died according to Pagi 27 Jan. 672.

[2] *Clotarius.*] Clotaire III. began his reign in 656, reigned the first four years alone, and died in 670; Bouquet, iii. p. 690.

[3] *Colmannus.*] He succeeded Finanus in 661, and resigned his bishopric in 664, upon the decision of the above-named council. Angl. Sacr. i. 692.

quod beatus evangelista Johannes in omnibus ecclesiis quibus præerat legitur celebrasse.' Cumque hæc et hujusmodi diu allegasset, Wilfridus presbyter, rege jubente ut diceret, ita exorsus ait, 'Pascha quod facimus, Romani, Itali, Galli, Græci ac universalis ecclesia per orbem usquequaque diffusa communiter observat, præter Pictos, Scotos et Britannos, qui contra totum orbem stulto labore contendunt; cum enim Petro, apostolorum principi, Dominus diceret, 'Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam et portæ inferorum non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cælorum;' præferrene, Colmanne, patres nostros Pictos et Scotos principi apostolorum potes, cui Dominus regimen generalis ecclesiæ concessit?' Audiens autem ista rex, ait, 'Verane sunt, Colmanne, quæ dicit Wilfridus?' At ille, 'Vera, domine rex.' 'Si uterque vestrum in hoc consentitis, quod hæc principaliter Petro dicta sunt, ego vobis dico, quia hic est ostiarius, cui contradicere nolo; sed in quantum valeo illius obedire statutis cupio, ne forte, veniente me ad fores regni cælestis, non sit qui reseret, averso illo qui claves tenere probatur.' Hæc rege dicente, elevatis in cælum manibus, faverunt adsidentes et, abdicata minus perfecta institutione, ad ea sese, quæ meliora noverant, contulerunt.

Decision of Oswiû.

Tuda Lindisfarnensis episcopus ordinatur.

A.D. 664. Ecgberht king of Kent.

Anno gratiæ DCLXIV.[1] Erconbertus rex obiit et Egbertus filius ejus in regnum Cantiæ successit. Eodem anno Colmannus, episcopus Lindisfarnensis, cum suis ad Scotiam reversus est, cujus

[1] *Erconbertus.*] He died 14 July 664, and his successor Ecgberht in July 673. Pagi, ad an. 664, § 12.

loco [1]Tuda episcopus ordinatur. Eodem anno [2]eclipsis solis facta est mense Maio et secuta est mortalitas inaudita. [3]Deusdedit, archiepiscopus Cantuariensis, obiit, et cessavit sedes Dorobernensis quatuor annis. Eodem anno [4]Alfridus, Oswii regis filius, misit [5]Wilfridum presbyterum ad Gallias, ut ibidem ordinaretur archiepiscopus Eboracensis; qui veniens ad Agelbertum, qui relicta Britannia Parisiis erat episcopus, ab episcopo consecratus est. Quo ibidem demorante, rex Oswius misit Ceddam presbyterum ad antistitem occidentalium Saxonum, Winam appellatum, qui illum episcopum consecravit, licet contra statuta canonum, quia, vivente adhuc Wilfrido, non debuit alius subrogari; sed error iste postea correctus est, ut infra dicetur.

Tuda bishop of Lindisfarne.

Ordination of Cedda.

Nota mortalitatem in Britannia.

Anno gratiæ DCLXV. mortalitas adeo invaluit in Anglia, ut homines congregati ad maris loca prærupta venientes, sese in eo præcipites darent, præferentes cita morte præveniri quam longo cruciatu tabis perire.

A.D. 665. Mortality in England.

De episcopatu pecunia adquisito.

Anno gratiæ DCLXVI. [6]Wina, episcopus Wintoniensis, a rege Kinewalco de præsulatu pulsus,

A.D. 666. Wina bishop of London.

[1] *Tuda.*] He died of the plague very shortly after his consecration, before the middle of the same year. Angl. Sacr. i. p. 693.

[2] *Eclipsis solis.*] It happened on the 1st of May. Pagi, ad an. 664, § 8.

[3] *Deusdedit.*] He died on the same day as Earconberht, 14 July 664; from which time the see of Canterbury was vacant until the consecration of Theodore, 26 March 668. Angl. Sacr. i. p. 93.

[4] *Alfridus.*] He died during his father's life-time. Smith's Beda, p. 206, *note* [8].

[5] *Wilfridum.*] See his life by Beda, § 413, *seqq.* The circumstances connected with the ordination of the bishops, Wilfrid and Cedda, will be found related at length by Wharton, Angl. Sacr. i. p. 425.

[6] *Wina episcopus.*] Beda, § 170. Rudborne says that three years before his death he repented of his simoniacal purchase, resigned

a Wlfhero, Merciorum rege, episcopatum Londoniensem magno emptum pretio adquisivit; unde post mortem in episcoporum serie Londoniensium non meruit recenseri.

Contentio inter Romanos et Constantem.

A.D. 667. Anno gratiæ DCLXVII. [1]Constans imperator volens in urbe Romana caput imperii constituere, resistitur ei a Constantinopolitanis, sicque ejus propositum penitus enervatur. Deinde Romam veniens, obtulit sancto Petro pallium auro contextum, quem papa Vitalianus cum honore suscipiens, ad limina sancti Petri in magna populi frequentia perduxit; et cum in urbe per dies duodecim resedisset, magna tactus cupiditate, omnia ornamentorum genera ex ære et marmore, quibus urbs decorabatur, in Tiberim devexit, ut ea Constantinopolim adferret; inter quæ basilicam beatæ Dei genitricis Mariæ et omnium martyrum, quæ Pantheon antiquitus vocabatur, æreis tegulis discooperuit, et Constantinopolim remeavit.

Constans goes to Rome.

Theodorus Cantuariensis archiepiscopus consecratur, qui expulso Cedda, Eboracensi archiepiscopo, Wilfridum revocavit.

A.D. 668. Anno gratiæ DCLXVIII. papa [2]Vitalianus ad ecclesiam Cantuariensem Theodorum ordinavit episcopum; qui post biennium in Britanniam veniens, Ceddam virum sanctum et modestum,

Theodore archbishop of Canterbury.

---

his bishopric, and passed the rest of his life in Winchester. Angl. Sacr. i. p. 192.

[1] *Constans imperator.*] This event is placed by Sigebert and others in 663. The part that he had taken in the Monothelitan heresy made him odious to the Constantinopolitans. Pagi, ad an. 663, § 2.

[2] *Vitalianus ad ecclesiam.*] The election, journey, and acts of Theodore are recorded by Beda, § 254—258. He died 16 Sept. 690. See also Mabillon, Annal. ii. p. 985.

quem non rite ad Eboracensem archiepiscopatum promotum cognoverat, degradavit et Wilfridum injuste expulsum revocavit. [1]Cedda vero humiliter cedens Lichefeldensem episcopatum regendum suscepit.

Nota proditionem.

Anno gratiæ DCLXIX. Constans imperator in balneo multum nefarie a suis interficitur. Post cujus decessum, milites [2]Mizentium quendam Armenium assumentes imperatorem fecerunt; sed post dies paucos Constantinus, Constantis defuncti filius, superveniens Mizentium præfatum, cum interfectoribus patris, morte pessima condemnavit. Circa hos denique dies Mahumetes pseudo-propheta, de quo [3]superius relatum est, obiit et sepultus est in inferno.

A.D. 669. Death of Constans.

Death of Mahomet.

[4]*Constantinus Romanum adeptus imperium hæresim Monothelitarum destruxit.*

Anno gratiæ DCLXX. [5]Adeodatus sedit in cathedra Romana annis quatuor, mensibus duobus, diebus quinque, et cessavit sedes mensibus quatuor et diebus quindecim. Eodem anno Constantinus, Constantis filius, Romanum adeptus imperium annis septendecim imperavit. Hic restauravit ecclesias, quæ dirutæ fuerant a temporibus Heraclii proavi sui; Monothelitarum hæresim cum suis fautoribus subvertere laboravit. Eodem anno [6]Oswius, Northanhumbrorum rex

A.D. 670.

Constantinus emperor.

[1] *Cedda.*] He died in 672. Bed. § 259; Act. SS. Mart. i. p. 143.

[2] *Mizentium quendam.*] The events here related took place in the previous year. Baron. ad an. 668, § 1.

[3] *Superius.*] In the year 622, p. 123.

[4] *Constantinus,*] the third, surnamed Pogonatus.

[5] *Adeodatus,*] or Deusdedit. Sigebert places the commencement of his papacy in this year, Baronius one year earlier; but Pagi dates his election the 22d April 672; ad an. 669, § 4.

[6] *Oswius.*] He died, according to Florence, on the 18th February.

Death of Oswiû. magnificus, obiit morbo confectus et senio, et sepultus est in ecclesia apud Streneshale ubi fuerat ante rex Eadwinus sepultus. Regnavit autem pro eo filius ejus Egfridus quindecim annis. Fuit autem Oswius filius Athelferth, qui fuit Athelrici, qui fuit Idæ primi regis Northanhumbrorum ex Anglis.

Nota pugnam avium.

A.D. 671. Battle of birds. Anno gratiæ DCLXXI. [1]maxima avium pugna fuit in Anglia, ita ut multa millia invenirentur occisa, et extraneæ aves fugam facere viderentur.

Defuncto rege occidentalium Saxonum Kinewalc uxor ejus Sexburga successit.

A.D. 672. Death of Cynewealh. Anno gratiæ DCLXXII. rex occidentalium Saxonum Kinewalc, cum regnasset triginta et uno annis, defunctus est, et regnavit pro eo uxor ejus [2]Sexburga anno uno, sed indignantibus regni magnatibus expulsa est a regno, nolentibus sub sexu fœmineo militare.

Theodorus Cantiæ archiepiscopus concilium congregavit.

A.D. 673. Council of Hertford. Anno gratiæ DCLXXIII. regnante in Cantia Lothario, in West-saxia Eascwino, Theodorus, Cantiæ archiepiscopus, collegit [3]concilium apud Hertford, præsentibus episcopis Angliæ ac regibus et magnatibus universis. Adfuit archiepiscopus Eboracensis Wilfridus, episcopus, [4]Bisi orienta-

[1] *Maxima avium pugna,*] mentioned also in the Sax. Chron., by Florence, and Huntingdon, who relates a similar event as happening in his time at Rouen; Scriptt. post Bed. p. 318.

[2] *Sexburga.*] Malmsbury speaks of her in the highest terms of admiration, and states that death put an end to her reign; that 'plusquam fœmineos animos anhelantem vita destituit, annua vix potestate perfunctam.' § 32.

[3] *Concilium apud Hertford.*] For the precise date of this synod, see Pagi, ad an. 672, § 4.

[4] *Bisi,*] called also Bosa. Florence places his retirement in 673. Bedwin is also called Eadwine and Badwini; Acca, Etta and Ecci. Bed. § 271; Angl. Sacr. i. p. 404.

lium Anglorum, Leutherius occidentalium Saxonum, Putta Roffensium, et Winfridus Merciorum. Considentibus cunctis, proposuit Theodorus coram omnibus capitula numero decem, quorum primum fuit, ut diem sanctum paschæ observarent in commune, Dominica proxima post quartam decimam lunam primi mensis; secundum, ut nullus episcoporum alterius parochiam invadat; tertium, ut monasteria a Deo consecrata nulli episcoporum liceat inquietare, nec de rebus eorum aliquid usurpare; quartum, ut monachi non migrent de loco ad locum, sed in ea permaneant obedientia quam suæ conversionis tempore promiserunt; quintum, ut nullus clericus suum episcopum relinquat, aut alicubi veniens absque literis sui præsulis admittatur; sextum, ut episcopi et clerici peregrini nullum officium peragant absque permissione episcopi, in cujus parochia hospitantur; septimum, ut bis in anno synodus congregetur, vel saltem semel in anno, quia diversæ causæ et occupationes multos impediunt; octavum, ut nullus episcoporum se præferat alteri per ambitionem sed omnes agnoscant tempus et ordinem suæ consecrationis; nonum, ut plures episcopi crescente numero fidelium augerentur; decimum capitulum, ut nulli liceat [nisi legitimum habere connubium, nullus faciat] incestum, nullus conjugem relinquat nisi causa fornicationis. His itaque annuentibus episcopis universis, unusquisque ea quæ definita sunt propriæ manus subscriptione confirmavit.

Bisi episcopo orientalium Anglorum degradato, Acca et Bedewinus subrogantur.

Anno gratiæ DCLXXIV. amoto Bisi episcopo adhuc superstite, sed gravi tamen infirmitate prohibito de episcopatus administratione, duo A.D. 674. Succession of bishops.

sunt ordinati pro eo, Acca videlicet et Bedewinus, ex quo provincia illa duos episcopos multo tempore habere consuevit; habuerunt autem sedes, unus apud Dommoc, alter apud Helmham. [1]Nec multo post Theodorus archiepiscopus Winfrido Merciorum episcopo pro inobedientia offensus deposuit eum, et loco ejus ordinavit episcopum [2]Sexwlfum, qui erat constructor et abbas monasterii, quod dicitur [3]'Medmeshamstede,' in regione Girviorum. Depositus vero Winfridus rediit ad monasterium suum, quod dicitur [4]Adbarune, ubi in optima conversatione vitam finivit.

De sancto Erkenwaldo episcopo London.

A.D. 675. Earconwald bishop of London; Anno gratiæ DCLXXV. regnantibus in regione orientalium Saxonum Sebba, filio Sewardi, et Sigehero, filio Sigeberti parvi, Theodorus, Cantiæ archiepiscopus, [5]Erkenwaldum in civitate Londoniensi episcopum ordinavit. Hic sane, priusquam episcopus factus fuisset, duo monasteria præclara, unum sibi et alterum Athelburgæ sorori suæ, construxerat, quod utrumque regularibus his piety; instituerat disciplinis, suum [6]'Certeseie,' sororis autem 'Berkingum' appellatur. Erkenwaldus vero, cum tempore quodam æger pedibus lectica parochiam circuiret, ad oram amnis rapacissimi forte pervenit, ubi cum socii hæsitarent, quod infirmus nec equo nec pedibus transire flumen posset,

[1] *Nec multo post.*] So Beda, § 272; see Angl. Sacr. i. p. 426.

[2] *Sexwlfum.*] Wharton thinks his death should be placed in the year 691. Angl. Sacr. i. 427.

[3] *Medmeshamstede.*] Now Peterborough. Smith's Bed. p. 150, *note* [1].

[4] *Adbarune.*] Beda, 'Ad Baruæ;' Barrowe, or At Barwe in Lincolnshire. Tanner, Linc. v.

[5] *Erkenwaldum.*] This account is from Beda, § 273. His life by Gotselinus is printed in the Acta SS. April. iii. p. 780.

[6] *Certeseie.*] The abbey, with Beocca the abbot, and ninety monks, was destroyed at the end of the ninth century by the Danes, and afterwards refounded by Eadgar. Dugdal. i. p. 422.

gurges repente disparuit; qui statim ut episcopus cum suis alveum transmeasset, reversus est ad naturam; ejusdem et lecticæ attactus imbecilles multos et febricitantes curavit. Tandem vir domini Erkenwaldus, post vitæ præsentis decursum defunctus, in ecclesia beati Pauli Londoniensis sepultus est, ubi usque in hodiernum diem suis supplicibus a languoribus diversis celerem confert sanitatem. [1]Successores autem ejus hi fuerunt, Walderus, Jugwaldus, Egulfus, Wigerus, Eadbrithus, [Eadgarus,] Kinewalc, Eadbaldus, Edbertus, Osmundus, Ethelnothus, Celbertus, Revulfus, Suithulfus, Eadstanus, Wlsius, Ethelwardus, Estanus. Sederunt autem hi omnes in cathedra Londoniensi usque in tempora Eadwardi senioris regis Anglorum, quorum omnium adeo obsolevit memoria, ut nec eorum acta vel etiam mausolea sciantur. His successors.

De morte Cadwallonis, regis Britonum, cui successit filius ejus Cedwalla juvenis.

Anno gratiæ DCLXXVI. rex Britonum [2]Cadwallo senio et infirmitate coactus, completis in regno annis quadraginta octo, defunctus est; cujus corpus Britones balsamo cum aromatibus conditum, in quadam imagine ænea ad modum staturæ suæ mira arte fusa super portam Londoniarum occidentalem in equo æneo, in signum suæ tyrannidis, quam in gente Anglorum exercuerat, statuerunt. Sed et ecclesiam sub [3]ipsa porta in honore sancti Martini fabricaverunt, in qua pro ipso et fidelibus defunctis obsequia eter- A.D. 676. Death of Cadwallo.

[1] *Successores autem.*] See Malmsbury, 'de Gest. Pont.' Scriptt. post Bed. p. 236, and Flor. Wigorn. p. 553.

[2] *Cadwallo.*] The account of the death of Cadwallo, and the succession of his son, appears only in the history of Geoff. Monm. xii. cap. 13. The former died on the 17th November.

[3] *Ipsa porta.*] On the margin, 'Ludgate.'

naliter celebrarentur divina. Successit ei in regnum Cadwaladrus filius ejus, [1]quem Beda Cedwallam juvenem vocat, cujus mater soror Pendæ regis Merciorum erat, quam Cadwallo, post factam cum fratre concordiam, in societatem tori suscepit, et ex illa Cadwalladrum generavit. Eodem tempore obiit [2]Wlpherus rex Merciorum, cujus regina Ermenhilda regis Erconberti Cantuariæ, sanctæque Sexburgæ reginæ, Annæ regis orientalium Anglorum filiæ, sororis videlicet sanctæ Etheldridæ, extitit filia, peperat ei sanctam Wereburgam, magnarum virginem virtutum; quæ patre defuncto seculo renuntiavit, et materteræ matris suæ, scilicet [3]Etheldridæ, monasterium intravit. Cujus sanctitatem cum comperisset Athelredus patruus ejus, qui post eum regnavit, quibusdam monasteriis Deo devotarum virginum abbatissæ jure præfecit; cum quibus regulariter vivens, usque ad finem vitæ Christo regi militavit, ac in uno tandem monasteriorum suorum, quod [4]'Trikingeham' appellatur, a seculo migravit; cujus corpus ad monasterium, cui [5]Heanbirig vocabulum est, ut ipsa vivens præceperat, delatum et honorifice tumulatum. Monasterium autem illud usque ad tempus quo gentes nefandæ Danorum cæde crudeli provincias Anglorum vastaverunt, integrum permansit. Habuit præterea Wlfherus rex ger-

Death of Wulfheri.

His family.

[1] *Quem Beda Cedwallam.*] According to Geoffrey, 'Elidualda.' The Cedwalla spoken of by Beda, § 146, is Cadwallo the father: see above, p. 90, *note* [3].

[2] *Wlpherus.*] He had reigned seventeen years. Bed. § 452. The lives of Ermenhilda and Werburga are in Capgrave, Nov. Leg. ff. cxxxv. ccxcix. See also Malmsbury, § 76; Leland, Collect. ii. p. 59.

[3] *Etheldridæ monasterium.*] At Ely. See Thom. Elien. Hist. Eli. Angl. Sacr. i. p. 596.

[4] *Trikingeham.*] Trentham in Staffordshire. For the removal of S. Werburgh's body thence, see Angl. Sacr. i. p. 596.

[5] *Heanbirig.*] Hamburg or Hanbury in Staffordshire. The monks were driven out by the Danes in 875.

manos fratres Athelredum, Peadam, de quo superius relatum est, et Merwaldum qui in occidentali Merciorum plaga regnavit. Istius regina, sancta Ermenburga, Ermenredi fratris Erconberti regis Cantiæ filia, tres ei filias generavit, sanctam videlicet [1]Milburgam, sanctam Mildridam, sanctamque Milgytham; peperit insuper ei filium nomine Merefinum, eximiæ puerum sanctitatis. Successit Wlfhero frater ejus Athelredus, qui regis Northanhumbrorum Egfridi sororem Ostritham in conjugem accipiens, Ceolredum ex ea filium suscepit. Eodem anno Eascwinus, rex occidentalium Saxonum, decessit, qui fuit Kenferthi, qui fuit Cuthgils, qui fuit Ceolwlf, qui fuit Kenrici. Successit autem Eascwino [2]Kentwinus decem annis, qui fuit Kinegils, qui fuit Ceolwlf, et cætera.

Death of Aescwini.

Donus sedit Romæ.

Anno gratiæ DCLXXVII. [3]Donus sedit in cathedra Romana anno uno, mensibus quinque, diebus decem, et cessavit sedes mensibus decem et diebus quindecim. Hoc tempore floruit sancta [4]Etheldreda in insula Eliensi. Sub his quoque diebus cometa per tres menses apparuit, et unoquoque die mane velut sol resplenduit.

A.D. 677. Donus pope.

Wilfridus ab episcopatu pellitur.

Anno gratiæ DCLXXVIII. [5]orta est dissensio inter regem Northanhumbrorum Egfridum et venerabilem archiepiscopum Wilfridum. [6]Expulsus autem vir sanctus, tres in ejus loco sunt episcopi

A.D. 678. Wilfrid expelled his bishopric.

---

[1] *Milburgam.*] Malmsbury calls them Milburga, Mildritha, and Mildritha.

[2] *Kentwinus.*] His death is recorded below in 686.

[3] *Donus.*] He died 11 April 678.

[4] *Etheldreda.*] She died in 679. Angl. Sacr. i. p. 596.

[5] *Orta est dissensio.*] See Malmsbury, p. 78, *note* [1].

[6] *Expulsus autem.*] From Beda, § 288.

subrogati, Bosa videlicet, qui Deirorum, et Eatta qui Berniciorum, provinciam gubernarent, hic in civitate Eboracensi, ille in Hagustaldensi ecclesia sedem habentes, ambo de monachorum collegio sunt adsciti; cum quibus et Eadhedus in provinciam Lindisfarorum, quam nuper rex Egfridus, Wlfero Merciorum rege fugato et in bello superato, obtinuerat, episcopus ordinatur. Et hunc quidem primum episcopum illa accepit provincia, secundum Ethelwinum, tertium Eadgarum, quartum Kinebertum, quem in præsenti habet. Habebat enim ante Eadhedum præsulem Sexwlfum, qui etiam Merciorum ac mediterraneorum Anglorum simul episcopus fuit; unde et expulsus de Lindissa, in illarum provinciarum regimine permansit. Ordinati sunt autem episcopi præfati a Theodoro archiepiscopo, qui etiam post tres annos abscessionis Wilfridi, duos addidit episcopos, ad ecclesiam Hagustaldensem Tunbertum, remeante Eatta ad Lindisfarnensem, et Trunwinum ad provinciam Pictorum, quæ tunc temporis Anglorum erat imperio subjugata. Eo-

Agatho pope. dem anno [1]Agatho sedit in cathedra Romana annis duobus, mensibus sex, diebus quinque.

Wilfridus pergit Romam.

Wilfrid goes to Rome. Pulsus autem Wilfridus ab episcopatu [2]Romam perrexit, et coram papa Agathone causam suæ expulsionis allegare disposuit; sed ubi navem conscendit, Favonio flante, in Fresiam projectus est, ubi gentibus regionis illius verbum fidei prædicando, regem Aldegilsum et populum ejus lavacro abluit salutari. Ibi ergo hyemem cum nova Dei plebe peragens, Romam tandem pervenit, ac ubi coram Agathone ejus causa venti-

[1] *Agatho.*] According to Pagi, he died 10 Jan. 682: ad an. § 2.

[2] *Romam perrexit.*] From Beda, § 418, 419.

lata fuit, præsentibus episcopis plurimis, omnium judicio absque crimine fuisse accusatus pronuntiatur et episcopatu dignissimus. Quo tempore cum papa synodum Romæ centum viginti quinque episcoporum congregasset, adversus eos qui hæresim Monothelitarum dogmatizabant, vocari jussit et Wilfridum, atque inter episcopos considentem fidem suam simul et provinciæ [unde] venerat, dicere præcepit. Qui cum in fide catholicus cum suis inventus fuisset, de rebus sibi impositis absolutus est; reversusque Britanniam, provinciam australium Saxonum ab idololatriæ tenebris ad fidem Christi convertit. Ad Vectam quoque insulam verbi Dei ministros direxit, atque secundo anno Aldfridi, qui post Egfridum in Northanhumbria regnavit, sedem suam, ipso rege donante, recepit. His return to England.

Ingresso tempore quodam, cum parochias visitaret, villam Wilfrido, quæ Tundanefre appellatur, occurrit ei mulierum plurima multitudo, pueros illi offerens confirmandos. Immiscuit autem se multitudini paupercula mulier [1]filium gerens exanimem, quem ad confirmandum episcopo porrexit, credens hoc commento posse se filium recipere sanum; sed antistes cum puerum detexisset, ut exequeretur officium, anima privatum advertit. Tum mulier fraude deprehensa, ad preces conversa exoransque per Deum et ejus matrem, ut motus pietate puerum exanimem excitaret, vestigiisque ipsius advoluta [dixit] se non recessuram a pedibus quos tenebat donec filium sanum recepisset. Fluctuabat interim sanctissimi hominis sententia, an temere insuetum miraculum attentaret, an durus despiceret orbatæ lachrymas mulieris; sed vicit pietas pec- Miracle by him.

[1] *Filium gerens exanimem.*] This miracle is recorded by Eddius, § 18. The place is there called Ontiddanufri.

tus virtutis; orationi se dedit, dexteramque cadaveri adponens, ad corpusculum animam revocavit. Exclamat mulier propter gaudium, sed cohibita est ab episcopo ut taceret.

De sancta Etheldrida, abbatissa Hely.

A.D. 679. Battle of the Trent. Anno gratiæ DCLXXIX. Egfridus, rex Northanhumbrorum, et rex Athelredus Merciorum, juxta flumen Trente gravissime pugnaverunt, ubi [1]frater regis Egfridi Ascwinus, juvenis utrique provinciæ multum amabilis, peremptus est, nam et sororem ejus, Osricam nomine, Athelredus rex Merciorum habuit uxorem. Cum bellum inter reges acerrime fuisset accensum Theodorus antistes divino fultus auxilio incendium certaminis penitus extinxit, data pecunia multa pro morte fratris regi Egfrido. Eodem tempore [2]virgo S. Etheldrith. sancta Etheldrida ex hoc seculo transiens pro temporali vita commutavit [æternam]; erat autem Annæ regis orientalium Anglorum filia, proles tanto patre digna, quam prius duxerat [3]Tonbertus, australium princeps Girviorum, sed eo defuncto, virgo incorrupta permansit; deinde regi Northanhumbrorum Egfrido copulata parentum violentia, custos tamen, duobus nupta viris, integerrimæ virginitatis perseveravit. Virginitatis enim ipsius vir Dei Wilfridus erat testis, qui Bedæ venerabili super hac re sciscitanti dixit, ‘Egfridum sibi terras et pecuniam magnam promisisse, si Etheldridæ reginæ persuadere posset ejus connubio assentire.’ Sed

[1] *Frater regis Egfridi Ascwinus.*] He is called by Beda, § 316, and by Huntingdon, Ælfuini. The Sax. Chron. and Florence agree in placing the battle in this year; it is supposed to have been fought at Elford on the Trent, in Staffordshire. Camden, i. p. 537. Compare Beda, § 316.

[2] *Virgo sancta Etheldrida.*] See Beda, § 309, *seqq.*

[3] *Tonbertus.*] He died in 655, three years after his marriage. Thom. Eli. Angl. Sacr. i. p. 597.

divini signum miraculi ejusdem virginis caro sepulta, carnique castissimæ vestis circumamicta dum corrumpi non poterat, indicia fuere, quod a virili contactu incorrupta decessit ; cum enim annis duodecim præfato regi cohabitasset, nec ad consensum emolliri potuisset, vix a rege virgo sacratissima impetravit, ut apud [1]Coludesburch sanctimonialis efficeretur, benedicente eam sancto Wilfrido, ubi Ebba amita viri sui Egfridi erat abbatissa. Anno autem elapso facta est abbatissa in insula Heliensi virgo, virginum mater monitis et exemplis ; ubi cum septem annis laudabiliter Deo serviens vixisset, pro vita caduca commutavit æternam. Quo in loco ad gloriam Dei et laudem virginis crebra non desinunt miracula celebrari.

De sancta Hilda abbatissa.

Anno gratiæ DCLXXX. [2]Hilda abbatissa, cum in habitu sanctæ religionis apud Streneshale triginta tribus annis vitam duxisset, de mundo migravit ad Dominum. Hæc autem virgo beatissima, cum esset [3]de stirpe regis Eadwini generosa, et ad prædicationem beati Paulini ad fidem conversa, postea relicto habitu seculari proposuit transfretare ad [4]monasterium Cale, ubi soror ipsius Hereswitha mater Aldulphi, regis orientalium Anglorum, Deo feliciter militabat. Sed retenta est a præsule Aidano et facta abbatissa ad

A.D. 680. S. Hilda.

[1] *Coludesburch,*] or 'Urbs Coludi,' Bed. § 310; supposed by Gibson to be Coldingham, in Berwickshire, ii. p. 260. Thomas of Ely, however, makes these appear two distinct places, by the first of which is to be understood Cawode, seven miles from York, and the latter the place to which Etheldrith, with her two attendants, Sewenna and Sewera, fled from the solicitations of Ecgfrith. Angl. Sacr. i. p. 598.

[2] *Hilda abbatissa.*] See Beda, § 322.

[3] *De stirpe regis Eadwini.*] She was the daughter of Hereric, son of Eadfrith, son of Eadwin. *Ibid.*

[4] *Monasterium Cale.*] Pagi has laboured to prove that neither Hilda nor her sister were ever at Chelles; ad an. 680, § 17, 18.

Herteseie, et post in monasterio Streneshale appellato, quod ipsa fundaverat, ubi clericos suos adeo moribus ecclesiasticis instruebat, ut quinque ex eis ad episcopalem ascenderent dignitatem, Bosa videlicet et Wilfridus in Eboraco, Hedda in ecclesia Dorkacestrensi, Johannes in Hagustaldensi, Ostford in provincia Wicciorum, cui tunc præfuit rex Osricus; Tadfridus etiam de ejus monasterio electus est, sed matura morte præventus. Viderat quoque mater ejusdem somnium, quod videlicet quærens virum suum non inveniret, sed sub veste sua monile pretiosum invenit, quod omnes fines Britanniæ illustrabat. Hilda tandem sanctissima languens annis sex, ut anima ejus longa carnis molestia examinaretur et virtus in infirmitate perficeretur, anno febrium septimo de morte transivit ad vitam; in ipsa autem hora, qua decessit, monialis quædam animam ejus vidit ab angelis in cælum deferri, ubi cum Christo gaudiis perfruitur sempiternis.

Council of Heathfield.

[1]Eodem anno Theodorus, Cantuariensis archiepiscopus, concilium congregavit in loco, qui 'Hathfelde' appellatur, anno regni regis Mercensium Athelredi sexto, regnante in regno orientalium Anglorum Eadwlfo, qui post Athelwoldum regnavit, regnantibus etiam in Northanhumbria Egfrido et in regno occidentalium Saxonum Kentwino, præsidente archiepiscopo Cantuariensi Theodoro, cum suis suffraganeis episcopis aliisque multis. Propositis igitur evangeliis, tradidit symbolum Theodorus omnibus adsidentibus, sanctorum patrum in hunc modum literis expressum; 'Suscipimus sanctas et universales quinque synodos sanctorum patrum orthodoxorum, id est, Nicenam contra Ar-

[1] *Eodem anno.*] From Beda, § 302, *seqq.*

rium et ejus dogmata, Constantinopolitanam contra vesaniam Macedonii et Eudoxii et eorum dogmata, Ephesinam contra Nestorium et ejus dogmata, Chalcedonensem contra Eutychen et Nestorium et eorum dogmata, Constantinopolitanam secundam contra Theodorum et Iben et Cyrillum et eorum dogmata; addimus etiam et sextam synodum, tempore Martini papæ Romæ congregatam contra hæresim Monothelitarum, imperante Constantino imperatore Christianissimo. Suscipimus et glorificamus Deum omnipotentem, sicut illi glorificaverunt, nihil addentes nihil subtrahentes; damnamus quos illi damnaverunt, et suscipimus quos ipsi susceperunt, quæ omnia tenenda subscribimus, sicut sancti apostoli et prophetæ de Deo senserunt et scripserunt. Amen.'

Corpora sanctorum Benedicti et beatæ Scholasticæ de monte Cassino ad monasterium Floriacense transferuntur.

Anno gratiæ DCLXXXI. [1]monasterium apud Jarewe fundatum est. Per idem tempus abbas monasterii Floriacensis, nomine [2]Mummolus, revelatione divina præmonitus, misit monachum suum Aigulfum ad montem Cassinum, ut inde sibi deferret sanctissimi corpus Benedicti. Nam cœnobium, quod ibidem quondam construxerat idem Benedictus, a Longobardis fuerat devastatum et in solitudinem redactum; ibi tamen sancti corpus Benedicti, cum corpore sororis suæ

A.D. 681. Foundation of a monastery at Jarrow.

[1] *Monasterium apud Jarewe.*] For an account of the founding of the monastery of S. Paul at Jarrow by Benedict Biscop, the reader is referred to Dugdale, i. p. 501.

[2] *Mummolus,*] called also Nummolus. He was the second abbot of Fleury, where he presided for thirty years. His epitaph is printed by Mabillon, where may also be found an account of the translation of S. Benedict. Annal. i. pp. 428, 546.

Scholasticæ uno sepultum in loculo tenebatur.

Translation of the body of S. Benedict.

Contigit etiam ut de Cenomannica urbe quidam eodem tempore proficiscerentur ad locum memoratum, pro deferendo sanctæ Scholasticæ corpusculo, sed postquam ad Floriacum devenerunt cœnobium beato semper adhæserunt Aigulfo, donec ad sancti Petri limina pervenerunt; quo cum pervenissent, mox beatus Aigulfus eorum [deseruit] consortium, montemque Cassinum solus petiit, ubi etiam pernoctare decrevit. Et ecce intempestæ noctis silentio, ipsum sancti patris Benedicti sepulchrum ita cælitus vidit illustrari, ac si densis lampadibus undique vallaretur, sed, nocte transacta, splendor ille disparuit. Tunc sæpe-fatus Aigulfus eo reverenter accessit, effracto a latere sepulchro, illud evacuavit et quicquid ibi reperit unius sportulæ sinu, quam ad hoc præparaverat, inclusit; quibus patratis dum ad propria remearet Aigulfus, sociis suis in itinere ostendit, et cum eis ad Floriacum monasterium pariter remeavit. Sed antequam ad illud pertingeret, devenit ad locum quem Novumvicum appellant, qui milliario uno distat a monasterio sæpe-fato; ibique prædictus abbas Mummolus cum frequenti turba eis reverenter occurrit, et tam sacra pignora cum honore suscepit et adsumens sportulam supra memoratam, posuit in ecclesia principis apostolorum Petri, extraxitque ossa sanctissima, quæ ibi confuse jacebant inclusa. Demum vero ea eligens, singillatim ab invicem separavit, a majoribus secernens minora, quod cum factum fuisset, ecce duo cadavera mortuorum ad sepeliendum ferebantur, quorum unum masculini et alterum erat sexus

Miracle.

fœminini; Mira res! nam cum super masculi corpus majora fuissent ossa superposita, continuo per meritum beati Benedicti mortuo est

reddita vita; tunc cum ossa minora super cadaver mortuæ puellæ fuissent adhibita, continuo puella revixit. Aderat huic spectaculo non minima hominum multitudo, adstabant et cives Cenomannici, qui socii itineris extiterant et laboris. Illi vero multa prece ossa beatæ Scholasticæ sibi dari postulantes impetrabant, ne duo magna luminaria uno clauderentur in loculo, cum singula singulis sufficere valuissent. Cenomannici igitur remeantes ad urbem, corpus præfatum secum detulerunt cum gaudio, et juxta mœnia Cenomannicæ civitatis, in ecclesia nova, pro ejus honore fabricata, reverenter est collocatum, ubi sub regulari disciplina sanctæ devotionis fœminæ sunt aggregatæ. His ita gestis, venerabilis pater Mummolus, cum nocte quadam sub nudo cælo Dominum precaretur, ut sibi cælitus ostenderet, quo in loco corpus beatissimi reconderet Benedicti, ecce subito lux emissa de cælo, sicut fulgur ei apparens, locum ubi reponi deberet manifestissime denotavit, quo lætificatus indicio, in loco quem illi Deus revelaverat illud tumulavit. Locus autem beatæ Dei genitricis erat oraculum [sc. oratorium], non multum a præfata sancti Petri basilica separatum. Translatum est autem corpus sanctissimum, a transitu ejus centesimo tricesimo octavo anno; ubi quicunque pia devotione piissimi patris nomen invocaverit, mercedem suæ devotionis optatam receperit.

[1]Theodericus regnavit in Francia annis quatuordecim.

Anno gratiæ DCLXXXII.[2] Kentwinus, occidentalium Saxonum rex, Britones bello aggressus est, A.D. 682. Centwini king of Wessex.

[1] *Theodericus.*] Thierri III. He is supposed to have died in the spring of 691. Consult Ludov. du Four, Annal. Franc. in Bouquet, tom. iii. p. 696, and le Cointe, iv. p. 276.

[2] *Kentwinus.*] So the Saxon Chronicle, ad an.

eosque male resistentes, victoriosus ac vehemens, cæde et incendiis usque ad mare fugavit.

Sanctus Cuthbertus episcopus est ordinatus.

A.D. 683. Ordination of S. Cuthbert.

Anno gratiæ DCLXXXIII. sanctus [1]Cuthbertus, Lindisfarnensis episcopus, consecratus est. Eodem tempore, defuncto Sigehero orientalium Saxonum rege, [2]Sebba, ejus in regno socius, solus regnare incepit.

Sebba king of Essex.

Egfridus, rex Northanhumbrorum, gentem Hiberniæ afflixit.

A.D. 684. Leo II. and Benedict II. popes.

Anno gratiæ DCLXXXIV. [3]Leo sedit in cathedra Romana mensibus decem et diebus septendecim. Eodem anno Benedictus papa successit mensibus duobus et tribus diebus. Eodem anno [4]Egfridus rex Northanhumbrorum, misso Hiberniam exercitu, Berto [duce], gentem vastavit innoxiam et Anglorum nationi semper amicissimam, ita ut ne quidem ecclesiis aut monasteriis manus deferret hostilis. At illi in quantum valuere vim vi repellere satagebant, invocantes divinæ pietatis auxilium et se cælitus vindicari continuis imprecationibus flagitabant; contigit ergo, ut hi qui merito suæ impietatis maledicebantur, ocius, Domino vindice, sui reatus pœnam luerent, sicut sequens annus declarabit.

Egfrith invades Ireland.

---

[1] *Cuthbertus.*] His ordination took place at York, on Easter day, 685. In that year, Wendover speaks of him as 'nuper ordinatus.'

[2] *Sebba.*] His life may be found in Capgrave. He died a monk in 694. Beda has given an account of his death, § 283, *seq.*

[3] *Leo,*] the second. Pagi shows that Leo was consecrated on the 17th August 682, ad an. 683, § 2, and died the 3rd July in the following year. Benedict II. succeeded him, the 26th June 684, and died 7th May 685.

[4] *Egfridus.*] From Beda, § 340. The Saxon Chronicle speaks of this invasion 'in Scotiam' in this year. The Tigernach and Ulton Annals record the death of Ecgfrith, but say nothing of the expedition. See Tigern. Ann. ad an. 686, *note*; Ussher, p. 381.

Interfecto rege Northanhumbrorum Egfrido, successit Alhfridus frater ejus.

Anno gratiæ DCLXXXV. [1]Johannes sedit in cathedra Romana anno uno. [2]Eodem anno rex Egfridus Northanhumbrorum, cum temere exercitum ad vastandas Pictorum provincias duxisset, multum prohibentibus amicis ac maxime beatæ memoriæ Cuthberto, qui nuper fuerat episcopus ordinatus, simulantibus ergo fugam hostibus, introductus est in angustas montium inaccessorum latebras, atque cum maxima parte copiarum, quas secum adduxerat, est extinctus. Successit ei frater ejus Alhfridus, licet non de legitimo matrimonio susceptus, sed in scripturis vir doctissimus, qui regni statum, in magna parte inclinatum, laudabiliter reparavit. Fuit autem Egfridus filius Oswii et Eanfledæ filiæ regis Eadwini; Oswius vero filius Athelfridi, qui fuit Athelrici, qui fuit Idæ, primi regis Northanhumbrorum ex Anglis. Contigit autem in [3]bello quodam inter Egfridum et regem Merciorum Athelredum, ut supra dictum est, actum admirabile miraculum, quod si referatur multorum saluti arbitror fore proficuum. Occisus est enim in illa pugna inter alios de militia memorati Egfridi, juvenis quidam, 'Imma' vocabulo; qui cum die illo, quo occisus est, cum nocte sequenti inter cadavera occisorum similis mortuo jaceret, tandem resumpto spiritu revixit et residens sua vulnera, prout potuit, alligavit; dein modicum requiescens levavit et abire

A.D. 685. John V. pope.

Death of Ecgfrith.

Miracle.

[1] *Johannes,*] the fifth. He died the 2nd of August 686; Baronius, ad an. § 1.

[2] *Eodem anno.*] The account of the death of Ecgfrith is from Beda, § 340. Alhfrid reigned nineteen years.

[3] *Bello quodam.*] The battle of Trent; see above, in the year 679. The miracle is recorded by Beda, § 317, *seqq.*

cœpit, sed inter eundum captus est et vinculis mancipatus a quodam consule regis Athelredi. Miles autem ille vinctus fratrem habuit bene religiosum, 'Tunna' vocatum, qui cum fratrem cæsum in bello præfato cognovisset, venit ut quæreret si fratris corpus invenire valuisset; inventumque alium fratri simillimum credidit fratrem esse, quem ad monasterium suum deferens honorifice sepelivit, pro cujus animæ absolutione sæpius missas celebrari fecit. Tempore vero, quo frater pro fratre missas celebrari fecit, solvebantur vincula fratris viventis nec aliquo potuit retineri. Consul igitur videns eum impossibile vinculis cohiberi, adductum Londonias cuidam vendidit Fresoni. Freso quoque idem comperiens, accepit ab eo redemptionem quam dederat pro eo, et militem abire permisit; cumque ad patriam suam veniens fratri et comprovincialibus rem gestam retulisset, multi accensi sunt ad offerendas Deo sæpius victimas, eleemosynas quoque et orationes agendas pro ereptione eorum, qui de sæculo migraverunt. Hoc autem miraculum, quia in veritate verum esse comperi, historiæ nostræ credidi inserendum.

Defuncto Eatta episcopo Johannes Hagustaldensis ecclesiæ præsulatum suscepit.

A.D. 686. Conon pope.

Anno gratiæ DCLXXXVI. [1]Conon sedit Romæ mensibus undecim. Eodem tempore, defuncto Eatta episcopo, [2]Johannes vir sanctus Hagustaldensis ecclesiæ præsulatum suscepit. Eodem anno [3]Lotharius, rex Kentensis, diem clausit extremum

Death of Hlôðheri king of Kent.

[1] *Conon.*] He died 21 September, in the following year.

[2] *Johannes vir sanctus.*] He was translated to York on the death of Bosa in the following year; he died in 721; for his life and miracles, see Act. SS. Mai. ii. p. 168.

[3] *Lotharius.*] The Saxon Chronicle places his death in the previous year.

octavo idus Februarii. Vulneratus enim fuerat in pugna australium Saxonum, quam contra eum Eadricus filius Egberti fratris sui commiserat, et inter medendum defunctus est. Post eum autem idem Eadricus anno et dimidio regnavit. Eadric succeeds.

Eodem tempore, cum vir domini [1]Cuthbertus annis duobus Lindisfarnensem rexisset ecclesiam, sciens in spiritu Dei, quo plenus erat, diem sui transitus appropinquare, abjecit pondus curæ pastoralis, atque ad dilectum heremeticæ conversationis agonem remeare curavit, ut inolita sibi solicitudinis mundanæ spineta liberior priscæ compunctionis flamma consumeret. Qui cum duos ferme menses in magna repetitæ suæ quietis exultatione transigeret, multoque consuetæ districtionis rigore corpus mentemque constringeret, arreptus infirmitate subita, temporalis igne doloris, ad perpetuæ cœpit beatitudinis gaudia præparari, et tribus septimanis continua infirmitate decoctus, sic ad extrema pervenit; exitumque suum Dominici corporis ac sanguinis perceptione communiens, elevatis oculis ac manibus in cælum, animam suam Deo commendans, spiritum emisit. Deinde ad insulam Lindisfarnensem navigio delatus, corpore incorruptibili sepulchro lapideo in basilica beati Petri ad dexteram altaris, quasi dormiens, positus requiescit. Sed nec eo defuncto ac tumulato, signa virtutum cessare, quæ vivens exercuerat, potuerunt. Nam puer quidam in territorio Lindisfarnensi a dæmone atrocissimo vexabatur, qui nec per exorcismi gratiam poterat ullo modo curari; impositus autem carro deducitur ad monasterium, ut per beati viri merita ibi sanaretur. Tunc presbyter quidam divino edoctus spiritu modicam tollens Death of S. Cuthbert. Miracles.

[1] *Cuthbertus.*] See life of S. Cuthbert by Beda, capp. xli. xlii.

humi partem, ubi aquam noverat fuisse effusam, qua corpus beati patris defunctum lotum fuerat, in aquam mittens, ori patientis infudit; qui, continuo ut aquam attigit, furere cessavit, placido sopore noctem transegit, et mane facto per virtutem beati patris Cuthberti liberatum se esse cognovit. Denique transactis a sepultura ejus undecim annis, immisit Deus in cordibus fratrum, ut corpore jam, ut credebant, in pulverem redacto, ossa more mortuorum jam arefacta et desiccata in levi locello reconderent. Dum id Eadberto antistiti suo referrent, eorum consilium approbavit, jussit ergo, ut in die depositionis ejus hoc facerent; qui aperientes sepulchrum invenerunt corpus totum quasi adhuc viveret integrum et integris artuum compagibus indissolutum, multo dormienti similius quam mortuo, ita quidem, quod omnia ejus indumenta, quibus, ut pontificem decebat, indutus fuerat, integerrima sint inventa. Hac præterea tempestate [1]luna eclipsim passa est indictione octava; sol quoque defecit hora diei quasi decima quinto nonas Maias;
A plague. et eodem anno subsecuta est gravissima pestis tribus mensibus, Julio videlicet, Augusto et Septembri; fuitque Romæ mortalitas magna. Hæc denique pestilentia Ticinum adeo depopulata est, ut, civibus per juga montium fugientibus, intra præfatam urbem herbæ nascerentur et fruteta; ubi etiam duo angeli visibiliter apparuerunt pergentes per civitatem, bonus scilicet et malignus, qui quotiens cum venabulo, quod manu ferebat, ostium cujuscumque domus jussu boni angeli percussisset, tot de eadem domo sequenti die hominum cadavera trahebantur. Tunc qui-

[1] *Luna eclipsim.*] It happened, according to Calvisius, on the 18th June 680; see Pagi, ad an. § 13; Beda, Chron. ed. Smith, p. 31.

busdam viris de civitate per revelationem dictum est, quod non prius pestis ipsa quiesceret, quam in basilica beati Petri apostoli, quæ 'Ad vincula' dicitur, sancti Sebastiani martyris altare construeretur. Delatis itaque ab urbe Roma martyris præfati reliquiis, mox, ut jam dicta basilica ipsius altare constructum est, pestis illa quievit. Translation of S. Sebastian.

Per idem tempus defuncto rege occidentalium Saxonum Kentwino, Cedwalla, rex Britonum, regnum occupans, ibidem [1]duobus annis regnavit. Ceadwalla king of Wessex.

De hoc Cedwalla invenitur [2]dissonantia inter historiam Britonum et chronica Anglorum; asserunt enim Angli Cedwallam filium fuisse Kineberti, de genere Ceaulini; Britones e contra dicunt illum fuisse filium Cadwallonis regis Britannici, qui reges Anglorum Eadwinum et sanctum Oswaldum peremit.

Justinianus imperator.

Anno gratiæ DCLXXXVII. [3]Sergius sedit Romæ annis tredecim, mensibus octo, diebus viginti quatuor, et cessavit sedes mense uno et diebus viginti. A.D. 687. Sergius pope.

Eodem anno, mortuo viro catholico imperatore Constantino, filius ejus [4]Justinianus decem annis imperavit. Sub his quoque diebus Dorobernensis rex Eadricus defunctus est, post cujus obitum regnum illud extranei invaserunt; Death of Eadric king of Kent.

---

[1] *Duobus annis.*] He began to reign (Sax. Chron. ad an.) in 685, and abdicated in 688; he reigned therefore in all 686, and the following year.

[2] *Dissonantia.*] Geoffrey Monmouth being the authority on the one hand, and Beda on the other, it is not difficult to determine to which credence is due. If the confusion in the accounts is to be considered accidental, it arose, no doubt, from the similarity of the names of the contemporaneous sovereigns. See Speed, pp. 298, 323.

[3] *Sergius.*] He was consecrated in the December of this year, and died 8 Sept. 701.

[4] *Justinianus,*] the second. His accession is here placed two years too late, since it is clear from the Greek historians that he ascended the throne of his father in 685. Baron. ad an. § 1.

Cedwalla[1] enim rex, et frater ejus Mul provinciam illam ingressi, nullo obsistente eam depræ-
dati ac depopulati sunt, quæ sævitia per trien-
nium duravit, donec [2]Mul præfatus, inanis glo-
riæ cupidus, immatura morte præventus vitam
Wars of Ceadwalla; terminavit. Eodem anno Cedwalla rex præfatus
Vectam insulam subjugavit, regemque [3]Athelwol-
dum australium Saxonum, qui tunc insulanis
præfuit, crudeli morte peremit ac provinciam
illam sæva depopulatione contrivit; sed mox a
ducibus Athelwoldi, Bertuno et Auduno, ex-
pulsus, regnum prædictis ducibus reliquit, quod
illi deinceps multo tempore tenuerunt. Fuit au-
tem Cedwalla, ut supra dictum est secundum
chronica Anglorum, filius Kineberti, qui fuit
Ceaddæ, qui fuit Cuthæ, qui fuit Ceaulini. Sed
sub silentio prætereundum non esse reor de duo-
bus filiis Arwaldi, Vectæ insulæ subreguli, qua-
liter sunt Dei gratia martyrio coronati. Siqui-
dem imminentibus insulæ hostibus, ad proximam
Jutorum provinciam per fugam elapsi sunt, sed
[4]ibidem delati et, jubente Cedwalla, sunt per-
empti; quod cum audisset [5]abbas de Redford,
non longe monasterium habens, venit ad regem,
postulavitque ab eo, ut si pueros perdere vellet,
prius liceret eos fidei imbui sacramentis; quod
cum rex annuisset et fonte salutari essent abluti,
instante carnifice, mortem læti subierunt tempo-
ralem, per quam se ad vitam perpetuam indubi-
tanter transituros sciebant.

[1] *Cedwalla.*] The remainder of this chapter is compiled from the Saxon Chronicle, ad ann. 686, 687, and Beda, § 297, *seqq.*

[2] *Mul.*] He was burned, and twelve others with him. Sax. Chron.

[3] *Athelwoldum,*] called by Malmsbury and Beda 'Edelwalchius.'

[4] *Ibidem delati.*] Beda calls the place 'Ad lapidem,' conjectured by Camden to be Stoneham, near Southampton.

[5] *Abbas de Redford.*] Cyniberht, abbot of Redford, or Redbridge. Beda, § 299.

Cedwalla, regnum propter Deum relinquens, Romam baptizandus venit.

Anno gratiæ DCLXXXVIII. [1]Cedwalla, miseratione tactus divina, imperium propter Deum relinquens temporale, [2]Romam venit; hoc sibi gloriæ singularis adipisci desiderans, ut ad limina apostolorum beatorum Petri et Pauli baptismatis fonte ablueretur, in quo didicerat generi humano vitæ cælestis patere introitum. Sperabat etiam, quod baptizatus et mox carne solutus, ad æterna gaudia jam mundus transiret; quod utrumque, ut mente conceperat, Domino juvante, complevit. A.D. 688. he visits Rome;

Defuncto rege Cedwalla, Ine successit.

Anno gratiæ DCLXXXIX. Cedwalla rex Romam veniens, Sergio pontificatum agente, baptizatus est die sancto sabbati paschalis, et in albis adhuc positus, languore correptus duodecimo kalendarum Maiarum die carne solutus, et beatorum in cælis est regno sociatus. Cui etiam, tempore baptismatis, papa memoratus Petri nomen imposuit, ut rex, qui pio ductus amore ad limina Petri a finibus terræ venerat, nomine quoque ipsius consortio jungeretur. Qui, [3]jubente pontifice, in ejus ecclesia sepultus, epitaphium in monumento ipsius hoc modo scriptum est, A.D. 689. his death.

---

[1] *Cedwalla miseratione.*] Beda, § 372, where the reader may find the remainder of the epitaph, consisting altogether of twenty-four lines.

[2] *Romam venit.*] He did not arrive in Rome until the year following, as it is there noticed; but that he left England in this year, is evident from Beda, who states that he departed in the third year of Alhfrid, king of Northumberland.

[3] *Jubente pontifice.*] In Beda, these words refer only to the epitaph. The latinity has also here suffered in the abridgement.

Culmen, opes, sobolem, pollentia regna, triumphos,
Eximios proceres, mœnia, castra, lares,
Quæque patrum virtus et quæ congesserat ipse,
Cedwalla armipotens liquit amore Dei.

Ini succeeds.

Successit autem Cedwallæ in regnum occidentalium Saxonum [1]Ine, de stirpe regia, triginta septem annis, qui fuit filius Kenredi, qui fuit Ceolwaldi, qui fuit frater Kinewaldi, qui fuit Cuthwini, qui fuit Ceaulini, et sic adscendendo usque ad Woden. Eodem anno Gaufridus Monemutensis, postea episcopus sancti Asaph, historiam Britonum, quam ab excidio Trojæ inchoavit, terminavit hoc modo; 'Expulsis ab insula a Saxonibus Britannis, Walliam petierunt, ubi a Britannica nobilitate degenerati, non Britones sed Wallenses appellati sunt; nomen a Wallone duce eorum, sive a Galaes regina, sive a barbarie traxerunt. Reges autem eorum, qui ab illo tempore in Wallia successerunt, Caradoco Lancarbanensi contemporaneo meo ad scribendum committo. Reges vero Saxonum Wilelmo Malmesberiensi, et Henrico Huntendunensi, quibus de regibus Britonum tacere jubeo, cum non habeant librum Britannici sermonis, quem [2]Walterus, Oxenefordensis archidiaconus, de Britannia minori advexit, quem de historia eorum veraciter editum in honorem principum prædictorum, hoc modo in Latinum sermonem transferre curavi.'

Theodorus, Cantuariensis archiepiscopus, diem clausit extremum.

A.D. 690. Death of Theodore abp. of Canterbury.

Anno gratiæ DCXC. [3]Theodorus, beatæ memoriæ, Cantuariensis archiepiscopus, plenus dierum

[1] *Ine.*] Florence and the Sax. Chron. place his accession in 688; see below, ad an. 727.

[2] *Walterus Oxenefordensis.*] This was Walter Calenius, who has often been confounded with Walter Mapes. Pits, p. 198.

[3] *Theodorus ... plenus dierum.*] He was eighty-eight years of age, Beda, § 374.

defunctus est, postquam mansit in episcopatu annis viginti duobus. Sepultus est in ecclesia beati Petri, in qua omnium episcoporum [Dorobernensium] corpora sunt sepulta. Cujus [1]epitaphium monumenti hujus habetur,

Hic sacer in tumba pausat cum corpore præsul,
Quem tunc Theodorum lingua Pelasga vocat.
Alma novæ scandens felix consortia vitæ,
Civibus angelicis junctus in arce poli.

Eodem tempore [2]Alwoldo, orientalium Anglorum regi, Beuna successit in regnum.

Anno gratiæ DCXCI. Pipinus rex Francorum Neustriam subjugavit, et sanctum [3]Lambertum in ecclesia Trajectensium episcopum ordinavit. Per idem tempus [4]Willebrordus cum sociis duodecim ab Anglia veniens in Galliam, sanctitate enituit insignis. A.D. 691.

Brithwaldus Cantuariensis archiepiscopus consecratur.

Anno gratiæ DCXCII. [5]Theodoro, Dorobernensi archiepiscopo, Brithwaldus, qui erat abbas in monasterio, quod [6]Raculfe nuncupatur, successit. Electus est autem die primo mensis Julii, regnantibus in Cantia [7]Withredo et Sifredo fratri- A.D. 692. Brithwold succeeds.

[1] *Epitaphium.*] Wendover gives only the two first and two last lines of the epitaph, consisting, according to Beda, of thirty-four heroic (elegiac) verses.

[2] *Alwoldo . . . . Beuna.*] So Malmsbury; but Florence states that Beuna, or Beorna, was reigning at the same time with Offa, king of Mercia, who occupied the throne from 757 to 796. See Malmsb. p. 136, *note* [2].

[3] *Lambertum.*] He was made bishop of Utrecht in 668, banished in 674, and restored seven years afterwards. Upon this error, which Wendover has copied from Sigebert, the reader is referred to le Cointe, iii. p. 610.

[4] *Willebrordus cum sociis duodecim.*] Smith has given the names of these individuals in edit. Bed. p. 192, *note* [9]. See his life by Alcuin, inter opp. ii. p. 183; Mabill. i. p. 591.

[5] *Theodoro Dorobernensi.*] From Beda, § 375.

[6] *Raculfe.*] Reculver, Kent.

[7] *Withredo et Sifredo.*] The former, after a reign of thirty-four years, died in 725. Of the latter little is known. He is called by Beda and Florence 'Suaebhardus,' and in the Sax. Chron. 'Waebheardus.'

bus, qui religione simul et industria gentem suam ab extranea invasione ejecerunt. Isti postmodum in villa Dovernensium in honorem sancti Martini fabricaverunt ecclesiam, in loco eis adsignato a Sancto præfato, in qua monachos regulariter viventes imponentes, multis eos rebus simul ac terris divites effecerunt; regnaverunt autem triginta quatuor et semis annos.

Wilfrid visits Rome.

Eodem[1] anno Wilfridus Eboracensis erga regem Alhfridum accusatus, ab eodem rege et episcopis plurimis ab episcopatu pulsus est; veniensque Romam cum præsentibus accusatoribus, ut locum se defendendi acciperet, considentibus episcopis pluribus, in præsentia domini papæ omnium judicio probatum est, accusatores ejus nonnullas contra eum falsas calumnias machinasse, scriptumque est regi Northanhumbrorum Alhfrido, ut eum in præsulatum suum recipi faceret, eo quod injuste fuerit condemnatus. Qui cum Britanniam rediens in partes Galliarum devenisset tactus est infirmitate repentina, ut nec equo vehi posset sed manibus ministrorum in grabbato portaretur; sicque in Meldum civitatem Galliæ delatus, quatuor diebus cum noctibus quasi mortuus decumbebat. Cumque ita sine cibo et potu, sine voce et auditu, quatriduo vexaretur, quinto illucescente die, quasi de gravi somnó exsurgens resedit, modicumque suspirans, ubi esset Acca presbyter, requisivit, qui cum statim vocatus intrasset, ita eum alloqui adorsus est; 'Visio mihi modo tremenda apparuit, quam te audire ac silentio tegere volo, donec probem quid de me fieri velit Deus; Adstitit mihi quidam candido præclarus habitu, dicens, se Michaelem archangelum, et ob hoc, inquit, missus sum, ut te a morte revocem

Vision.

[1] *Eodem anno Wilfridus.*] For the contents of this chapter the reader is referred to Beda, §§ 420—424; Eddius, §§ 42—62.

ad vitam, donavit enim tibi Deus vitam, per intercessionem et lachrymas discipulorum tuorum et per orationem suæ genitricis, sed paratus esto, quia post quadriennium revertens visitabo te; ad patriam autem perveniens, possessionum ablatarum portionem recipies, atque pace tranquilla vitam terminabis.' Convaluit igitur episcopus, gaudentibus cunctis, cœptoque itinere Britanniam pervenit. Lectis autem epistolis, quas ab apostolico papa advexerat, Brithwoldus, Cantuariensis archiepiscopus, et Ethelredus quondam rex, tunc autem abbas, libentissime faverunt, sed Alhfridus rex Northanhumbrorum eum suscipere contempsit. Alhfrido vero non longo post tempore defuncto, [1]Osredus, qui post eum regnavit, synodo juxta flumen Nid collecta, post aliquantulum utriusque partis conflictum, cunctis tandem faventibus, in præsulatum suæ ecclesiæ est receptus; sicque annis quatuor, sicut ei ab angelo prædictum fuerat, in pace vitam ducens, quievit in Domino. Defunctus est autem quarto idus Octobris in monasterio suo, quod habebat sub regimine Cuthbaldi abbatis in [2]Indalum provincia; sed ministerio fratrum prolatus in primum suum monasterium in Ripun, in ecclesia beati Petri juxta altare ad austrum sepultus est. His death.

Anno gratiæ DCXCIII. Ine, rex occidentalium Saxonum, castrorum aciebus terribiliter ordinatis, combustionem Mul cognati sui vindicare disposuit; rex vero Cantuariensis Withredus humiliter obviam veniens, [3]magnam pecuniæ summam pro nece juvenis dedit, et sic A.D. 693.

Lis finita fuit, pax confirmata revixit.

[1] *Osredus.*] Rather, 'Osredi tempore.'

[2] *Indalum.*] 'Undolum,' Eddius, § 62.

[3] *Magnam pecuniæ summam.*] According to the Saxon Chronicle, the sum was 30,000 pounds;

Bishops of Rochester.

Eodem anno Brithwaldus, Cantuariensis archiepiscopus, a [1]Godwino, Galliarum archiepiscopo, consecratus est. Post [2]Godmundum, Roffensis ecclesiæ præsulem, Tobiam episcopum consecravit, virum scilicet Latina lingua et Græca multipliciter eruditum.

A.D. 694. Clovis III.

Anno gratiæ DCXCIV. [3]Clodoveus regnavit in Francia quatuor annis. Quo etiam tempore, sanctitas et innocentia [4]Leodegarii, Heducensis episcopi, per Dei omnipotentis gratiam clarescere cœpit. Hic autem a ministro iniquitatis Ebroino, qui, monachali habitu deposito, sub rege quondam Francorum Theoderico principabatur, crudelitate pessima, eo quod familiaris prædecessori esset dicti regis, post multa fecit suppliciorum genera decollari. Sed, vivente adhuc Ebroino, virum sanctum misericors Dominus plurimorum miraculorum gratia decoravit.

Pars Dominicæ crucis Romæ invenitur.

A.D. 695.

Anno gratiæ DCXCV. papa Sergius invenit in sacrario beati Petri Romæ magnam Dominicæ crucis portionem, quæ annuatim solet in die exaltationis ejusdem vivificæ crucis ab omni populo Romano deosculari et reverentia venerari.

88. Hewald.

Eodem anno [5]Hewaldus albus et Hebaldus niger, presbyteri, a Britannia in regionem Frisonum prædicandi gratia venientes, martyrio

---

according to Florence, 3750 pounds; and to Malmsbury, 30,000 'mancæ' of gold; upon which see Malmsb. p. 48, *note* [3].

[1] *Godwino.*] Archbishop of Lyons; see his life, Gall. Christ. iv. p. 50.

[2] *Godmundum,*] or Gebmundum. Upon the death of Gebmund, and the succession of Tobias, see Angl. Sacr. i. p. 330.

[3] *Clodoveus.*] Clovis III. reigned from 691 to 695; Bouquet, iii. p. 696.

[4] *Leodegarii.*] An account of his martyrdom is in le Cointe, tom. iii. p. 783; compare also p. 620, § 8, in the same volume.

[5] *Hewaldus . . . et Hebaldus.*] They suffered, according to Beda, on the 3d of October, § 382; their lives are printed by Capgrave, fol. clxxviii. b.

ibidem coronantur, et jussu Pipini in Agrippinensi Colonia tumulantur. [1]Sol defecit hora diei tertia.

Anno gratiæ DCXCVI. Mercii, qui dicuntur Suthumbri, id est, illa pars Merciorum quæ est a parte boreali Trente fluminis, [2]scelus nequissimum commiserunt; reginam namque Ostritham, uxorem Athelredi regis sui, et Egfridi regis Northanhumbrorum [filiam], crudeliter peremerunt. Eodem anno [3]Eadbertus, successor sancti Cuthberti, cum post annos undecim corpus ejusdem sancti transferret, et super pavimentum locaret, tam corpus quam linteamina integra sunt reperta. Per idem tempus Leo patricius [4]Justinianum imperio privavit, eumque naso et lingua truncatum in exilium relegavit. A.D. 696.

Anno gratiæ DCXCVII. [5]Leo Romanum adeptus imperium annis duobus imperavit. Eodem tempore Willebrordus, natione Britannus, a Sergio papa ad prædicandum genti Frisonum mittitur, et ex dono [6]Pipini regis sedem episcopalem apud Ultrajectum suscepit. A.D. 697. Leontius emperor. Wilbrord's mission to Frisia.

Sanctus Lambertus martyrio coronatur.

Anno gratiæ DCXCVIII. [7]Hildebertus, Francorum rex creatus, octodecim annis regnavit. Eodem anno sanctus [8]Lambertus martyrio coronatur A.D. 698. Hildebert III. S. Lambert.

---

[1] *Sol defecit.*] Sigebert adds, 'ita ut quædam stellæ clare paterent.' Compare Calvisius, p. 617, a. with Pagi, ad an. 693, § 3.

[2] *Scelus nequissimum.*] The Sax. Chron. and Florence place this murder in the following year.

[3] *Eadbertus.*] He died in 698, having held the see ten years. Angl. Sacr. i. p. 695.

[4] *Justinianum.*] He was restored in 705.

[5] *Leo,*] or Leontius, was driven from the empire by Absimarus, who succeeded him.

[6] *Pipini.*] He was baptized by Wilbrord; Vit. Wilb. i. 22.

[7] *Hildebertus,*] or Childebert III. succeeded Clovis in 695; the error here is copied from Sigebert. See Mabill. de re diplomat. lib. vi. num. 24.

[8] *Lambertus.*] He suffered martyrdom in 708; Le Cointe, iii. pp. 477, 487.

et Trajecti tumulatur; Pipinum enim principem increpare ausus, quod adulteram legitimæ uxori superduxerat, a Dodono fratre ipsius martyrizatur, et Trajecti, ut dictum est, sepelitur. Per idem tempus Absimarus, qui et Tiberius, Leone ab imperio pulso nasoque abscisso, carcerali custodiæ deputatur.

A.D. 699. Absimarus emperor.

Anno gratiæ DCXCIX. Absimarus, qui et Tiberius, Romanum adeptus regnum, imperavit annis septem. Eodem anno Dodo, interfector sancti Lamberti, pessimo languore cruciatur, a vermibus consumitur, et ob intolerantiam fœtoris in Mosam fluvium demergitur, omnesque hujus culpæ complices infra annum divinitus puniuntur; percussor vero sancti martyris fratri suo congressus, alter ab altero trucidatur.

De mortuo resuscitato a pœnis purgatorii.

Vision of Drichthelm.

[1]His diebus, quidam paterfamilias [2]in regione Northanhumbrorum, gravi corporis infirmitate tactus, primo noctis tempore defunctus est; sed diluculo reviviscens, ac repente residens, omnes, qui corpori flentes aderant, timore nimio percussos in fugam convertit. Uxor tamen, quæ amplius amabat, quamvis multum perterrita, remansit, quam ille consolatus, 'Noli,' inquit, 'timere, quia jam vere surrexi a morte, qua tenebar, et apud homines iterum vivere sum permissus.' Statimque [3]surgens abiit ad villulæ oratorium, et usque diem in oratione persistens, mox omnem substantiam, quam possederat, in tres portiones divisit, e quibus unam conjugi, alteram filiis tradidit, tertiam sibi retinens pauperibus statim distribuit; nec multo post in

[1] *His diebus.*] The legend following is from Beda, § 389, *seqq.*

[2] *In regione Northanhumbrorum,*] 'quæ vocatur Incuneningum,' Beda, *ibid.* 'forsan Cuningham in prov. Scotia.' Smith, *ad loc.*

monasterio, quod Mailros appellatur, accepta tonsura curis sæculi penitus est absolutus. Ubi monasterium ingressus est, abbati et fratribus horrendas quas viderat visiones retulit in hunc modum; 'Quidam aspectu lucidus, et indumento clarus, me ducebat. Incedebamus autem tacentes, ut videbatur mihi, contra solis ortum solstitialem, donec devenimus ad vallem immensæ latitudinis, infinitæ longitudinis ac nimiæ profunditatis, quæ ad lævam nobis sita, unum latus flammis ferventibus nimium terribile, alterum farenti grandine ac frigore nivium omnia perflante ac verrente, non minus intolerabile referebat; utrumque autem erat animabus hominum plenum, quæ vicissim hinc inde videbantur quasi tempestatis impetu jactari. Cumque vim fervoris universi tolerare non possent, prosiliebant miseræ in medium frigiditatis infestæ, et cum neque ibi quicquam requiei invenire potuissent, resiliebant rursus in medium urendæ flammarum inextinguibilium, infelici vicissitudine sine ulla quietis intercapedine; fuitque spirituum deformium innumerabilis multitudo. Et cœpi cogitare, quod esset infernus locus ille de cujus tormentis intolerabilibus sæpius narrari audivi; respondit cogitationi meæ ductor, qui me præcedebat, 'Non hoc,' inquiens, [1]'suspiceris.' Sed cum me hoc spectaculo tam horrendo perterritum in ulteriora produceret, vidi subito ante nos loca incipere obscurari et omnia tenebris adimpleri; quas cum intraremus in tantum paulisper condensatæ sunt, ut nihil præter illas aspicerem, excepta duntaxat specie et veste ejus, qui me præcedebat. Et cum progrederemur sola sub nocte per umbras, ecce subito apparent ante nos

Vision of Drichthelm.

[1] *Suspiceris,*] 'non enim hic infernus est ille quem putas.' Beda, § 390.

Vision of Invisible.

crebri teterrimarum globi flammarum, quasi de puteo magno adscendentes, et rursum in eundem decidentes; quo cum perductus fuissem, ductor meus repente disparuit, ac me solum in medio tenebrarum et horrendæ visionis reliquit. At cum iidem globi ignium sine intermissione modo alta peterent, modo ad ima baratri redirent, cerno omnia quæ adscendebant fastigia flammarum plena esse spiritibus hominum, qui, instar favillarum cum fumo adscendentium, nunc ad sublimiora projicerentur, nunc retractis ignium vaporibus in profundum laberentur; sed et fœtor incomparabilis cum eisdem vaporibus ebulliens, omnia illa tenebrarum loca corrumpebat. Et cum ibidem diutius consisterem pavidus, et quid agerem incertus, audio subito post tergum sonitum miserrimi fletus et cachinnum insultantium dæmoniorum, qui clarior effectus ad me usque pervenit; ubi turbam spirituum malignorum consideravi, quæ animas hominum mœrentes et ejulantes, ipsa multum exultans, illas in medias tenebras detrusit; factumque est, ut fletum hominum risumque dæmoniorum clare discernere nequirem, sonum tamen promiscui sexus in auribus haberem. Adscenderunt quidam spirituum obscurorum de abysso illa flammivoma, et adcurrentes circumdederunt me atque oculis flammantibus et de ore ac naribus ignem fœtidum efflantes angebant, forcipibusque igneis, quos tenebant in manibus, me comprehendere conabantur, nec tamen me ullatenus contingere, tametsi terrere præsumebant. Cumque hostibus undique præclusus ac tenebris huc atque illuc oculos circumferrem, si forte aliquid quo salvarer adveniret, apparuit retro, via qua veneram, quasi fulgor micantis stellæ inter tenebras, qui paulatim crescens et ad me festinans, ubi appropin-

quavit dispersi sunt omnes spiritus infesti, qui me forcipibus rapere contendebant. Ille autem qui adveniens illos fugavit, ipse erat qui me antea deducebat; qui mox iter ad dexteram versus, quasi contra ortum solis brumalem ducere me incepit, et sine mora tenebris exemptum in auras serenæ lucis induxit; cumque me ibi duceret, vidi ante nos murum permaximum, cujus altitudinis sive longitudinis nullus esse terminus videbatur; cœpi autem mirari, quare accederemus ad murum, cum in eo nullus appareret adscensus. Cum ergo pervenissemus ad murum, statim, quo ordine nescio, fuimus in summitate ejus, et erat ibi campus latissimus ac lætissimus tantaque fragrantia vernantium flosculorum plenus, ut omnem mox fœtorem tenebrosi fornacis, qui me pervaserat, effugaret odoris hujus suavitas admiranda. Tanta autem lux cuncta illa perlustraverat loca, ut omni splendore diei sive solis meridiani radiis præclarior videretur, erant namque in hoc campo innumera hominum albatorum conventicula, sedesque plurimæ lætantium animarum; cumque inter hæc per choros felicium incolarum medios me duceret, cogitavi quod esset regnum cælorum, sed ille cogitationi meæ respondens, 'Non hoc,' ait, [1]'suspiceris.' Cumque procedentes transissemus has mansiones spirituum bonorum vel beatorum, aspicio ante nos multo majorem luminis gloriam quam prius, in qua etiam voces cantantium dulcissimas audivi, sed et fragrantia miri odoris tanta effundebatur de loco, ut is, quem antea degustans quasi maximum rebar, jam mihi odor permodicus videretur; sic quoque lux illa campi florentis eximia, in comparatione ejus, quæ nunc apparuit,

Vision of Fetchtholm.

[1] *Suspiceris,*] 'non hoc est regnum cælorum, quod autumas.' Beda, § 392.

Vision of Drichthelm.

tenuissima videbatur et parva. In hujus amœnitatem loci cum nos intraturos sperarem, ductor meus repente substitit, et sine mora gressum retorquens, ipsa me, qua venimus, via reduxit. Tunc qui me ducebat mihi dixit, 'Scis quæ sunt ista omnia quæ vidisti?' Respondi ego, 'Non;' et ait, 'Vallis illa, quam aspexisti flammis ferventibus et frigoribus horrendam rigidis, ipse est locus in quo examinandæ sunt animæ illorum, qui differunt confiteri et emendare scelera quæ fecerunt, sed in ipso tandem mortis articulo ad pœnitentiam confugiunt, et sic de corpore exeuntes omnes in die judicii cælorum perveniunt ad regnum; multos etiam preces viventium, et eleemosynæ, jejunia et maxime missarum celebratio adjuvant, ut ante diem judicii liberentur. Porro puteus ille flammivomus ac fœtidus, quem vidisti, ipsum est os gehennæ, in quod qui semel inciderit non liberabitur in æternum; locus vero florifer, quem vidisti, in quo pulcherrimam juventutem jocundari ac fulgere conspexisti, ipse est in quo recipiuntur animæ eorum, qui in bonis operibus de corpore exeunt, nec tamen tantæ sunt perfectionis, ut statim regnum cælorum ingredi mereantur, qui tamen omnes in die judicii ad visionem Dei et gaudia regni cælestis intrabunt; at quicunque in omni verbo, opere et cogitatione perfecti sunt, mox de corpore egressi regnum ingrediuntur cælorum; ad cujus vicinia pertinet locus ille, ubi sonum cantilenæ dulcis odore suavitatis ac splendore lucis audisti. Tu autem, quia nunc ad corpus reverti et rursum inter homines vivere debes, si actus tuos curiosius discutere et mores sermonesque tuos in rectitudine ac simplicitate servare studueris, accipies et ipse post mortem locum mansionis inter hæc, quæ vidisti, agmina

lætabunda spirituum bonorum; nam ego, cum ad tempus recessissem a te, ad hoc feci, ut quid de te fieri deberet, agnoscerem.' Hæc mihi cum dixisset, multum detestatus sum ad corpus reverti, delectatus suavitate ac decore loci quem videram, simul et consortio eorum quos aspexi, sed inter hæc, quo ordine nescio, repente me inter homines vivere cerno.' [1]Denique in vicinia cellæ illius, ut prædictum est, in flumine quod præterfluebat solebat crebro, ob magnum castigandi corporis affectum, ingredi, ac sæpius in eo crescentibus undis immergi, sicque ibidem, quamdiu sustinere potuit, psalmis precibusque insistere et fixus ibi manere, adscendente aqua usque ad lumbos et quandoque usque ad collum, et inde egressus vestimenta sua nunquam deponere curabat, donec calefacta de suo corpore siccarentur. Tempore vero hyemali, defluentibus circa eum glacierum crustis, dixerunt qui videbant, 'Mirum, frater Drithelme, quod tantam frigoris asperitatem tolerare potes;' respondebat ille simpliciter, 'Frigidiora ego vidi.' Et cum dicerent, 'Mirum quod tam austeram tenere continentiam velis,' respondebat, 'Austeriora ego vidi.' Sic usque ad diem vocationis suæ, infatigabili cælestium bonorum desiderio, corpus senile inter quotidiana jejunia domabat, multisque saluti fuit tam opere quam exemplo.

Vision of Drichthelm.

Brithricus comes perimitur.

Anno gratiæ DCC. [2]Brithricus, comes Northanhumbrorum, volens vindicare dominum suum re-

A.D. 700. Death of Beorhtric.

[1] *Denique in vicinia cellæ.*] Wendover omits the source whence Beda says that he had derived his information, namely, a monk by name Haemgils, who had heard Drichthelm recount his vision, and who had communicated it to him, § 395.

[2] *Brithricus,*] or Berta. The Sax. Chron. places his death in the previous year. See above, ad an. 684.

gem Egfridum, terram Pictorum hostiliter invasit; sed sicut dominus suus maledicta Hibernensium sentiens corruit, ita iste a Pictorum populo interfectus est. Per idem tempus [1]Romani Syriam pervagantes ducenta Saracenorum millia peremerunt.

Floruit abbas Adamannus.

A.D. 701. Adamnanus, abbot of Iona. Anno gratiæ DCCI. floruit vir bonus et literatus, [2]Adamannus presbyter et abbas monachorum, qui erant in insula Hii. Hic missus ad Aldfridum regem gratia legationis, cum videret ritus ecclesiasticæ institutionis et observantiæ festi paschalis, continuo trahitur ad consensum; qui cum domum rediisset, curavit suos, qui erant in insula Hii, ad callem perducere veritatis, nec valuit; navigansque in Hiberniam, pæne omnes ad legitimum paschæ tempus observandum induxit. [3]Scripsit autem idem vir Domini de loco Dominicæ nativitatis, passionis et ascensionis, situmque terræ sanctæ mirabiliter descripsit.

A.D. 702. Anno gratiæ DCCII. [4]Johannes sedit Romæ annis tribus, mensibus duobus, et diebus tredecim, et cessavit sedes mense uno et diebus tredecim.

De sancto Benedicto, abbate Anglico.

A.D. 703. Benedict Biscop; Anno gratiæ DCCIII. sanctus [5]Benedictus, abbas Angliæ, post vitam laudabilem glorioso fine in Domino quievit. Hic vir Dei de stirpe nobili

[1] *Romani.*] Sigebert, ad an. 670.

[2] *Adamannus,*] or Adamnanus. Ussher places his mission to Alhfriθ in 703; Primord. p. 381. See also Beda, § 402, *seqq.*

[3] *Scripsit autem.*] Printed by Mabillon, Act. SS. Ord. S. Bened. III. ii. 456.

[4] *Johannes,*] the sixth. He died 7 Jan. 705.

[5] *Benedictus abbas.*] See his life by Beda, in vit. SS. Abbat. Weremuth. et Gyruum, ed. Smith, p. 293; where it is expressly stated that he died in the sixteenth year after the foundation of the monastery at Weremouth, in 674.

gentis Anglorum progenitus est, et in adolescentia militiæ rudimentis addictus, denique cum esset minister Oswii regis, et possessionem non modicam, ipso donante, percepisset, caduca mundi omnia pro Christo spernens, Romam adiit, ut ibidem ecclesiastica informatus disciplina militiam adsumeret spiritualem, qua sibi prodesset et aliis, utilisque minister in Dominicæ posset cultura vineæ reperiri; inde vero rediens Lirinensem insulam, se monachorum cœtui conjunxit, tonsuram accepit, ubi per biennium regulariter institutus, ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli iterum repedavit. Quo tempore, cum papa Vitalianus Theodorum, Cantuariensem archiepiscopum, in Britanniam destinavit, ipse simul adveniens multas secum sanctorum reliquias reportavit; qui postea regi Northanhumbrorum Egfrido conjunctus, confestim rex ei terram sexaginta familiarum ad construendum apostolorum principi Petro monasterium contulit, ad ostium Weræ fluminis, anno gratiæ sexcentesimo septuagesimo quarto, indictione secunda. Sed et aliud monasterium ad honorem doctoris gentium Pauli, in Giruum non longe ab altero fabricatur, et a rege præfato, prædiis sexaginta familiarum acceptis, multipliciter ditatur; hæc autem monasteria religiosis implens monachis, Ceolfridum in uno, Easterwinum in altero præpositos ordinavit: hoc ideo fecit, ut tam in ejus absentia quam in præsentia regularis semper custodia servaretur. Huic denique famulo Dei [1]Benedicto Beda venerabilis, et doctor Anglorum, traditur nutriendus, sub quo etiam ad ordinem sacerdotis legitur fuisse promotus;

[1] *Benedicto Beda . . . traditur nutriendus.*] See his life in Smith's Appendix, p. 795.

quinquies[1] Romam petisse asseritur, qui semper rediens divinorum locupletatus commodorum, subjectos instituere opere pariter et exemplo
his death. curavit. Tandem post vitam laudabilem victor vitiorum Benedictus, confessor Christi piissimus, carnis infirmitate victus, pridie idus Januarii spiritum reddidit Creatori. Successit ei in onere et honore vir sanctus, et ejusdem discipulus,
Ceolfrid. [2]Ceolfridus, [3]sub quo Beda Christi famulus, ad utilitatem universalis ecclesiæ, de scripturis sanctis laborem inchoatum laudabiliter adimplevit.

Quo tempore episcopatus Wintoniensis est divisus.

A.D. 704. Death of Hedda. Anno gratiæ DCCIV. [4]Hedda, episcopus Wintoniensis, qui Leutherio successerat, ad extrema pervenit. In loco autem, quo defunctus est, ob meritum sanctitatis ejus multa sunt patrata miracula; nam homines provinciæ illius pulverem inde ablatum in aquam mittere solebant propter languentes, cujus gustu sive aspersione tam homines quam jumenta gavisi sunt sese sanitatem
See of Winchester. recepisse. Quo defuncto, episcopatus [5]in duas parochias divisus est, una, id est Wintoniensis, data [6]Danieli, quam usque in tempora Bedæ rexit; altera, id est Scireburnensis, collata est [7]Aldelmo, quam tenuit quatuor annis. Remanserunt autem episcopo Wintoniensi duæ provinciæ tantum, Hamptonensis scilicet et Sutheriensis; alteri vero provinciæ, Wiltunensis, Dor-

[1] *Quinquies Romam.*] Supposed to have been in 653, 665, 667, 671, and about 685.

[2] *Ceolfridus.*] His life was also written by Beda. Smith, p. 299.

[3] *Sub quo Beda.*] Appendix to his work; Smith, p. 795.

[4] *Hedda.*] So Beda, § 409. See also Angl. Sacr. i. p. 192.

[5] *In duas parochias.*] See Beda, § 410, *note*.

[6] *Danieli.*] His death is placed below in 746.

[7] *Aldelmo.*] His life was written by William of Malmsbury, and is printed in the Anglia Sacra, ii. p. 2.

setensis, Berrucensis, [Somersetensis,] Devoniensis, Cornubiensis. Scireburna autem viculus adeo exilis est, quod mirum videtur per tot secula ibidem episcopatum durasse.

Ut rex Offa orientalium Saxonum Romæ monachum induerit.

Anno gratiæ DCCV. [1]Atheldredus, rex Merciorum, postquam annis triginta strenuissime regnum tenuisset, monachus effectus, apud Bardeneiam defunctus est, et ibidem sepultus. Habuit rex duas sorores virgines sanctissimas, [2]Kinesdridam et Kineswitham, ambas ab infantia Deo dicatas, quæ nobile virginitatis propositum nobilius perduxerunt ad senium; sed junior, non solius sua salute contenta, [3]Offam, sponsum suum, cælesti regno restituit. Regnavit autem Offa in regno orientalium Saxonum post Sigehardum et Seufredum paucis annis, adolescens jocundi vultus, ætate floridus, apud cives suos maximæ dilectionis, qui Kineswithæ præfatæ hortatu, cujus nuptias illa spreverat, cælestes suspirare doctus amores, [4]Romam perrexit, ibique attonsus cælica regna devotus conscendit. Harum sanctarum virginum reliquiæ apud Medeshamstede, quæ villa modo 'Burgum sancti Petri' dicitur, a populo feliciter venerantur. Eodem anno rex Northanhumbrorum [5]Alfridus obiit, cui successit

A.D. 705. Death of Ethelred.

Offa king of Essex.

[1] *Atheldredus.*] The Sax. Chron. places the abdication of Ethelred in 704. He was succeeded by his nephew Cŏenraed.

[2] *Kinesdridam et Kineswitham.*] Their lives are printed in Capgrave, fol. ccxiii.

[3] *Offam sponsum.*] Kyneswitha was betrothed, but not married, to Offa.

[4] *Romam perrexit.*] The expedition of Cŏenraed and Offa to Rome is placed by Florence in 708, by the Sax. Chron. in 709, and below in 710. Beda, in his epitome, places it in 709, which probably is the correct date. See Pagi, ad an. 709, § 5.

[5] *Alfridus.*] He died at Driffield; Sax. Chron. ad an.

filius ejus [1]Osredus undecim annis. Atheldredo autem in regno Merciorum Kenredus successit quinque annis. Eodem tempore [2]Johannes sedit Romæ anno uno.

Sisinnius papa.

A.D. 706. Sisinnius pope.

Anno gratiæ DCCVI. Sisinnius sedit in cathedra Romana diebus viginti. Eodem anno [3]Justinianus exul, auxilio regis Bulgariæ Trehelbi, imperio restitutus, imperavit annis sex; qui imperium adeptus omnes, qui ante eum expulerant, interfecit, et Absimarum Tiberium jugulari præcepit; sed et Gallinicum patriarcham erutis oculis Romam destinavit, civium Romanorum innumerabilem multitudinem stravit, Chersonam, ubi exilium subiit, evertere fecit, inauditam crudelitatem in hostes exercens.

Constantinus papa.

A.D. 707. Constantine pope.

Anno gratiæ DCCVII. [4]Constantinus sedit Romæ annis septem, diebus quindecim, et cessavit sedes diebus quadraginta. Per idem tempus, [5]miles quidam erat de familia Kenredi regis Merciorum, palam vitiis serviens; cum sedulo admoneret eum rex, ut ageret pœnitentiam, ille monita salutis parvipendens flagitiosam vitam corrigere prorogabat. Qui inter hæc tactus infirmitate decidit in lectum, atque acri cœpit dolore fatigari; ad quem ingressus rex hortabatur multum, ut antequam moriretur pœnitentiam age-

[1] *Osredus.*] He was only eight years of age when he ascended the throne. Bed. § 409.

[2] *Johannes,*] the seventh. He reigned two years, and died in October 707.

[3] *Justinianus exul.*] From Sigebert, who places his return rightly in 705.

[4] *Constantinus.*] He died 9 April 715.

[5] *Miles quidam erat.*] From Beda, § 397—399, who states that he had the narrative 'a venerabili antistite Pecthelmo.'

ret commissorum ; at ille respondit, se peccata nolle confiteri antequam ab infirmitate convalesceret, ne sibi sodales exprobrarent, quod metu mortis hoc faceret; cumque, morbo ingravescente, rex denuo ad eum exhortandum intraret, cœpit ille miserabili voce clamare, 'Quid huc venisti; non aliquid utilitatis aut salutis potes ultra conferre?' Ad quem rex, 'Noli,' inquit, 'ita loqui, vide ut sanum sapias.' 'Non,' inquit, 'in- Visio.
sanio, sed pessimam conscientiam præ oculis habeo ; nam paulo antequam venires, intraverunt domum hanc duo juvenes et residerunt juxta me, unus ad caput et alter ad pedes, protrahitque unus libellum perpulchrum sed valde modicum ad legendum, in quo omnia, quæ hactenus bona fecerim, scripta reperi, qui codicem respicientes nihil dicebant; ac subito supervenit exercitus malignorum spirituum teterrimorum, qui domum hanc exterius obsedit et intus maxima ex parte residens implevit. Tunc unus eorum teterrimus, qui major videbatur, proferens codicem horridæ visionis et enormis magnitudinis, ponderisque pæne importabilis, jussit uni ex satellitibus suis mihi ad legendum deferre; quem cum legissem, inveni omnia scelera, non solum quæ opere vel verbo, sed etiam quæ tenuissima cogitatione peccavi, manifestissime tetricis in eo literis esse conscripta; dicebantque ad illos, qui mihi adsederant, viros præclaros et albatos, 'Quid hic sedetis, scientes certissime quod noster est iste?' Responderunt, 'Verum dicitis; accipite et in cumulum damnationis vestræ adducite.' Surgentes autem duo nequissimi spiritus habentes furcas in manibus percusserunt me, unus in capite et alius in pede, qui modo cum cruciatu magno interiora mea omnia irrepunt ; itaque mox ut ad invicem pervenerint, mo-

riar, et paratis ad rapiendum me dæmonibus pertrahent ad infernum.' Sic loquebatur miser desperans, et continuo mors misera subsecuta est; de quo constat, quia non pro se ista, cui minime profuerunt, sed pro aliis sint ostensa, ut ejus interitum cognoscentes pœnitentiam non differrent, ne improviso mortis periculo prævenți impœnitentes perirent.

Mors Egfridi regis vindicata.

A.D. 708. Wars of Ini. Anno gratiæ DCCVIII. [1]Ine, rex occidentalium Saxonum, pugnavit contra Gerentem regem Wallensium, cujus initio pugnæ dux Higebaldus peremptus est; tandem vero rex Wallensis fugiens, arma et spolia insequentibus eum Anglis reliquit. Per idem tempus Offerus, consul Northanhumbrorum, contra Pictos dimicans, eorumque maximam multitudinem sternens, Egfridi regis ultor fuit.

Aldelmus episcopus obiit.

A.D. 709. Aldhelm bishop of Sherborne. Anno gratiæ DCCIX. [2]Aldelmus, [3]Scireburnensis antistes, diem clausit extremum. Hic vir sanctus cum adhuc esset presbyter et abbas monasterii, quod [4]Maildubi urbem appellant, scripsit, jubente [5]synodo, suæ genti [6]librum egregium contra errorem Britonum, quo eos ad catholicam paschæ celebrationem perduxit; scripsit etiam

[1] *Ine, rex occidentalium.*] Henry of Huntingdon, from whom this account appears to have been taken, states that these events happened in the twenty-first year of Ini's reign, which would be 709. The Sax. Chron. places them in the following year.

[2] *Aldelmus.*] He died on the 25th May in this year. See Act. SS. Ord. Bened. III. i.

[3] *Scireburnensis.*] This see was afterwards, in 1050, transferred to Salisbury.

[4] *Maildubi.*] 'Maildufi,' Beda, § 410.

[5] *Synodo.*] See the proceedings of this synod in Spelman, Concil. i. p. 182.

[6] *Librum egregium,*] addressed to Geruntius king of Cornwall. It is inserted amongst the letters of Boniface, ep. 163, ed. Wurdt.

et librum [1]de virginitate eximium, et alia multa, ut vir undecunque doctissimus atque tam liberalium quam ecclesiasticarum rerum eruditione mirandus. Quo defuncto, pontificatum pro eo suscepit [2]Fortherus, vir et ipse in scripturis sanctis laudabiliter eruditus.

Rex Kenredus monachum induit.

Anno gratiæ DCCX. [3]Kenredus, qui regno Merciorum nobilissime tempore aliquanto præfuerat, multo nobilius sceptra regni reliquit; nam pontificatum Romæ agente Constantino, limina apostolorum devotus petens, monachum ibidem induit, ubi in precibus, jejuniis et eleemosynis usque ad diem suæ vocationis permansit. Successit ei in regnum [4]Ceolredus filius Athelredi, qui ante Kenredum illud regnum tenebat. Venit autem Romam cum illo Offa, rex orientalium Saxonum, de quo supra memoratum est; qui pari ductus devotione mentis, uxorem, agros, cognatos et patriam propter Christum reliquit, ut in hac vita centuplum, et in futuro vitam possideret æternam. Successit ei in regnum [5]Selredus, [6]Seberti boni filius, triginta octo annis.

A.D. 710. Abdication of Cœnraed; he visits Rome with Offa, king of Essex.

De primo Seleseiensi episcopo.

Anno gratiæ DCCXI. in provincia australium A.D. 711.

[1] *De virginitate.*] Printed by Du Chesne, Lect. Antiq. v. ii. 798, and at Paris in 1676. His works are noticed by Turner, p. 25.

[2] *Fortherus.*] The time of his death is not known. He is mentioned below, in 738, as accompanying Frithogith queen of Wessex to Rome.

[3] *Kenredus.*] See above, p. 199.

[4] *Ceolredus.*] His death is recorded below, in 719, but erroneously, since Beda and the Sax. Chron. concur in placing it in 716. Malmsbury says that he reigned 'non octo annos.'

[5] *Selredus.*] The time of his death is uncertain. It is recorded below in 738; in the Sax. Chron. and by Florence in the year 746. He was not king of Essex, but of East-Anglia. See Malmsb. p. 139, *note* [3].

[6] *Seberti,*] scil. 'Sigeberti.'

Saxonum synodali decreto statutum est, ut qui eatenus ad civitatis Ventanæ, cui tunc Daniel præerat, parochiam pertinebant, et ipsi [1]sedem episcopalem ac proprium haberent episcopum. Consecratus est autem eis primus antistes Eadbertus, qui erat abbas monasterii beatæ memoriæ Wilfridi episcopi, quod [2]Seleseia appellatur; ubi idem Dei famulus exilium per quinquennium passus a rege ejusdem provinciæ terram octoginta familiarum [impetravit], in qua socios exules recipere posset, et vitæ eis subsidia ministrare. Est enim locus ille undique mari circumdatus, præter ab occidente, unde habuit ingressum quasi ad jactum fundæ: hunc autem locum cum accepisset Wilfridus, fundavit ibi monasterium, ac regulari vita, maxime ex eis, quos secum adduxerat, fratribus instituit, quod multo post tempore successores ejus tenuerunt; et quoniam illi rex præfatus [3]Athelwoldus omnes facultates cum agris et hominibus donavit, universos ibi inventos baptismatis unda regeneratos in fide Christi roboravit. Erant autem numero, inter servos et ancillas, quasi ducenti quinquaginta, quos omnes sicut a servitute diabolica, ita etiam libertati donando, jugo humanæ servitutis absolvit. Revocato autem Wilfrido ad provinciam Northanhumbrorum, primo Cedwalla rex occidentalium Saxonum, ac deinde successor ejus Ine, regibus illius provinciæ subactis et interfectis, regnum illud tenuerunt; unde factum est, ut toto illo tempore gens illa proprium episcopum non haberet, sed episcopo Ventanæ civitatis, ut prædictum est, subjaceret. Post Ead-

[1] *Sedem episcopalem.*] This see was afterwards transferred to Chichester by Stigand, the twenty-second bishop.

[2] *Seleseia.*] This account of Selsey is from Beda, § 291.

[3] *Athelwoldus,*] called by Beda Ædilualch.

bertum vero, primum illius regionis episcopum, [1]Colla pontificatus officium suscepit, ipso autem ex hac luce subtracto, usque ad obitum Bedæ sedes illa vacavit. [2]Hoc etiam anno magnus Wilfridus, post annos quadraginta et quinque accepti episcopatus, diem clausit extremum, sicut supra dictum est; cui successit ad episcopatum Hagustaldensem [3]Acca presbyter suus, de cujus industria [4]Beda presbyter in historiarum libro multa scribens, ejus sanctitatem multipliciter commendat. Bishops of Chichester.

De primis episcopis Vigorniensibus.

Anno gratiæ DCCXII. floruit [5]Egwinus, Wiciorum præsul tertius; fuit autem ejusdem provinciæ episcopus primus nomine Boselus, secundus Ostfortus, Egwinus vero in ordine tertius, cum rege Merciorum Kenredo et orientalium Anglorum rege Offa Romam veniens, monasterio, quod in Wigorniensi territorio construxerat, ut ab improborum irruptione securius illud redderet, a papa Constantino libertatis privilegium impetravit. [6]Successerunt autem ei in episcopatu Wigorniensi Wilfridus, Mildredus, Weremundus, Tilherus, Hereferthus, Debertus, Herebertus, Alwinus, Hereferthus, Athelhunus, Wilferthus, Kinewol, Dunstanus, Oswaldus, Eldulfus, quorum tres ultimi archiepiscopi Cantuarienses fuerunt. Per idem tempus Justinianus imperator a Philippico hæretico interfectus est apud A.D. 712. Bishops of Worcester. Death of Justinian the emperor.

[1] *Colla,*] called also Cella, Cecolla, and by Beda, Eolla; § 411.

[2] *Hoc etiam anno.*] Wilfrid died 12 Oct. 709.

[3] *Acca.*] He died in 740. See Ric. Hagustald. de stat. et epp. ejusdem ecclesiæ, inter Dec. Scriptt. col. 298.

[4] *Beda.*] Hist. Eccl. § 426.

[5] *Egwinus.*] He died in 717; his life is printed in the Nov. Legend. fol. cxxiii.

[6] *Successerunt.*] For the succession of the bishops of Worcester the reader is referred to the Angl. Sacr. i. p 470.

Constantinopolim, et Tiberius filius ejus cum eo; [1]Justinianus enim [erat], qui nimiam in cives illos tyrannidem exercuerat, jubens urbem eorum arari et in pavimentum illidi, eo quod ad ejus depositionem conspiraverant, ut superius relatum est.

Philippicus hæreticus Romanum invasit imperium.

A.D. 713. Philippicus emperor.

Anno gratiæ DCCXIII. Philippicus Romanum invadens imperium apud Chersonesum purpuram accepit, [2]annisque duobus imperavit. Hic cum esset hæreticus, Cyrum, Constantinopolitanum episcopum, exilio relegavit, et posuit in sede illa quendam suæ opinionis pseudo-monachum, nomine Johannem. Ipse vero Philippicus Romæ Constantino papæ literas pravi dogmatis destinavit, quas vir sanctus consilio Romani populi respuens, præcepit ne ejus nomen in cartis poneretur, aut pensura solidorum reciperetur, aut ad missarum solemnia recitaretur.

De sancto Guthlaco heremita.

A D. 714. Life of S. Guthlac.

Anno gratiæ DCCXIV. sanctus [3]Guthlacus heremita apud Croiland in palude diem clausit extremum. Hic de stirpe non ignobili originem ducens, utriusque parentis stemmate præclarus refulsit; quem dum tempore Athelredi, regis Merciorum, mater gravida mundo profundit, manus quædam rubei nitoris effulgens, ad crucem, quæ ante ostium domus puerperæ stabat, porrecta ab æthere videbatur; cujus miraculi magnitudo mediterraneorum terminos Merciorum in

[1] *Justinianus.*] The death of Justinian and Tiberius is referred by Pagi to the previous year; ad an. 711, § 3.

[2] *Annisque duobus.*] From the end of 711 to 713.

[3] *Guthlacus.*] He died on the 11th April, according to Florence. See his life by Felix, a contemporary, in Act. SS. April. ii. p. 38, from which Wendover has abridged his account.

momento replevit. Baptizatus est infans et Guthlacus parentum studio est vocatus; cum autem adolescentiæ vires et ætas succrevissent, aggregatis sibi satellitum turmis, ad arma sese convertit; hoc tamen ex innata sibi bonitate semper vindicabat, quod de rapinis undecumque collectis, tertiam partem illis, qui eas ante possederant, remittebat. Octo igitur annorum curriculis in hac ferocitate decursis, nocte quadam in se reversus revocavit ad memoriam, quam inanis sit hujus mundi gloria, et futura damnatio perennis et incerta; mane itaque facto, parentes complicesque prædones relinquens, ad monasterium in [1]Rependune tunc famosum pervenit, ibique tonsuram et habitum clericalem suscipiens pœnitentiam decrevit agere delictorum; deinde sacris literis et monasticis institutus disciplinis, singulorum virtutes solus studuit æmulari; lectis autem virtutibus monachorum, qui vitam elegerant solitariam, heremum concupivit, iterque arripuit ut locum idoneum inveniret. Tandem ad paludem magnam, quæ ad plagam orientalem Merciorum sita est, perveniens, quæ sit qualitas regionis illius diligenter inquirit; tunc dicit ei [2]quidam, in illa palude vasta insulam esse remotiorem, quam multi inhabitare tentaverant, sed propter heremi monstra ab omnibus fere relictam. Hoc audito, vir Dei hunc sibi locum [postulat] indicari; at ille scaphulam accipiens piscatoriam sanctum Dei virum ad locum usque perduxit. Hæc insula 'Croiland' appellatur, quam nullus antea inhabitare ausus fuerat propter dæmonum ibi demorantium terribiles phantasias; ibi vir sanctus solus habitare cœpit beati Bartho-

He becomes a hermit in Croyland;

[1] *Rependune.*] Reppington, or Repton, in Derbyshire; afterwards destroyed by the Danes.

[2] *Quidam,*] Tatwinus, according to the life by Felix.

lomæi specialiter protectione confisus; igitur aliquandiu ibi conversatus ad sodales rediit, ex quibus secum duobus pueris acceptis ad insulam iterum repedavit, ubi spiritualia fiducialiter arma arripiens, viriliter Domino militavit. Erat autem in hac insula cumulus agresti gleba congestus, in cujus latere quasi cisterna videbatur inesse, ubi tugurio Dei servus composito habitare incipiens, nec lineo nec laneo indutus vestimento, pellibus tantummodo utebatur; abstinentia tanta in eo fuit, ut post solis occasum sola panis hordeacei particula et aquæ poculo uteretur.

Is tempted; Quadam vero die cum studio consuetæ meditationis intenderet, duo dæmones in habitu humano subito adstiterunt, qui eum sic familiariter alloquuntur, 'Nos experti sumus fidei tuæ fortitudinem et patientiam invincibilem, et ideo te inquietare cessamus, insuper etiam de antiquorum conversatione heremitarum te volumus erudire. Moses et Helias, aliique patres antiqui, Deo per multam abstinentiam placuerunt; quamobrem jejunium non biduo tantum vel triduo servandum est, sed integra potius septimana, ut sicut Deus sex diebus mundum formavit et septimo requievit, sic homo sex diebus jejunans debeat spiritum reformare, septimo comedens requiem carni dare.' Hoc vir Dei audito sic respondit, 'Convertantur retrorsum, qui quærunt animam meam ut auferant eam;' et mox, more quotidiano particulam hordeacei panis accepit; maligni autem spiritus recedentes, loca illa mœstis questionibus impleverunt. Post hæc, brevi tempore interjecto, dum vir beatus, ut solebat, orationibus intempesta nocte vigil incumberet, teterrimi spiritus totam cellulam impleverunt; nec mora, virum Dei ejiciunt ligatum de cella, et cœnosis laticibus atræ paludis immergunt; de-

inde sublevatum per loca asperrima, dilaceratis fere membrorum compagibus trahunt. Tandem paulisper eum sistunt, imperantes, ut ab illa habitatione discedat, at ille respondit, 'Dominus a dextris est mihi, ne commovear;' iterum adsumentes eum, flagellis veluti ferreis verberare cœperunt, verberatumque ac tormentis multipliciter afflictum subvehunt in aerem, ubi ex multitudine spirituum immundorum cælum nigrescere videbatur, qui simul juncti famulum Christi ad tartari fauces usque perducunt. Ille inferni tormenta perspiciens, pœnas omnes, quas passus fuerat, oblitus est, ex comparatione majorum. Tunc incipiunt sancto insultare dicentes, 'Ecce potestatem habemus te detrudere in has pœnas, ut hic pro peccatis tuis perpetuo puniaris.' Ad quos ille sic ait, 'Væ vobis, filii tenebrarum; si hanc habetis potestatem, quid moramini?' Illis autem veluti ad hoc se præparantibus, ecce sanctus Bartholomæus cum immenso splendore supervenit, imperatque dæmonibus, ut Dei servum habitationi suæ incunctanter restituant; at illi præceptum apostoli, dicto citius, compleverunt. Dum vero in aere portaretur, vox quasi psallentium est audita, 'Ibunt sancti de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Syon.'

Contigit in diebus Ceolredi, regis Merciorum, tempore gallicinii, quod beato Guthlaco visum est se vulgi tumultuantis audire clamores; tunc vir Dei cellam egressus, vulgus Britannice loquens tectis cognoscit accedere, statimque domum suam videt ardere, cumque tecto subvenire festinat, lacertis intercipitur, et in aerem sublevatur. Tandem hostis insidias esse comperiens, cœpit hunc psalmi versiculum decantare, ['Dominus mihi adjutor est, et ego despiciam inimicos meos.'] Alio quoque tempore orationibus in-

sistens nocturnis, ingenti sonitu insulam tremere sentiebat, et mox audivit strepitum, quasi currentium armentorum; nec mora, undique variorum figuras monstrorum introire conspexit, ferarum videlicet, serpentium, bestiarum; his igitur circa Christi militem horribiliter perstrepentibus ait, 'Miserrime Sathana, quid vires alienas simulare çonaris? In nomine Jesu Christi præcipio tibi ut desistas;' et post hæc verba, statim universum phantasma [disparuit.] Episcopus quidam, [1]Hebba nomine, venit ad colloquium sancti viri, habens in comitatu virum quendam librarium, nomine Wilfridum; hic audiens ministros de beati Guthlaci virtutibus et miraculis colloquentes, ad quosdam in cujus potentia hæc faceret dubitantes ait, quod si videret eum, sciret discernere utrum verus Dei cultor esset, an sanctitatis speciem simularet. Præfatus igitur episcopus viri Dei sermonibus recreatus, eum diligenter cœpit hortari, ut per eum ordinem sacerdotis acciperet, qui cadens ad pedes episcopi, se præcepto ipsius obedire promisit; episcopus igitur gaudens, consecrata prius ecclesia,
is ordained; ipsum ad sacerdotii gradum lætus promovit. Illo quidem die contra solitum, rogatu pontificis coactus est ad cœnam cum cæteris residere; tunc adspiciens præfatum [2]Wilfridum, ait ad eum, 'O frater Wilfride, quid tibi nunc videtur de illo dicendum, de quo heri te judicaturum certissime promisisti?' Ille nimis admirans surrexit, et ad pedes ejus veniam humiliter flagitans se prostravit. Hujus sancti viri virtutes si omnes vellem explicare verbis, ita esset ac si maris arenam inciperem numerare; vicesimo autem et quinto ætatis suæ anno solitariam aggressus vitam, an-

[1] *Hebba.*] Hedda, in the life cited.

[2] *Wilfridum.*] Wigfridus, in the life cited.

nis quindecim in ea permansit. Defunctus itaque, in omni sanctitate perfectus, in suo oratorio, in honorem sancti Bartholomæi dedicato, sepulturam accepit; quo in loco omnes, qui eum pio affectu deposcunt, divinæ miserationis indulgentiam consequuntur. his death.

De papa Gregorio et imperatore Anastasio.

Anno gratiæ DCCXV. [1]Gregorius sedit in cathedra Romana annis quindecim, mensibus octo, diebus [viginti duobus, et cessavit sedes diebus] triginta quinque. Eodem anno insurrexit Anastasius contra Philippicum imperatorem, et illum oculis privavit, ejusque imperium occupans tribus annis imperavit. A.D. 715. Gregory II. pope.

De pugna inter reges Ine et Ceolredum.

Anno gratiæ DCCXVI. Ine, rex occidentalium Saxonum, contra Ceolredum, regem Merciorum, apud [2]Wodnesburch pugnavit, quorum victoria in dubio remansit. A.D. 716. Battle of Wodnesburch.

Theodorus imperator.

Anno gratiæ DCCXVII. [3]Theodorus Romanum adeptus imperium uno anno imperavit. Eodem anno [4]Osredus, rex Northanhumbrorum, juxta mare pugnans, belli infortunio interemptus est; cui succedens Kenredus duos annos regnavit. A.D. 717. Theodorus emperor. Death of Osred.

---

[1] *Gregorius.*] He died 10 Feb. 731.

[2] *Wodnesburch,*] supposed to be Wodenburgh, or Wenborough, on the borders of Wiltshire and Berkshire; Camden, i. p. 195. The Saxon Chronicle and Florence place this action in the year preceding.

[3] *Theodorus;*] rather Theodosius the third. He is supposed to have died about the month of May in this year.

[4] *Osredus.*] He died in the previous year, having ascended the throne in 705, and reigned eleven years. Bed. § 409.

Nota vituperabile factum.

A.D. 718. Rabbodus duke of Frisia; his impiety.

Anno gratiæ DCCXVIII. [1]Rabbodus, dux Frisonum, prædicatione beati Wlfranni episcopi inductus ut baptizaretur, cum pedem unum lavacro intinxisset, alterum retrahens pedem, interrogavit, ubi plures essent antecessorum suorum in paradiso an in inferno? Audiens autem quod in inferno, pedem retraxit, dicens; 'Satius est,' inquit, 'ut plures sequar, quam pauciores.' Eodem anno [2]Leo imperator creatus imperavit annis viginti tribus.

De morte Ceolredi regis.

A.D. 719. Death of Ceolraed.

Anno gratiæ DCCXIX., defuncto rege Merciorum [3]Ceolredo et apud Lichefeld sepulto, successit ei Athelboldus in Mercia, vir fortis et potens, qui victoriosissime quadraginta et uno annis regnavit. Quo etiam anno rex Northanhumbrorum Kenredus vita decedens, Osrico regni gubernacula reliquit, regnumque viginti annis tenuit. Fuit autem rex Athelboldus filius Alwii, qui fuit Eoppæ, qui fuit Wibbæ, et cætera.

Death of Cŏenraeḑ.

De morte Ingleis.

A.D. 720. Foundation of Wimborne abbey.

Anno gratiæ DCCXX. [4]Ingleis, frater Ine regis, diem clausit extremum. Quo utique tempore [5]Cuthburga, soror Ine regis et Kineburgæ,

---

[1] *Rabbodus,*] or Ratholdus; so Sigebert, ad an.

[2] *Leo.*] Leo the third, surnamed Isaurinus. He died in June 741. Wendover records the succession of Constantine in 742.

[3] *Ceolredo.*] The death of Ceolraed is placed by the Sax. Chron. in 716, and the death of Aethilbald in 756. Wendover is here plainly in error, since he records the death of Aethilbald in 755.

[4] *Ingleis,*] called by Florence 'Ingelsus,' and in the Sax. Chron. 'Ingildus,' where the events contained in this chapter are found in 718.

[5] *Cuthburga.*] Her life is printed in the Nov. Leg. fol. lxxix.

apud [1]Winburnam abbatiam construxit. Hæc Cuthburga data fuerat in conjugem Egfrido, regi Northanhumbrorum, sed eo vivente, separata est.

De morte sancti Joannis Beverlacensis episcopi.

Anno gratiæ DCCXXI. sanctus Joannes, Beverlacensis archiepiscopus, in Domino quievit. Hic vir sanctus, eximiarum patrator virtutum, [2]Bedam habet præconem in gestis Anglorum; sed de hoc viro sanctissimo hucusque illud clarum habetur, quod habitatores Beverlaci in loco, quo jacet, pro spectaculo solent tauros ferocissimos exhibere, qui nodissimis adstricti vinculis, magno virorum fortium sudore adducuntur; sed statim cum cœmiterium fuerint ingressi, ita omni ferocitate sopita conquiescunt, ut oves simplicitate putares; laxatis igitur nodis, dimittuntur per atrium ludere, qui ante, quicquid obstabat eis cornibus et pedibus impetere solebant. [3]Successit ei Wilfridus secundus presbyter ejus, qui tempora Bedæ transcendit.

A D. 721. Death of S. John of Beverley.

Ut Ine, rex West-saxonum, Eadbertum interfecit.

Anno gratiæ DCCXXII. Ine, rex occidentalium Saxonum, exercitum grandem in Suth-sexiam promovit, et in eodem prælio [4]Eadbertum, quem prius fugaverat a castro, quod [5]Tantona dicitur, interfecit, eo quod Ine construxerat castellum prædictum. Eodem anno defuncto [6]Withredo,

A.D. 722. Ini's expedition against Sussex.

[1] *Winburnam.*] Wimborne nunnery; it was destroyed by the Danes. A collegiate church was afterwards founded here before the Conquest.

[2] *Bedam.*] Hist. Eccl. § 362, *seqq.*

[3] *Successit,*] 'in episcopatu Eboracensi.' Bed. § 371.

[4] *Eadbertum,*] called in the Sax. Chron. 'Ealbryhtus Clito,' where his death is recorded in 725.

[5] *Tantona.*] The Sax. Chron. and Florence place the destruction of this castle by Ethelburga in this year.

[6] *Withredo.*] He died, according to the Sax. Chron. on the 23rd April 725. His sons were, Aethelberht, Eadberht, and Alric, who successively inherited the kingdom. See Malmsb. § 15, *note* [7].

Cantuariorum rege, tres filios regni sui reliquit hæredes; quorum Ethelbertus primogenitus regnum suscipiens [1] annis septendecim regnavit. Sub eisdem diebus, defuncto [2] Tobia Roffensi episcopo, Eadulfus successit.

De degradatione Remensis episcopi.

A.D. 723. Ricobert bishop of Rheims deposed.

Anno gratiæ DCCXXIII. [3] Ricobertus, Remensis episcopus, a Carolo rege Francorum deponitur ab episcopatu, eo quod illi hostiliter contra Reginfredum eunti portas urbis Remensis noluit aperire. Eutherius quoque Arelatensis eadem ratione ab episcopatu ejectus est.

De stulto consilio cujusdam Judæi malefici.

A.D. 724. Treachery of a Jew.

Anno gratiæ DCCXXIV. Judæus quidam maleficus promittens [4] cuidam nobili quadraginta annis principaturum, suadet ut in toto regno suo Dei sanctorumque imagines edicat deponi; qui spe diu regnandi edictum proponit, sed illico expiravit.

Quo tempore Beda historiam Anglorum inchoavit.

A.D. 725. Beda writes his history.

Anno gratiæ DCCXXV. Beda, presbyter venerabilis, Anglorum historiam inchoavit, qui laudabiliter inchoatam et feliciter consummatam regi Ceolwlfo præsentavit.

---

[1] *Annis septendecim.*] In the difficult chronology of the kings of Kent at this period Wendover only increases the confusion. He records the death of Aethelberht in 762, and that his successor was Eadberht (the second), whilst he places the death of Eadberht (the first, of Kent), after a reign of six years, in 749, and states that he was succeeded by Aethelberht, who reigned fourteen years.

[2] *Tobia.*] His death is placed by Hadenham in the Annal. Roff. in 715. Angl. Sacr. i. p. 341.

[3] *Ricobertus.*] See Mabillon, Annal. ii. p. 49. He died the 4th January 733; le Cointe, iv. p. 820.

[4] *Cuidam nobili.*] 'Gizid;' Sigebert, ad an.

Imagines venerari prohibentur.

Anno gratiæ DCCXXVI. Leo imperator imagines Christi et sanctorum ejus in frusta comminui præcepit, quem papa Gregorius literis suis multum redarguit, sed in vanum. A.D. 726. Image-worship forbidden.

Ut Ine rex Romam petierit.

Anno gratiæ DCCXXVII. Ine, rex felix et potens, Athelhardo cognato suo regnum suum relinquens, [1] Romam petiit, ut pro regno temporali commutaret æternum. Quo cum pervenisset, fecit in civitate domum, consensu et voluntate Gregorii papæ, quam [2] 'scholam Anglorum' appellari fecit. [3] Ad hanc autem cum reges Angliæ, et genus regium cum episcopis, presbyteris, et clericis, in doctrina et fide catholica erudiendi venirent, ne quid in ecclesia Anglicana sinistrum, aut catholicæ unitati contrarium doceretur, et sic, in fide stabili roborati, ad propria remearent. Erant enim doctrina et scholæ Anglorum a temporibus sancti Augustini per Romanos pontifices interdictæ propter assiduas hæreses, quæ in adventu Anglorum in Britannia emerserant, dum pagani Christianis permixti sanctæ conversationis gratiam corruperant fidei Christianæ. Fecit propterea juxta domum præfatam ecclesiam in honorem beatæ virginis Mariæ fabricari, in qua Anglis Romam advenientibus divina celebrarentur mysteria, et in qua possent, si quem ex Anglis A.D. 727. Ini visits Rome; builds a church near.

[1] *Romam petiit.*] Florence and the Saxon Chronicle place Ini's visit to Rome in the following year; but it probably occurred at or shortly before this time.

[2] *Scholam Anglorum.*] Malmsbury states that this 'schola' was said to have been founded in the first instance, 'primitus instituta,' by Offa; but Spelman shows that the school was in existence at Rome when Offa arrived there; Concil. pp. 290, *seq.* See also Malmsb. p. 152, *note* [4], and Mabillon, Annal. ii. p. 9.

[3] *Ad hanc autem cum,*] scilicet, 'ad quam.'

Romæ mori contingeret, sepeliri; et, hæc omnia ut perpetuæ firmitatis robur obtinerent, statutum est generali decreto per totum regnum occidentalium Saxonum, in quo prædictus Ine regnabat, ut singulis annis de singulis familiis denarius unus, qui Anglice [1] 'Romscot' appellatur, beato Petro et ecclesiæ Romanæ mitteretur, ut Angli ibidem commorantes vitale subsidium inde haberent. Hæc autem ecclesia, de qua jam dictum est, in chronicis Anglorum sæpe combusta legitur et iterum reparata. Hic etiam ille est Ine, qui [2] Glastoniæ abbatiam construxit jam dudum destructam, quam etiam multis possessionibus ditatam, privilegiorum suorum munimine roboravit. Hujus regis germanus frater [3] Ingleis et sorores sancta Cuthburga et sancta Quenburga, regina quoque ejus Sexburga vocabatur. Successit ei in regnum [4] Athelhardus, cognatus suus, de stirpe Cerdici regis oriundus, [qui post illum quatuordecim annis regnavit. Eodem anno

Origin of 'Romescot.'

[1] *Romscot.*] This is the earliest notice of the tribute paid to Rome, commonly called 'Peter's pence.' It was afterwards allowed by Offa, and Aetheluulf, who rebuilt the school after its destruction by fire, according to the Sax. Chron. in 816. As to the primary intention of this tax much obscurity prevails, although it appears sufficiently clear, from Glanville, that it was to be applied only for such purposes as received the sanction of England; (Spelm. p. 312;) and why not, in the first instance, according to the simple statement in the text, for the support of the 'schola Anglicana?' That it afterwards became an exaction and a grievance, the complaint of John of the 'intolerabile dispendium super Romescote' manifestly proves, and as such was, after having been previously discontinued in 25 Hen. VIII, utterly abolished in 1 Eliz. It was called by a variety of names, 'Hearth-money,' 'Chimney-money,' &c.

[2] *Glastoniæ abbatiam.*] See the account of Glastonbury by Malmsbury, p. 48.

[3] *Ingleis,*] whose death is recorded above, in the year 720. Carte imagines him to have borne the title of king over a territory in Kent, given him by Ini; Hist. Eng. p. 278.

[4] *Athelhardus.*] His death is recorded below, in 739. In the Saxon Chron. his succession is placed in 728, and his death in 741.

idem Athelhardus] pugnavit contra juvenem [1]Oswaldum, de regia stirpe regum West-saxonum, regnum sibi subjugare conantem; sed cum viribus regis se imparem cognovisset, juvenis ille per fugam elapsus, Athelhardo regnum in pace reliquit.

De quodam fratre male defuncto.

Anno gratiæ DCCXXVIII. [2]papa Gregorius, cum Leonem imperatorem incorrigibilem advertisset, Romam, Italiam, Hispaniam, ab ejus jure subtraxit, et vectigalia ipsi reddi interdixit. [3]Eodem tempore frater quidam, quem nominare supersedeo, in nobili monasterio positus, ignobiliter inter fratres vixit; corripiebatur quidem sedulo a fratribus ac majoribus loci, atque ad vitam castigatiorem monebatur converti, et quamvis eos audire noluisset, tolerabatur tamen ab eis ob necessitatem operum ipsius, ut qui in arte fabrili fuerat singularis; serviebat enim multum ebrietati ac cæteris vitæ remissioris illecebris, dum magis in officina sua die noctuque residere, quam ad psallendum vel orandum in ecclesia, aut vitæ verbum vellet audire. Tandem languore gravi percussus, atque ad extrema perductus, fratres vocavit et narravit, quod videret infernum apertum et Sathan in profundis tartari demersum; Caipham quoque cum cæteris, qui occiderant Dominum juxta eum flammis ultricibus contraditum, 'in quorum vicinia,' inquit, 'heu mihi misero! locum aspicio æternæ damnationis esse paratum.' Audientes autem hæc fratres cœperunt

A.D. 728. Vision.

---

[1] *Oswaldum,*] called in the Saxon Chron. 'Oswald the Aetheling,' ad an. 728.

[2] *Papa Gregorius,*] the second. From Sigebert, ad an. See Baron. Annal. ad an. 730.

[3] *Eodem tempore.*] This vision is recorded by Beda as having appeared to one whom 'novi ipse, quem utinam non nossem;' Hist. Eccl. § 400.

diligenter exhortari, ut vel tunc adhuc in carne positus ad pœnitentiam rediret; respondit ille desperans, 'Non est mihi modo tempus vitam mutandi, cum ipse viderim judicium meum jam esse completum;' et talia dicens, sine viatico decessit. Hoc quoque factum longe lateque diffamatum, multos ad agendam et non differendam scelerum suorum pœnitentiam provocavit.

De stellis circa solem apparentibus.

A.D. 729. Comets.

Anno gratiæ DCCXXIX. apparuerunt circa solem [1]duæ stellæ horribiles, quarum una solem præcedebat orientem, et altera sequebatur occidentem, quasi orienti simul et occidenti diræ cladis præsagæ, vel certe una diei altera noctis præcurrebat exortum, ut utroque tempore mala mortalibus imminere significarent. Portabant autem fascem ignis contra aquilonem, ad occidentem acclivem, apparebantque mense Januario, et fere per dies quindecim permanebant. Quo tempore gravissima paganorum lues Gallias et Hispaniam miserabili cæde vastabant, sed et ipsi non multo post in eadem provincia dignas suæ perfidiæ pœnas miserabiliter luebant.

Gregorius papa.

A.D. 730. Gregory III.

Anno gratiæ DCCXXX. [2]Gregorius papa sedit Romæ annis decem. Eodem anno rex Northanhumbrorum [3]Osricus Ceolwlfo regnum suum, quod quindecim annis tenuerat, reliquit; fuit autem Ceolwlfus filius Cuthæ, qui fuit Cuthwini, qui

Osric resigns his kingdom to Ceoluulf.

[1] *Duæ stellæ.*] This account is from Beda, § 448, whom Calvisius cites as the only authority for such an appearance. Florence states that it took place in the month of January.

[2] *Gregorius,*] the third. He died in November, in 741.

[3] *Osricus.*] Beda places his death on 9 May 729; the Sax. Chron. two years afterwards, in which it also records the succession of Ceoluulf, and his descent.

fuit Leothewld, qui fuit Eguuald, qui fuit Aldelmi, qui fuit Ocga, qui fuit Idæ. Hic rex vere beatus, et literarum scientia sufficienter instructus, quantum sibi in vita profuerit finis ejus evidenter ostendit.

Brithwaldus obiit.

Anno Domini DCCXXXI. Brithwaldus, Cantuariensis archiepiscopus, [1]diem clausit extremum, Tatwino archiepiscopatum relinquens. A.D. 731. Death of archbishop Berctuuald.

De consecratione Tatwini, Cantuariensis archiepiscopi.

Anno Domini DCCXXXII. consecratus est [2]Tatwinus, Dorobernensis archiepiscopus, in civitate sua a viris venerabilibus Daniele Ventano, Ingaldo Londoniensi, Aldwino Licheſeldensi et Ealdulfo Roffensi, episcopis, die decima Junii mensis, vir in censura ecclesiastica insignis. A.D. 732. Tatwine succeeds.

Ceolwlfus rediit in regnum.

Anno Domini DCCXXXIII. Tatwinus archiepiscopus, accepto pallio, ordinavit duos episcopos. Quo etiam anno [3]Ceolwlfus rex captus, attonsus et remissus est in regnum. A.D. 733.

De obsidione castri Sumertonensis.

Anno Domini DCCXXXIV. Athelbaldus, rex Merciorum, exercitu congregato castellum de [4]Sumertone obsidione vallavit; et cum non esset qui inclusis ferret auxilium, dictus rex castellum A.D. 734. Siege of Somerton.

---

[1] *Diem clausit extremum,*] according to Beda on the 13th, and to the Annal. Roff. 8th of January. Angl. Sacr. i. p. 85.

[2] *Tatwinus.*] He died, according to the Annal. Roff. 31 Jan. 734.

[3] *Ceolwlfus.*] From Sim. Dunelm. an. 732. The Sax. Chron. places the tonsure of Ceoluulf in 737.

[4] *Sumertone,*] from whence the county of Somerset derived its name; Camd. i. p. 181. The Sax. Chron. places this action in the previous year.

in jus suum recepit; qui deinceps, super omnes provincias Angliæ usque ad flumen Humbri, omnibus sibi regibus subjectis, regnavit. Eodem anno [1]eclipsis solis facta est decimo nono kal. Septembris, circa horam diei tertiam, ita ut pæne totus orbis solis esse coopertus quasi scuto nigerrimo videretur.

Eclipse of the sun.

Commendatio vitæ venerabilis Bedæ presbyteri.

Death of Beda;

Eodem anno [2]Beda, vir venerabilis et mente semper cælestis, cæli palatia conscendit; qui divina virtute præditus, sua et aliorum vitia compescens, dignus est ut in æterna memoria habeatur. Erat autem presbyter venerabilis in monasterio principis apostolorum Petri, quod est in Wire fluminis ostio, Garewe nuncupato, educatus; ubi sub reverendissimo abbate Benedicto, ac deinde Ceolfrido, omne tempus vitæ suæ peregit, ac vir Dei ter beatus omnem dans operam in scripturis sanctis ac meditationum studiis, semper aut discere aut scribere dulce habuit aut docere. Nono decimo vero vitæ suæ anno diaconatus, tricesimo quoque gradum presbyteratus suscepit, ex quo tempore usque ad annum ætatis suæ sexagesimum ex opusculis sanctorum patrum, ad utilitatem ecclesiæ, in triginta sex voluminibus, septuaginta octo libros, quos ipse in historia Anglorum enumerat, stylo ad purum purgato componens, promeruit ut ab universali ecclesia doctor Anglorum et pater venerabilis merito et nomine censeatur. Cumque historiam regum Angliæ et aliarum gesta rerum quasi inter libros suos, magno studio elaboratos,

some account of his life;

---

[1] *Eclipsis,*] recorded by the Sax. Chron., Sim. Dunelm., and Florence, who places it on the following day.

[2] *Beda.*] See Introduction to Hist. Eccl. edit. E. H. S. p. vii.; Malmsb. p. 80, *seqq.*; and Sim. Dunelm. p. 91.

ultimum edidisset, in vocem orationis prorupit dicens; [1]'Te deprecor, bone Jesu, ut cui propitius donasti verba tuæ scientiæ dulciter haurire, dones etiam benignus aliquando ad fontem omnis scientiæ pervenire, et semper ante tuam faciem comparere. [2]Præterea omnes ad quos hæc historia pervenire potuerit nostræ nationis, legentes sive audientes, suppliciter precor, ut pro meis infirmitatibus et mentis et corporis apud supernam clementiam sæpius intervenire meminerint, et hanc mihi quique in suis provinciis suæ remunerationis vicem rependant, ut[3] apud omnes fructum piæ intercessionis inveniam. Amen.'

Quod Sergius papa eundem Bedam ut Romam veniret invitavit.

Hujus præterea viri venerabilis apud Roma- invited to Rome by Sergius.
num pontificem adeo celebris erat fama, ut ad quasdam enodandas sacræ scripturæ quæstiones ejus auxilio Romana sublimitas indigeret. Quod autem Romæ fuerit, [4]solide non affirmo; sed tamen illum illuc invitatum non dubito, quod hæc epistola clarum faciet, quam olim Sergius papa Ceolfrido abbati in hæc verba direxit; 'Sergius episcopus, servus servorum Dei, Ceolfrido religioso abbati salutem et apostolicam benedictionem. Quibus verbis ac modis clementiam Dei nostri, atque inenarrabilem providentiam possumus effari, et dignas gratiarum ac-

[1] *Te deprecor.*] Malmsb. § 56.

[2] *Præterea omnes.*] These words occur at the end of the prologue, p. 5.

[3] *Ut apud.*] There has been omitted between these words, 'qui de singulis provinciis, sive locis sublimioribus, quæ memoratu digna atque incolis grata credideram diligenter adnotare curavi.'

[4] *Solide non affirmo.*] These are the words of Malmsbury, which Wendover has adopted. Upon the invitation of Beda to Rome, the reader is referred to Mr. Hardy's note, Malmsb. p. 85, and Introduction to Beda, Hist. Eccl. p. x.

tiones pro universis ejus beneficiis circa nos persolvere, qui in tenebris et umbra mortis positos ad lumen scientiæ perducit. [1]Hortamur itaque Deo dilectam religiositatis tuæ bonitatem, ut quia exortis quibusdam ecclesiasticarum causarum capitulis, non sine examinatione longius innotescendis, opus nobis fuit ad conferendum arte literaturæ imbuti, sicut decet devotum auxiliatorem sanctæ matris et universalis ecclesiæ, imo obedientem devotionem huic nostræ hortationi non desistas accommodare, sed absque aliqua retentione religiosum Dei famulum Bedam venerabilem, monasterii tui presbyterum, ad limina apostolorum principum, dominorum meorum Petri et Pauli, amatorum tuorum ac protectorum, ad nostræ mediocritatis conspectum non moreris dirigere, quem favente Domino sanctis tuis precibus, non diffidas prospere ad te redire, peracta præmissorum capitulorum, cum auxilio Dei, desiderata solennitate; erit enim ut confidimus, etiam cunctis tibi creditis profuturum, quicquid ecclesiæ generali claruerit per ejus præstantiam impertitum.'

De morte et sepultura beati Bedæ presbyteri.

Account of his death.

Tempore vero, quo Beda venerabilis et vir Deo dignus, ex hac luce migravit, ante diem Dominicæ resurrectionis, duabus hebdomadibus, creberrimi dolore anhelitus vexabatur. [2]Et sic lætus et gaudens, atque omnipotenti Deo die noctuque gratias agens, immo horis omnibus usque

---

[1] *Hortamur itaque.*] The commencement of this paragraph is here omitted. It should be, 'Opportunis ergo ac dignis amplectendæ solicitudinis tuæ petitionibus arctissima devotione faventes, hortamur Deo,' etc. Malmsb. § 58.

[2] *Et sic lætus.*] Compare Introduction to Beda, p. xv. with Malmsb. § 64.

ad diem Dominicæ ascensionis, id est septimum kal. Junii, quotidie discipulis suis lectiones ex divinis scripturis distribuens, quicquid reliquum erat diei in psalmorum concentu et orationibus transigebat ; noctem vero totam in lætitia et exultatione, simul cum gratiarum actione, pervigil ducebat, nisi vicissim somnus permodicus impediret. Tertia autem feria ante ascensionem Dominicam cœpit vehementius ægrotare in anhelitu, atque tumor modicus in pedibus apparebat, vicinæ mortis præsagus et index ; tunc accita congregatione inunctus est cum osculo pacis, atque viatico reverenter et cum lachrymis sumpto, memoriam suæ animæ a singulis implorabat ; nonnullis vero de fratribus familiariorem declarans amicitiam, xeniola quædam secretius est largitus. Die quoque Dominicæ ascensionis, cum jam exitus animæ de corpore immineret, contra oratorium, in quo orare consueverat, cilicio sub se posito decumbens, integro vultu et sensu, sicque dicens Spiritus Sancti gratiam invitabat, ' O Rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes cælos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos Spiritum veritatis,' et hac oratione completa spiritum exhalavit. Exeunte autem anima, talem odorem [senserunt,] qualem nec thymiama spirat, nec pretiosa balsama subministrant. Sepultus est autem tunc in eodem monasterio, [1]sed modo cum beato Cuthberto, Dunelmensi episcopo, requiescit in locello ex auro et argento fabrefacto. Place of burial.

[1] *Sed modo.*] His bones were translated by the theft of Aelfrid, a monk, between the years 1021 and 1041. Introd. p. xx. *note.*

De statu Angliæ tempore quo Beda decessit.

State of England.

Tempore quoque, quo Dei famulus Beda ex hac luce migravit, hi reges in Anglia floruerunt. In Cantia regnavit Athelbertus, in West-sexia Athelhardus, in Est-saxia Selredus, in Mercia Athelbaldus, in East-anglia Athelredus, qui de regina Leofrona sanctum genuit [1]Ethelbertum; in provincia Northanhumbrorum regnavit Ceolwlfus. Sub istis quoque regibus hi fuerunt episcopi, in Cantia Tatwinus, in Roffensi civitate Aldulfus, in Londoniis Ingoldus, in East-anglia duo, Eadbertus Helmhamensis et Athelacus Domucensis, in Mercia apud Lichefeld Aldwinus, in provincia Wicciorum Wilfridus, qui sedem habuit apud Wigorniam; super gentem Merciorum, qui ultra Sabrinam habitant, Wastoldus, qui sedem habuit apud Hereford. In provincia Lindisfarorum Kinebertus, in Wintonia Daniel; in provincia Northanhumbrorum quatuor sunt episcopi, in Eboraco Wilfridus, in Lindisfarnia Athelwaldus, in Hagustaldo Acca, in Witerna Pecthelmus. Eodem anno Tatwinus Cantuariæ archiepiscopus defunctus est. Eodem anno luna quasi sanguineo rubore perfusa videbatur, hora integra prid. kal. Februarii. Eodem anno, [2]Acca ab episcopatu Hagustaldensi fugato, post biennium successit ei Frithebertus sexto idus Septembris.

---

[1] *Ethelbertum,*] who was slain by Offa king of Mercia, in 793, and canonized. See his life in Nov. Leg. f. cxxxvi. b.

[2] *Acca.*] The date of his expulsion, or secession, is fixed by Simeon Dunelm. in 732; by the Sax. Chron. and Florence in the year following. He died 20 Nov. 740. The text agrees with Ric. Hagustald. and Simeon in placing the consecration of Friothberht on the 8th Sept. See Angl. Sacr. i. p. 697.

Nothelmus Cantuariensis archiepiscopus ordinatur.

Anno Domini DCCXXXV. [1] Nothelmus ordinatus est Cantuariensis archiepiscopus, de quo [2] Beda in prologo historiæ Anglorum testatur, quod multum sibi profuerit ad gesta Anglorum compaginanda, allatis sibi epistolis ex scrinio Romano, quæ operi illi erant necessaria, dum adhuc presbyter esset in urbe Londoniensi. A.D. 735. Nothelm archbishop of Canterbury.

Nothelmus pallium cepit.

Anno gratiæ DCCXXXVI. Nothelmus, archiepiscopus Cantuariensis, a papa accepto pallio in episcopatu suo confirmatus est. A.D. 736.

Aldwinus episcopus obiit.

Anno gratiæ DCCXXXVII. [3] Aldwinus, episcopus Lichefeldensis, ad extrema perductus diem clausit extremum; cujus loco duo episcopi consecrati sunt, [4] Wicta in Lichefeld et Tota in Leycestria primus. A.D. 737. Bishops of Lichfield.

Multi omnia relinquentes Romam profecti sunt.

Anno Domini DCCXXXVIII. Fortherus, Scireburnensis episcopus, [5] cum regina occidentalium Saxonum, relictis possessionibus splendidis, Romam profecti sunt; quod multi in illis diebus reges, episcopi, nobiles et ignobiles, clerici et A.D. 738. Forther and Fredegitha visit Rome.

[1] *Nothelmus.*] His death is recorded below in 739. According to the Sax. Chron. and Florence, he died 17 Nov. 741.

[2] *Beda in prologo.*] Hist. Eccl. p. 3.

[3] *Aldwinus,*] called Aldwine, Eadwine, and Wor; Sim. Dunelm. p. 99. See also Angl. Sacr. i. p. 428.

[4] *Wicta . . . et Tota.*] Hwicca and Tocca, according to Simeon: the former died in 752, the latter before 754.

[5] *Cum regina.*] This is referred by the Sax. Chron. and Florence to the preceding year. By the same authorities the name of the queen is stated to be Frithogitha; by Huntingdon, Frigedida, or Fridegia.

laici, cum mulieribus hæc fecerunt. Eodem anno [1]Athelwaldus, Lindisfarnensis antistes, humanæ naturæ debitum solvit, cui successit [2]Kenulfus in onere et honore; tunc Frithebertus ordinatus est Hagustaldensis antistes. Per idem tempus [3]Selredus, orientalium Saxonum rex, tam regno quam vita privatus est, cui [4]Swithredus successit.

De morte Athelhardi regis West-saxonum.

A.D. 739. Death of Aethelhard.

Anno Domini DCCXXXIX. Athelhardus, rex occidentalium Saxonum, [5]defunctus est, et pro eo frater ejus [6]Cuthredus quindecim annis regnavit. Hoc anno [7]Ceolwlfus, Northanhumbrorum rex nobilissimus, ut quibusdam placet, ex hac vita migravit ad Christum; successit in regnum [8]Eadbertus [9]cognatus suus undecim annis, qui fuit Eattæ, qui fuit Lethewold, qui fuit Ceolwlf. Eo-

[1] *Athelwaldus.*] He died, according to Florence, in 739; Angl. Sacr. i. p. 696.

[2] *Kenulfus,*] or Cynewlf. He was imprisoned by Eadberht king of Northumbria in 750; was subsequently restored to his bishopric, which he resigned in 779 or 780; and died three years afterwards.

[3] *Selredus.*] Simeon Dunelm. in this year records the death of Swebriht as the king of Essex. See Malmsb. p. 139, *note* [3].

[4] *Swithredus.*] Nothing appears to be known respecting the death of this king, or of the affairs of the kingdom, until Ecgberht, if we except the unsatisfactory information of Florence that Suuithraed reigned 'aliquantis annis. Cujus post mortem reges pauci super East-saxones regnavere proprii.' p. 572.

[5] *Defunctus est.*] So Simeon Dunelm. Florence and the Sax. Chron. place his death two years later.

[6] *Cuthredus.*] The Sax. Chron., where it is stated that he reigned sixteen years, records his succession in 741, and his death in 754; as also Florence.

[7] *Ceolwlfus.*] He abdicated and became a monk of Lindisfarne in 737, according to the Sax. Chron. and Simeon; in 738, as stated by Florence.

[8] *Eadbertus,*] called by Malmsbury 'Ecgberht.' He is recorded below, in 757, as resigning his crown to Osuulf; so that the 'undecim annis' is clearly an error of the scribe, as in the Sax. Chron. where he is said to have reigned thirty-one years.

[9] *Cognatus suus,*] 'patrui filius.' So Malmsbury and Sax. Chron. Eadberht was the son of Eatta, the brother of Coenraed and Ceoluulf.

dem anno Nothelmus, Cantuariensis archiepiscopus, et Aldulphus, præsul Roffensis, vita decesserunt.

Anno Domini DCCXL. [1]Cuthbertus, undecimus Dorobernensis archiepiscopus, legitur consecratus; qui, accepto pallio, [2]Duni ad Roffensem ecclesiam episcopum ordinavit. A.D. 740. Cuthbert archbishop of Canterbury.

Anno Domini DCCXLI. Athelbaldus, Merciorum rex superbus, Cuthredum, regem West-saxonum, nunc bellis nunc seditionibus affligebat; et quandoque inter se pacem statuentes brevi eam tempore observabant. A.D. 741. Wars of Cuthred and Aethelbald.

Anno Domini DCCXLII. [3]Zacharias papa, Gregorio defuncto, sedit in cathedra Romana annis novem, mensibus tribus. Eodem anno [4]Constantinus imperator factus imperavit annis triginta quinque. A.D. 742. Zacharias pope.

Anno Domini DCCXLIII. [5]visi sunt in aere ignei ictus, quales nunquam mortales illius ævi viderunt, kalendis Januarii. Eodem anno [6]Wilfridus junior, Eboracensis archiepiscopus, obiit, cui successit Egbertus, in divina scientia vir ad plenum eruditus. A.D. 743. Ecgberht archbishop of York.

Reges Angliæ contra Wallenses pugnaverunt.

Anno Domini DCCXLIV. Cuthredus, rex West-saxonum, et Athelbaldus, rex Merciorum, tunc A.D. 744. Cuthred and Aethelbald defeat the Britons.

[1] *Cuthbertus.*] His death is recorded below in 760. Compare Angl. Sacr. i. p. 95.

[2] *Duni.*] The Sax. Chron. places the succession of Cuthbert and Dun in 741; the time of the death of the latter is uncertain; Angl. Sacr. i. p. 331.

[3] *Zacharias.*] He died 14th March 752, after having held the see ten years.

[4] *Constantinus,*] the fourth; surnamed Copronymus. He died 14 Sept. 775, recorded erroneously below in 777.

[5] *Visi sunt.*] The events in this chapter are recorded by Simeon Dunelm. as happening in 745.

[6] *Wilfridus.*] The time of his death is very uncertain. The Saxon Chron. and Florence place it on the 28th April 744. Mr. Hardy imagines that Ecgberht (the brother of King Eadberht or Ecgberht) was consecrated in 732; Malmsb. p. 92, *note* [b].

pacificati, conjunctis viribus, pugnaverunt [1]contra Britones undique congregatos; cumque reges fortissimi, in hostes catervatim irruentes, illos graviter sternendo affligerent, compulsi sunt Wallenses in fugam, terga dantes percutientibus et spolia insequentibus, regesque cum victoria ad propria sunt reversi.

Egbertus archiepiscopus pallium recuperavit.

A.D. 745. Egberht recovers the pall.

Anno Domini DCCXLV. Egbertus, Eboracensis archiepiscopus, [2]pallium, quod a tempore Paulini, primi Eboracensis archiepiscopi, ab octo episcopis fuerat prætermissum, laudabiliter revocavit.

De crudelitate imperatoris.

A.D. 746. Humphrey bishop of Winchester.

Anno Domini DCCXLVI. [3]Daniel, episcopus Wintoniensis, anno episcopatus sui quadragesimo quarto, diem clausit extremum, cui [4]Humfridus successit.

Cruelty of the emperor.

[5]Per idem tempus, imperator Constantinus, magicis artibus et cruentis sacrificiis atque luxuriis semper operam impendens, monachos multos et clericos pro fide recta lapidari fecit; habebat autem sibi consentaneum in omnibus, propter amorem terrenæ dignitatis, Anastasium Constantinopolitanum falsi nominis patriarcham; unde cælitus venit indignatio in cives ejusdem urbis, admonens impium imperatorem, ut se ab insania, qua flagrabat, cohiberet, sed ille inemendatus permansit; venit itaque mors pestilens,

[1] *Contra Britones.*] The Saxon Chron. records it in the previous year.

[2] *Pallium,*] left by Paulinus at Rochester. His successors, Malmsbury says, had been content with the name only; de Gestis Reg. p. 24.

[3] *Daniel.*] Florence and the Sax. Chron. place the resignation of his bishopric in 744, and his death in 745.

[4] *Humfridus.*] His death is recorded by the authorities abovenamed in 754; below in 756.

[5] *Per idem tempus.*] Compare Baronius, ad an. 743, § 28. Anastasius died in 751; Pagi, § 1.

incipiens a Sicilia et Calabria, usque in urbem regiam, et ita devastavit eam, ut etiam in pluribus ædificiis non inveniretur habitator; sed et Anastasius nimia passione fatigatus, quasi stercora ventris evomeret, tandem miserabiliter obiit.

Stellæ de cælo cadere videntur.

Anno Domini DCCXLVII. [1]stellæ de cælo cadentes apparuerunt, ita ut omnes hæc videntes consummationem seculi instare putarent. A.D. 747. Falling stars.

Miraculum de sancto Benedicto.

Anno Domini DCCXLVIII. [2]monachi cœnobii Cassinensis literas, ad instantiam Caroli magni, a papa Zacharia impetraverunt ad Pipinum regem Francorum, quatenus beatissimi corpus Benedicti, quod monachi Floriacenses furto abstulerant, ad proprium remittant locum, ut prædicti servi Dei de restituto sibi patre suo gaudeant, et ipsi inde a Deo mercedem obtineant; cumque pius rex Pipinus hanc epistolam intellexisset, Remigium, Rothomagensem archiepiscopum, cum tribus episcopis Floriacum potenter direxit, ut maximam partem corporis sancti Benedicti Cassinensibus monachis redderent, ita quod Floriacum monasterium non omnino privarent. Sed res cum Floriacensibus innotuit fratribus, triduanum celebrantes jejunium ante ejus sepulchrum cum lachrymis orabant, dicentes, 'O unica post Deum spes nostra, pater Benedicte, suscipe quæsumus lachrymas nostras ut maneas nobiscum in loco A.D. 748. Translation of relics of St. Benedict.

[1] *Stellæ de cælo ;*] recorded in the Sax. Chron. in the year 744, and by Florence in 743.

[2] *Monachi cœnobii Cassinensis.*] Consult Mabillon, Annal. ii. p. 151, where all the circumstances connected with this transaction are detailed.

isto, quem dudum tibi dignanter elegisti; sin autem mole peccatorum nostrorum exacerbatus nobiscum manere nolueris, nos devotissimos conviatores habebis;' et cum jam in his lachrymis et singultibus totum explevissent triduum, ecce episcopi memorati adsunt et mandata regis implere conantur. Cumque abbas Medo, qui tunc monasterium illud regebat, episcoporum adventum et causam cognovisset, convocatis ad se fratribus congregationis, intra vicinam beati Petri basilicam se cum eis reclusit, ubi solotenus prostrati et lachrymis perfusi orationi vacabant. Episcopi vero templum sanctæ Dei genitricis ingressi, ante quam ad tumbam sancti Benedicti venissent, tanta formidine et cœcitate percussi sunt, ut nec invicem se recognoscere potuissent; cum autem divina ultione se excœcatos esse sensissent, cœperunt palpitando per ecclesiam pergere, quoad ad funes campanarum errabundi pervenissent; quos vi magna trahentes, [sic sibi auxilium advocare studuerunt. Hæc audientes] abbas et fratres, qui in oratione decumbebant, intraverunt ecclesiam, atque episcopos invenerunt etsi nihil videntes; quibus cum dicerent, 'Quid agitis, O pontifices?' illi respondentes dixerunt, 'Nos huc temerarie venimus, ut beatum patrem Benedictum ad vindictam provocaremus; væ nobis, quia peccavimus! Sed vos, servi Dei, orate pro nobis omnipotentem Deum ut aperiat oculos, nosque vobis promittimus nunquam deinceps talia præsumpturos.' Ad hæc fratres pro eis cum lachrymis profusi, solotenus nonnulli orabant attentius, ut divina pietas lumen eis reddere dignaretur; et cum orarent, aperti sunt oculi eorum, et cum tremore episcopi memorati ad propria sunt reversi. Eodem anno

Cuthbertus, Cantuariensis archiepiscopus, et rex Merciorum Athelbaldus, [1]concilium tenuerunt. Council of Clovesho.

Anno Domini DCCXLIX. [2]Eadbertus, rex Cantuariensis, postquam sex annis tenuerat infulam regni diem clausit extremum; successit ei Athelbertus quatuordecim annis. Eodem tempore [3]Kinericus, filius Cuthredi regis occidentalium Saxonum, occisus est. Eodem anno Athelwoldus, rex orientalium Anglorum, defunctus est, cujus regnum [4]Hunbeanna et Albertus inter se diviserunt. A.D. 749. Death of Aethelwald.

Anno Domini DCCL. [5]Eadbertus, rex Northanhumbrorum, Kinewulfum episcopum ad urbem Bebbam, quæ nunc 'Baamburc' Gallice appellatur, captivum adduxit, basilicamque beati Petri in Lindesfarna obsidere [præcepit.] A.D. 750. Cyneuulf imprisoned.

Anno Domini DCCLI. Cuthredus, rex Westsaxonum, [6]pugnavit contra Athelhunum, ducem audacissimum, qui in dominum suum seditionem movens, licet numero militum domino impar, gravissimo tamen marte perstitit in campo; sed rex tandem de prælio cum victoria recessit, ducemque graviter vulneratum reliquit. Eodem anno papa [7]Stephanus sedit in cathedra Romana annis quinque et diebus viginti octo. A.D. 751. Insurrection against Cuthred. Stephen II. pope.

---

[1] *Concilium.*] This was the council of Clovesho, held, according to Malmsbury, de Gestis Pontif., in 747. An account of the proceedings is printed by Wilkins, Concil. i. p. 94.

[2] *Eadbertus rex.*] Compare above, ad an. 722, *note*.

[3] *Kinericus.*] He is called by Florence and the Sax. Chron. 'Aetheling,' or 'Clito,' and is said to have been killed in 748. For an explanation of the word Aðeling, the reader is referred to Hoveden, Scriptt. post Bed. p. 603.

[4] *Hunbeanna et Albertus,*] called also Beorna and Aethelberht. The time of their accession and death is most uncertain. See Malmsb. p. 136, *note* [2].

[5] *Eadbertus.*] So Simeon Dunelm. and Sax. Chron. ad an.

[6] *Pugnavit contra Athelhunum;*] in 750, according to the Sax. Chron. Consult Carte, Hist. p. 280.

[7] *Stephanus,*] the second. He died 25 April 757.

De pugna regum Cuthredi et Athelbaldi.

A.D. 752. Wars of Cuthred and Aethelbald. Anno Domini DCCLII. Cuthredus, rex occidentalium Saxonum, cum regis Merciorum Athelbaldi superbas exactiones et insolentias ferre non posset, occurrit ei hostiliter apud [1]Beoreford, ubi prælium gravissimum dicti reges commiserunt. Athelbaldus vero, [2]præcedente Athelhuno cum vexillo ejus, in quo erat aureus draco depictus, acriter sævit in hostes, sed vexillifer regis Cuthredi in hostilem vexilliferum lanceam dirigens, perforavit eum, unde, clamore elato, pars Cuthredi valde confortata est. Tonitruum ergo belli et sonitus ictuum, clamoresque hinc inde cadentium, terribiliter personuerunt; spes est mutuo victoriæ certa, memoria fugæ nulla, sed Deus tandem, qui superbis resistit, et humilibus dat gratiam, Athelbaldum in fugam compulit, et læta Cuthredo victoria provenit. Eodem anno [3]eclipsis lunæ post noctem mediam facta est, pridie kal. Augusti.

A.D. 753. Anno Domini DCCLIII. sanctus [4]Bonifacius, Moguntinæ urbis episcopus, cum aliis quinquaginta tribus, in Fresia [martyrio] coronatur.

A.D. 754. Martyrdom of S. Boniface. Anno Domini DCCLIV. sanctus [5]Bonifacius, qui et Winfridus dicitur, Francorum archiepiscopus, per martyrium decessit.

A.D. 755. Anno Domini DCCLV. Cuthredus, rex occiden-

---

[1] *Beoreford.*] Burford, in Oxfordshire.

[2] *Præcedente Athelhuno.*] Huntingdon, with greater probability, ranks Aethelhun on the side of Cuthred, to whom seems mainly to be attributed the success of the day. Scriptt. post Bed. p. 341.

[3] *Eclipsis lunæ.*] So Simeon and Hoveden. See Calvisius, p. 631, col. 2.

[4] *Bonifacius.*] Mabillon places the date of their death in 754; Annal. ii. p. 170. The letter of Boniface to Aethelbald is given by Malmsbury, § 80; his life by Willibald and others is printed in the Acta SS. Jun. i. p. 460. See also le Cointe, v. p. 504.

[5] *Bonifacius, qui et Winfridus;*] the same with the preceding.

talium Saxonum, et rex Athelbaldus Merciorum, in loco, qui [1]'Sacchenda' dicitur, graviter pugnaverunt; sed Athelbaldus, per fugam non declinans ruinam, occubuit interfectus; Athelbaldo autem, regi Merciorum, Beornredus successit. Post mortem quoque Athelbaldi regis, qui annis quadraginta uno regnavit, regnum West-saxonum valde roboratum est. Battle of Seckington.

De morte Cuthredi regis.

Anno Domini DCCLVI. [2]Paulus papa [sedit in cathedra Romana] decem annis. Quo etiam anno [3]Cuthredus, rex potentissimus, tot prosperitatibus et victoriis potitus, mortis inclementia vitam finivit; cui successit in regnum Sigebertus cognatus ejus, sed brevi tempore illud tenuit, nam ex prædecessoris sui eventibus insolens et tumefactus etiam suis domesticis intolerabilis fuit, cum autem modis omnibus male tractaret eos, legesque antecessorum suorum propter commodum suum vel depravaret vel mutaret, Cumbra, consul nobilissimus, regi totius populi querimonias intimavit, quem quia regem suasit, ut lenius populum sibi commissum regeret et, inhumilitate deposita, Deo et hominibus amabilis appareret, mox impia nece illum jussit occidi, populoque postmodum sævior existens tyrannidem augmentavit. Quo facto, convenerunt proceres regni cum populo universo, et provida omnium deliberatione expulsus est a regno, et Kinewlfus, juvenis de stirpe regia, electus est et in regem promotus. Sigebertus vero rex, de- A.D. 756. Paul pope. Death of Cuthred.

[1] *Sacchenda.*] 'Secandune,' Sax. Chron. Seckington in Warwickshire is supposed to be the place here alluded to; Camden, i. p. 454.

[2] *Paulus.*] He died 26 June 767. His accession is here antedated by one year.

[3] *Cuthredus.*] The Sax. Chron. and Simeon place his death in the preceding year.

positus, in silvam, quæ [1]'Andredesweald' dicitur, fugiens se abscondit, ubi Ansian porcarius Cumbræ consulis nequiter, ut diximus, interfecti regem absconditum apud Privetesflode invenit, et in vindictam domini sui peremit. Eodem anno, defuncto Humfrido, Wintoniensi pontifice, [2]Kinehardus successit.

A.D. 757. Eadberht resigns his kingdom.

Anno Domini DCCLVII. Eadbertus, rex Northanhumbrorum, sponte [3]Osulfo filio suo regnum reliquit, quod ille anno uno tenens amisit; occisus est enim nequiter a propria gente nono kalendas Augusti. Eadbertus vero rex habitum et tonsuram monachi suscepit; iste est octavus ex regibus Anglorum, qui pro regno temporali commutaverunt æternum, ut octo beatitudinum jucunditatem, quæ voluntariæ paupertati debetur, pro lucro haberent in cælis. Osulfo quoque filio ejus successit in regnum Northanhumbrorum [4]Athelwoldus Mollo sex annis. Eodem anno [5]Paulus papa sedit Romæ quatuor annis.

De Offa rege Merciorum strenuissimo et ejus regno.

A.D. 758. Beornraed deposed.

Anno Domini DCCLVIII. gens de regno Merciorum contra regem suum [6]Beornredum insurgens, pro eo quod populum non æquis legibus sed per tyrannidem gubernaret, convenerunt in unum omnes, tam nobiles quam ignobiles, et, [7]Offa duce, adolescente strenuissimo, ipsum a regno

---

[1] *Andredesweald.*] These places were in Sussex; Camd. i. p. 242.

[2] *Kinehardus.*] He succeeded, according to the Sax. Chron., in 754.

[3] *Osulfo.*] He was murdered on the 24th July 758; Sax. Chron. Simeon calls the name of the place 'Mechil Wongtune.'

[4] *Athelwoldus Mollo.*] Malmsbury states that he reigned eleven years; but the Sax. Chron. and Florence place his accession in 759, and his death in 765.

[5] *Paulus.*] See above, p. 233, *note* [2].

[6] *Beornredum.*] The Saxon Chronicle places his death and the accession of Offa in the same year as that in which Beornraed usurped the throne, 756. See below, ad an. 769.

[7] *Offa duce.*] See Offæ vita, in calc. Matth. Paris, ed. Wats, p. 11.

expulerunt; quo facto, unanimi omnium consensu prædictum Offam in regem tam clerus quam populus coronarunt. Erat enim idem Offa de stirpe regum oriundus, filius videlicet Tinferth, qui fuit Eadulf, qui fuit Osulf, qui fuit Eoppæ, qui fuit Wibbæ, qui fuit Creoddæ, qui fuit Kinewoldi, qui fuit Cnebbæ, qui fuit Ithel, qui fuit Eomer, qui fuit Angelthean, qui fuit Offæ, qui fuit Waremundi, qui fuit Withleg, qui fuit Wagon, qui fuit Frethegeath, qui fuit Woden. Isti dedicaverunt antiqui quartam feriam, quæ 'Wodnesdai' appellatur; cujus uxor Frea fuit, cui dedicaverunt antiqui sextam feriam, quæ 'Fridai' nuncupatur. Woden vero fuit filius Frethewold, qui fuit Freolaf, qui fuit Frithewlf, qui fuit Godwlf, qui fuit Geatæ. Hunc dudum pagani pro Deo venerabantur, cujus Sedulius, poeta eximius, in paschali carmine mentionem faciens, ita exorsus est; Offa succeeds.

'Cum sua gentiles studeant figmenta poetæ
Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu,
Ridiculove Getæ seu qualibet arte canendi,' etc.

Geta autem fuit filius Cethwæ, qui fuit Beau, qui fuit Seldwa, qui fuit Heremod, qui fuit Itermod, qui fuit Hatra, qui fuit Wala, qui fuit Bedwi, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Matusalæ, qui fuit Enoch, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, quem plasmavit Dominus Deus de limo terræ. Offa igitur rex omnibus Angliæ regibus terrori erat et timori; vicit namque in prælio regem Cantuariensem, regem occidentalium Saxonum, regem Northanhumbrorum, regem australium Saxonum, regem orientalium Anglorum, et, sicut inferius dicetur prolixius, cæteris regibus subjugatis vel tributariis effectis, Merciorum regnum non mediocriter dilatavit.

Athelwoldus, rex Northanhumbrorum, Oswinum interfecit.

A.D. 759. Aethelwald Mull. Anno Domini DCCLIX. [1]Athelwoldus Mollo, rex Northanhumbrorum, gessit bellum contra gravissimum ducem Oswinum, quem rex prædictus interfecit, et cum victoria recessit. Ipso quoque anno Unnust, rex Pictorum, defunctus est.

A.D. 760. Anno Domini DCCLX. [2]eclipsis lunæ facta est circa horam noctis mediam kalendis Augusti. Eodem anno defuncto Cuthberto, Cantuariensi archiepiscopo, [3]Berenguinus successit, vir prudens et in literali scientia eruditus.

De capite sancti Johannis baptistæ.

A.D. 761. Anno Domini DCCLXI. caput beati Johannis baptistæ in Edessam civitatem transfertur.

A.D. 762. Death of Aethelberht. Anno Domini DCCLXII. Athelbertus, rex Dorobernensis, ex hac vita transiens, [4]Eadbertum regni hæredem reliquit. Eodem anno Athelwoldus, rex Northanhumbrorum, Etheldredam reginam [5]suscepit.

A.D. 763. Jaenberht archbishop of Canterbury. Anno Domini DCCLXIII. defuncto Berenguino, Cantuariensi archiepiscopo, [6]Jainbertus successit. Eodem anno Frithewoldus, Candidæ Casæ antistes, ex hoc seculo migravit, cui [7]Pethwinus successit.

---

[1] *Athelwoldus.*] So Simeon, ad an. The Sax. Chron. and Florence state that Oswin was killed at Edwinescliffe in 761. Oswin, Huntingdon tells us, was one of Aethelwald's generals who had rebelled against him; Hist. p. 342.

[2] *Eclipsis lunæ.*] Calvisius notices an eclipse of the sun in this month, but no mention of a lunar eclipse is made by him or others.

[3] *Berenguinus,*] or Bregwinus. The exact time of his death is uncertain: Florence places it in 762. His life by Osbern may be found in the Angl. Sacr. ii. p. 75.

[4] *Eadbertum;*] rather 'Alricum;' see Malmsb. p. 23, *note* [7].

[5] *Suscepit.*] Simeon adds 'in Cateracte,' Cattrick.

[6] *Jainbertus.*] According to the Saxon Chron. he succeeded in 764, and died in 790; Angl. Sacr. i. p. 96.

[7] *Pethwinus,*] called also Pethelmus, and by Huntingdon Witwinus. Simeon places his succession in 764.

De episcopis Lindissæ regionis.

Anno Domini DCCLXIV. defuncto [1]Hemeli, Lichefeldensi episcopo, Cuthfridus successit. Eodem anno [2]Aldulfus, in Lindissa antistes, diem clausit extremum, cui Ceolwlfus successit; hi autem episcopi ubi sedem haberent cathedralem, penitus ignoramus, quod autem ibi, id est, in Lindissa regione, quæ inter Lincolniam et flumen Humbri sita est, plures fuissent episcopi certum habemus, quorum primum, ut [3]Beda venerabilis in historia testatur Anglorum, Paulinus, primus Eboracensis antistes, ibidem episcopum ordinavit. [4]Adrianus sedem Romanam suscepit. A.D. 764. Bishops of Lincoln.

Anno Domini DCCLXV. Athelwoldus, rex Northanhumbrorum, [5]Oswinum, ducem fortissimum, sibi rebellantem peremit; sed non multo post idem Athelwoldus ex hac vita decessit, cui [6]Ealredus [7]trinepos Idæ regis successit octo annis. A.D. 765. Death of Aethelwald Mull.

Ut Offa, rex Merciorum, apud Lichefeld novum archiepiscopum constituit.

Eodem anno [8]Offa, rex Merciorum potentissimus, contractis inimicitiis cum Cantuaritis, Jainbertum, Cantuariensem archiepiscopum, primatu conatus est spoliare, simul ac regnum Mercio- Lichfield made an archiepiscopal see.

---

[1] *Hemeli.*] Chesterfeld places his death in 752, and that of Cuthfrith, or Cuthred, in 755, but, as Wharton thinks, erroneously; Angl. Sacr. i. p. 428.

[2] *Aldulfus,*] called also Ealdulph. Ceolwlf died in 787.

[3] *Beda.*] Hist. Eccl. § 13.

[4] *Adrianus.*] This should be Stephen the third, whose death, and the succession of Adrian, are rightly recorded below in 772.

[5] *Oswinum.*] See above, an. 759, *note* [1].

[6] *Ealredus,*] called also Alcrid, who, according to Malmsbury, Sax. Chron. and others, was driven from his throne in 774. Simeon of Durham says that he went first to Bebba, and thence sought protection at the hands of Cynoth king of the Picts.

[7] *Trinepos.*] 'Fuit Birnhomi, qui fuit Bofæ, qui fuit Bleocmanni, qui fuit Ailrici, qui fuit Idæ.' Flor. Wigorn. p. 276.

[8] *Offa.*] From Malmsbury, de Gestis Pontif. pp. 198, 199.

rum archiepiscopatu insignire affectans. Misit igitur[1] ad papam Adrianum nuntios, exigens ab eo, ut pallio Aldulfum, Lichefeldensem episcopum, contra morem veterum insigniret, atque omnes regni sui episcopos ei subjugaret. Nam verisimilibus apostolicum argumentis tam diu fatigaverat, sicut pro variis occupationibus de facili Romani pontifices trahuntur ad consensum, obtinuit quod petebat, ut videlicet omnes provinciæ [scil. pontifices] Merciorum subjicerentur episcopo supradicto, quorum nomina hæc fuerunt; Denebertus, Wigorniensis episcopus, Werebertus Legeocestrensis, Eadulfus Sinacestrensis, Wlwardus Herefordensis; episcopi orientalium Anglorum, Hyraldus Helmhamensis, et Tidferthus Dommucensis. Remanserunt autem archiepiscopo Cantuariensi, episcopus Londoniensis, Wintonensis, Roffensis, Scireburnensis. Stetit autem hæc regis violentia toto Jainberti præsulatus tempore, quamvis idem archiepiscopus nihil vel sumptibus vel laboribus omisisset, quo [non] amitteret pristinam dignitatem.

Aldulfus archiepiscopus pallium suscepit.

A.D. 766. Anno Domini DCCLXVI. [2]Aldulfus, Lichefeldensis archiepiscopus, pallium suscepit, et Frithebertus, Hagustaldensis episcopus, obiit.

A.D. 767. Eanbald archbishop of York. Anno Domini DCCLXVII. Egberto, Eboracensi archiepiscopo defuncto,[3]Eanbaldus successit. Iste est Eanbaldus, qui cum Athelhardo, Cantuari-

---

[1] *Ad papam Adrianum.*] This is sufficient to prove that Wendover has evidently ante-dated the mission of Offa respecting the see of Lichfield. It probably took place after 780.

[2] *Aldulfus.*] He died the 23rd Dec., and his successor, Alhmund, or Alcmund, was elected in 767, and consecrated on the 24th April 768. Ric. Hagustald.

[3] *Eanbaldus.*] From Malmsbury, de Gest. Pontif. p. 269, who cites a passage in a letter of Alcuin to Aethelhard in support of his opinion.

ensi archiepiscopo, invasionem, quam Offa rex Merciorum super ecclesiam Cantuariensem fecerat, ad nihilum redegit. Eodem anno Fritheberto, Hagustaldensi antistiti, Alcmundus successit.

De episcopis Legecestrensibus.

Anno Domini DCCLXVIII. Werebertus, Legecestrensis episcopus quartus, diem clausit extremum, cui Unwona successit. Est enim Legecestria civitas antiqua a rege Britonum Leir nuncupata. Hujus autem episcopus primus ex Anglis fuit nomine Totta, secundus Eadbertus, tertius Werebertus, quartus Unwona, qui cum Offa, rege Merciorum, et Hunberto, Lichefeldensi archiepiscopo, quem quidam Berthun, syllaba transposita, appellant, inventioni beati protomartyris Albani cum cæteris episcopis legitur adfuisse; sed hæc infra. A.D. 768. Bishops of Leicester.

Anno Domini DCCLXIX. [1]Cataracta civitas igne cremata est a Beornredo tyranno, rege Merciorum deposito; sed ipse infelix eodem anno, justo Dei judicio, incendio periit. A.D. 769. Cattrick burned.

Carolus, rex Francorum, Saxones bello stravit.

Anno Domini DCCLXX. [2]Carolus, rex Francorum, collecta manu valida, Saxonum gentem bello adgressus est, multisque ex principibus suis ibidem interfectis, cum victoria tamen reversus est. Eodem anno stellæ de cælo cadere terribiliter visæ sunt. A.D. 770. Carloman invades Saxony.

Anno Domini DCCLXXI. Offa, rex Merciorum, Anglorum gentem armis subegit. Quo etiam A.D. 771.

[1] *Cataracta.*] From Sim. Dunelm. ad an.

[2] *Carolus, rex Francorum.*] This was Carloman, the son of Pepin le Bref, brother of Charlemagne: he died at the age of twenty years.

Charlemagne king of France.

anno [1]Carolus, rex Francorum, subita morte præventus exspiravit; cui Carolus frater ejus, cum dimidium patris antea obtinuisset principatum, totius regni monarchiam ad populorum acclamationem adeptus est.

Adrianus papa.

A.D. 772. Adrian pope.

Anno Domini DCCLXXII. defuncto papa Stephano, [2]Adrianus primus successit ei, annis viginti tribus, mensibus decem et diebus octodecim.

A.D. 773.

Anno Domini DCCLXXIII. Ealredus, rex Northanhumbrorum, ex hac vita transiens, [3]Ethelredum habuit successorem. [4]Eodem anno Offa, rex Merciorum, contra Kentenses pugnavit apud Ottanforde; sed tandem horrenda clade hinc inde peracta, belli tamen successibus Offa clarus refulsit, et cum triumpho recessit.

Battle of Otford.

Carolus Ticinum urbem recepit.

A.D. 774.

Anno Domini DCCLXXIV. Carolus, rex Francorum potentissimus, nobilissimam Longobardorum urbem [5]Ticinum obsidione vallavit, quam cum rege Desiderio cepit et Italiam totam suo imperio adjecit.

De confœderatione inter Carolum et Offam regem facta.

A.D. 775. Offa's foreign policy.

Anno Domini DCCLXXV. Offa, rex Merciorum, undique vicinos reges amicos sibi concilians, ne hostes ei forent extranei, qui in rebus propinquis tot patravit offensas, Carolum magnum, regem

[1] *Carolus rex.*] Charlemagne, afterwards emperor.

[2] *Adrianus.*] He died on Christmas-day 795.

[3] *Ethelredum,*] called also Aethelberht. He was the son of Aethelwald Mull, and was banished by Alfwold in 780.

[4] *Eodem anno.*] Florence and the Saxon Chron. place the battle of Otford in the following year. See Camden, i. p. 254.

[5] *Ticinum.*] Pavia was besieged in 773, and fell, with Desiderius king of Lombardy, into the hands of Charlemagne in this year. Annal. Fuld. Bouquet, tom. v. p. 328.

Francorum, frequentibus xeniis amicum facere curavit. Inimici autem antea erant ad invicem, ita ut in alterutris regnis etiam negotiatorum commeatus utrobique prohiberentur; sed ex [1]literis Caroli magni, Francorum regis, inter eum et Offam firmum amicitiæ fœdus fuisse compactum ostenditur evidenter;

Letter of Charlemagne.

'Carolus, Dei gratia rex Francorum et Longobardorum, et patricius Romanorum, viro venerando et fratri carissimo, Offæ regi Merciorum, salutem. Primo gratias agimus omnipotenti Deo de catholicæ fidei sinceritate, quam laudabiliter vestris paginis reperimus exaratam. De peregrinis vero, qui pro amore Dei et salute animarum suarum, beatorum apostolorum limina adire desiderant, cum pace sine omni perturbatione vadant, sed si aliqui non religioni servientes, sed lucra sectantes, inveniantur inter eos, locis opportunis statuta solvant telonea; negotiatores quoque volumus, ut ex mandato nostro patrocinium habeant in regimine, et si in aliquo loco injusta affligantur oppressione, reclament se ad nos vel nostros judices, et plenam inde jubebimus justitiam fieri. Cognoscat quoque dilectio vestra, quod aliquam benignitatem de dalmaticis nostris vel palliis ad singulas sedes episcopales regni vestri, vel regni regis [2]Athelredi direximus, [3]recepta ex elcemosyna domini papæ Adriani, deprecantes, ut pro eo intercedi jubeatis; sed et de thesauro humanarum rerum, quem Dominus Jesus nobis gratuita pietate concessit, aliquid per metropolitanas civi-

[1] *Literis Caroli magni.*] This letter is printed at length by Wilkins, Concil. i. p. 158, and elsewhere, with the verses subjoined. The date of it is uncertain: Alford, Annal. Eccl., places it in 795; le Cointe in the year following.

[2] *Athelredi,*] or Aetheberht of Northumberland, who died in 796.

[3] *Recepta ex eleemosyna,*] in eleemosynam.

tates direximus; vestræ quoque dilectioni unum baltheum et unum gladium Huniscum et duo pallia serica direximus destinanda. Valete.'

De signis cælestibus.

A.D. 776 Phænomena. Anno Domini DCCLXXVI. [1]visa sunt in cælo rubea signa post occasum solis et horrenda; et serpentes visi sunt in Suth-sexia, cum admiratione magnâ, ac si scaterent [2]de terra.

Leo Zaccarus imperavit.

A.D. 777. Chazares emperor. Anno Domini DCCLXXVII. mortuo imperatore Constantino, [3]Leo Zaccarus Romanum adeptus imperium imperavit annis quinque.

Pethwinus episcopus.

A.D. 778. Death of Pechtwine. Anno Domini DCCLXXVIII. [4]Pethwinus Witernæ, id est Candidæ casæ, episcopus, tredecimo episcopatus sui anno diem clausit extremum, cui Athelbertus successit. Eodem anno [5]Athelwoldus et Herebertus, duces de regno Northanhumbrorum, contra regem suum rebellantes occiderunt Aidulfum, principem exercitus regis Ethelredi, apud Cunesclive, et postea iidem duces regis, Kinewlfum et Eggen, ingenti prælio

---

[1] *Visa sunt.*] Florence and the Sax. Chron. say 774.

[2] *De terra.*] On the margin a later hand has written the following note: 'Hoc anno coronatur Ethelbrithus rex, qui regni sui octavo martir efficitur; Herfordie sepelitur.' See below, ad an. 792.

[3] *Leo Zaccarus,*] or Chazares: he reigned, according to Sigebert, from 776 to 781. He was the husband of the empress Irene.

[4] *Pethwinus.*] Simeon tells us that he died on the 19th Sept. 776, and the Sax. Chron. that his successor was consecrated on the 15th June following. Florence places the consecration of Aethelberht in this year. See also Ussher, p. 349.

[5] *Athelwoldus, etc.*] Simeon seems to imply that the death of the three generals took place on the same day, 29 Sept. The Sax. Chron. states that the second defeat was sustained at a place called 'Helathyrn,' on the 22nd March.

peremerunt; rex autem Ethelredus fugit a facie eorum, et constituerunt regem [1]Alfwoldum, qui decem annis regnavit.

Offa rex castrum de Bensintona cepit.

Anno Domini DCCLXXIX. Offa, rex Merciorum strenuissimus, [2]pugnavit contra Kinewlfum, regem occidentalium Saxonum, in obsidione castri de Bensintona; sed Kinewlfus martis casu minoratus a loco per fugam recessit, et invictus Offa castrum in sua recepit. A.D. 779. Siege of Bensington.

Anno Domini DCCLXXX. [3]Ethelredus, rex Northanhumbrorum depositus, primo in urbem Bebbam et post ad regem Pictorum nomine Kinothum decessit, ubi et finem vitæ terminavit. A.D. 780.

Bellum inter Northanhumbros exortum est.

Anno Domini DCCLXXXI. principes Northanhumbriæ [4]quendam consulem, et justitiarium suum, plus æquo severiorem, in suis propriis ædificiis combusserunt. Quo etiam anno, defuncto Kinewlfo, Lindisfarnensi antistite, [5]Higbaldus successit. A.D. 781. State of Northumberland.

Irene imperavit.

Anno Domini DCCLXXXII. [6]Irene cum filio Con- A.D. 782. Irene empress.

[1] *Alfwoldum.*] He did not begin his reign until the year following. He was slain by Sigan in 788, as recorded below, and in the Sax. Chron.

[2] *Pugnavit.*] The battle of Bensington is placed by Florence in 778; see also Vit. Off. p. 16.

[3] *Ethelredus.*] See above, ad an. 773, *note* [3].

[4] *Quendam consulem.*] The Sax. Chron. gives his name Beorn, and states that he was burned in 'Seletune' on 24 Dec. Compare above, ad an. 769.

[5] *Higbaldus.*] He was consecrated in the previous year at Soccabyrig, and died 25 May 803. Sax. Chron. Angl. Sacr. i. p. 697.

[6] *Irene cum filio.*] They reigned together ten years, 780—790. Constantine (the fifth) then reigned alone until his death in 797, when Irene became sole empress until her deposition in 802. She died in exile at Lesbos, 9 Aug. 803.

stantino imperium Romanum annis decem gubernavit.

A.D. 783. Anno Domini DCCLXXXIII. Alfwoldus, rex Northanhumbrorum, misit Romam [1]propter pallium, et dedit illud archiepiscopo. Quo etiam anno, defuncto Alcmundo Hagustaldensi episcopo, [2]Tilbertus successit.

Wilbertus, Scireburnensis episcopus, obiit.

A.D. 783. Bishops of Sherborne. Anno Domini DCCLXXXIII. [3]Wilbertus, Scireburnensis antistes, obiit, et Castanus successit.

Carolus duces Saxonum ad fidem convertit.

A.D. 784. Anno Domini DCCLXXXIV. Withichindus et Albion, duces Saxoniæ infideles, Carolo reconciliati baptizantur.

Kinewlfus rex interficitur.

A.D. 785. Death of Cyneuulf king of Wessex. Anno Domini DCCLXXXV. [4]Kinewlfus, rex occidentalium Saxonum, cum regnasset viginti sex annis et contra Britones et alios multos prælia plurima laudabiliter commisisset, exulavit tandem juvenem quendam, nomine Kinehardum fratrem Sigeberti regis, quem Kinewlfus a regno, ut superius relatum est, privaverat, habens illum suspectum ne adspiraret ad regnum, vel denique necem fratris sui in ipsum vindicaret. Kinehardus vero tempori cedendum credens, dissimu-

---

[1] *Propter pallium.*] Florence places this mission in 779, the Sax. Chron. and Simeon in 780. See Pagi, ad an. 780, § 11.

[2] *Tilbertus.*] This is also placed two years too late; Sax. Chron. Angl. Sacr. i. p. 697. He died in 789.

[3] *Wilbertus.*] There is here evidently a great error with respect to the bishops of Sherborne. Wilberht, or Wiberht, is mentioned in the Sax. Chron. and by Florence as accompanying Wulfred archbishop of Canterbury to Rome in 812. He is supposed to have died in 833.

[4] *Kinewlfus.*] For an account of the death of Cyneuulf (placed by the Sax. Chron. in 784), compare Malmsbury, § 42, with Huntingdon, p. 343. See also Carte, i. p. 282.

lans animo, quasi volens aufugit; sed mox cum furtivis prædonum conventiculis, nemorosa petens abdita, in insidiis multis exspectabat diebus propter proverbium, quo dicitur,

Quod non longa mora . dare solet, dat brevis hora.

Interea dum rex Kinewlfus alienis amoribus serviens in villa, quæ [1]Meretona dicitur, fürtivæ veneri indulgeret, et hoc a Kinehardo supradicto compertum fuisset, cum suis complicibus domum foris obsedit; sed rex, qui cum parvo comitatu et quasi solus advenerat, ut se ab hostibus undique vallatum comperisset, ostia domus occludit sperans latrones vel terrere imperio vel mulcere alloquio; sed frustra, nam cum a multitudine rex circumventus fuisset, dum cedere hostibus damnum gloriæ suæ arbitraretur, defensioni vacans ipsum Kinehardum crudeliter vulneravit; hoc autem viso, Kinehardus cum suis in regem irruens, ipsum interfecit. Pauci quoque ex clientela regis, qui aderant, dum non manus dare, sed dominum suum vindicare intendunt, omnes fuerunt pariter obtruncati. Continuo fama dilabitur ad principes perempti regis, qui non longe excubias agebant, inter quos [2]Osricus major cæteris socios hortabatur ne tantam ignominiam inultam dimitterent; strictis ensibus irruunt in hostes. Kinehardus hoc videns cognationem prætendit, multa pollicetur, sed ubi nihil proficit, suos ad resistendum accendit; tandem regiis ministris justa proveniente victoria, Kinehardum cum suis omnibus peremerunt. Corpus vero regis Wintoniæ sepultum est, Kinehardi autem

[1] *Meretona.*] Merton in Surrey, as Camden supposes; vol. i. p. 239.

[2] *Osricus,*] 'who probably had the government of that country;' Carte, p. 239.

apud[1] Rependune, quod tunc nobile cœnobium erat et famosum.

Brithricus rex West-saxonum constituitur.

A.D. 786. Beorhtric succeeds.

Anno Domini DCCLXXXVI., defuncto occidentalium rege Saxonum Kinewlfo, [2]Brithricus filius ejus successit in regnum sedecim annis. Quo utique anno, defuncto Celulfo, Dorkacestrensi episcopo, [3]Aldulfus successit.

Sanguis de cælo pluit.

A.D 787.

Anno Domini DCCLXXXVII. sanguis de cælo in terram profluxit, et regina [4]Ricdritha diem extremum clausit.

Adrianus papa.

A.D. 788. Council of Chalchuthe.

Anno Domini DCCLXXXVIII. Adrianus papa legatos misit in Britanniam ad fidem, quam Augustinus prædicaverat, renovandam. Ipsi vero a regibus cum clero et populo honorifice suscepti super stabile fidei fundamentum pulchre ædificaverunt, Christi gratia cooperante. Tenuerunt autem concilium apud [5]Chalchuthe, ubi Jainbertus, archiepiscopus Cantuariensis, partem sui episcopatus archiepiscopo Lichefeldensi resignavit;

---

[1] *Apud Rependune,*] now Repton. Huntingdon and Florence say that he was buried at Axminster.

[2] *Brithricus.*] His death is recorded below in 802: according to the Sax. Chron. and Florence it took place in 800, who, with Malmsbury, say that he reigned sixteen years.

[3] *Aldulfus,*] consecrated by Eanbald, Tilberht, and Higbald, at Corbridge; Simeon, ad an. 786.

[4] *Ricdritha;*] probably Rictradis, abbess of Marchspurg. It does not, however, appear that she was ever married, although solicited in marriage by a king, after the death of her husband Adalbald. She died not in 787, but in 688. See her life, Act. SS. May 12. Le Cointe, tom. iii. p. 190.

[5] *Chalchuthe.*] It does not appear what was the situation of this place, beyond that it was in the kingdom of Mercia, although Ussher has placed it in Northumberland, and others at Cliffe, in Kent. See Spelman, Concil. p. 291.

in illo quoque concilio Offa, rex Merciorum potentissimus, in regem fecit solemniter coronari Egfridum, filium suum primogenitum, qui deinceps cum patre, juvenis piissimus et animo nobilissimus, usque ad finem vitæ ejus regnavit. Eodem anno rex Northanhumbrorum Alfwoldus, conspiratione facta ab ejus patricio, Sigan nomine, miserabili morte occisus est juxta Murum, cujus corpus in ecclesia Hagustaldensi sepultum est. In loco autem, quo rex præfatus interfectus fuit, a plurimis visa est cælitus lux emissa, cujus rei novitate a fidelibus loci illius [1]ecclesia constructa est, et in honorem Dei ibidem et sanctorum Cuthberti et regis Oswaldi consecrata est. Successit ei in regnum Osredus, filius Alcredi, [2]trinepos Idæ regis, uno anno.

Crux apparuit in vestimentis hominum.

A.D. 789. Phænomenon.

Anno Domini DCCLXXXIX. apparuit signum crucis in vestibus hominum, quod dictu et auditu mirabile fuit. Illud enim factum credimus ad præmonitionem gentium regionis, ut plagam Danorum, quæ proxime secuta est, possent evitare.

Rex Brithricus filiam Offæ regis duxit.

A.D. 790. Marriage of Beorhtric.

Anno Domini DCCXC. rex occidentalium Saxonum [3]Brithricus, ut ampliorem gratiam apud propinquos inveniret, [4]filiam Offæ regis Merciorum, eo tempore potentissimi, in conjugium accepit; cujus affinitate fultus Egbertum solum regalis prosapiæ superstitem, quem regni sui utilitatibus futurum metuebat hostem, in Fran-

[1] *Ecclesia constructa est.*] Simeon, ad an. 789.

[2] *Trinepos.*] This should be 'trinepotis;' see above, ad an. 765, *note* [7].

[3] *Brithricus.*] The marriage of Beorhtric, and the arrival of the Danish vessels, are referred by the Sax. Chron. to the year 787. Compare Malmsb. § 43.

[4] *Filiam Offæ,*] by name Eadburh; Sax. Chron.

ciam fugavit. Quo expulso rex securo vacabat otio, cum gens Danorum piratica rapina vivere adsueta, [1] tribus advecta navibus, pacem provinciæ perturbavit. Istos quoque quasi exploratores advenisse suspicandum est, ut ubertatem patriæ explorarent, sicut postea Danorum multitudo superveniens, quæ totam replevit Britanniam, luce clarius demonstravit; tunc vero furtive adpulsi, regiam villam, quæ prope erat, aggressi villicum regis, qui eis ad pugnam occurrit, peremerunt. Hic primus ex Angligena natione interfectus est, sed multa postmodum ex eis millium millia corruerunt; tandem a multitudine populorum occurrenti, excussa Danorum præda, ad naves fugere compulerunt.

Rex Osredus a regno suo fugatur.

A.D. 791. Osred expelled. Anno Domini DCCXCI. rex [2] Osredus dolo suorum a regno fugatus est, cum anno uno regnasset, et Ethelredus, filius Mollonis, in regno suo substitutus. Hoc quoque anno, qui quartus est postquam Osredus primo rex fuerat, cum viribus congregatis rediret, ut Ethelredum, per quem expulsus fuerat, a regno expelleret, inter eundum captus est [3] apud Tinemutham et occisus. Eodem anno congregata est synodus in loco qui [4] 'Finchale' dicitur, præsidente archiepiscopo, cum suis suffraganeis episcopis, et aliis multis.

---

[1] *Tribus advecta navibus.*] III. scipu Norðmanna of Hefeðalande. Sax. Chron.

[2] *Osredus.*] This should have been placed in 790. Aethelberht was restored to his kingdom after an exile of twelve years. Malmsb. § 72.

[3] *Apud Tinemutham.*] Simeon says that he was killed at Aynburg on the 14th Sept. and buried at Tynemouth. Florence and the Sax. Chron. agree with Simeon in the day of his death and place of his burial.

[4] *Finchale,*] in Durham. The Saxon Chronicle places this council in 788, with which Spelman agrees; see Concil. p. 304.

Constantinus imperavit.

Anno Domini DCCXCII. [1]Constantinus Romanum adeptus imperium septem annis imperavit. A.D. 792. Constantine emperor. Eodem anno Carolus, rex Francorum, misit [2]librum synodalem ad Britanniam, in quo veræ fidei multa reperta sunt obviantia, et eo maxime quod pæne omnium orientalium doctorum unanimi assertione est diffinitum, imagines adorare debere, quod omnino ecclesia catholica exsecratur; contra quod Albinus scripsit epistolam, ex auctoritate divinarum scripturarum mirabiliter dictatam, illamque cum eodem synodali libro in persona episcoporum ac principum idem Albinus ad regem attulit Gallicanum. Eodem anno Ethelredus, rex Northanhumbrorum, Alfledam regis Offæ filiam [3]uxorem accepit.

De sancto Athelberto rege et martyre.

Eodem tempore rex orientalium Anglorum [4]Athelbertus, filius regis Ethelredi, a finibus regni sui, matre multum inhibente, egressus, venit ad Offam, regem Merciorum potentissimum, petens ab eo ut filiam suam ei daret matrimonio copulandam. Offa vero rex nobilissimus, et genere clarissimus, cum dicti regis adventus causam cognovisset, suscepit illum cum maximo honore in palatio regio, et tam ipsi regi quam commilitonibus, qui cum illo advenerant, omne quod potuit humanitatis obsequium exhibebat. Offa quoque rex cum reginam suam Quendritham conveniret, et consilium quæreret de præmissis, illa

Passion of Aethelberht king and martyr.

[1] *Constantinus.*] See above, ad an. 782, *note* [6].

[2] *Librum synodalem.*] Compare Simeon, ad an. 792, with le Cointe, Annal. vi. p. 480.

[3] *Uxorem accepit,*] on the 29th of September 792; Sax. Chron.

[4] *Athelbertus.*] The day upon which his martyrdom is celebrated is 20 May. His life is printed in the Nov. Leg. fol. cxxxvi. b.

hortatu diabolico succensa viro fertur taliter respondisse, 'Ecce,' inquit, 'tradidit Deus hodie vobis inimicum vestrum, cujus regnum tam diuturno adoptastis desiderio, ut, illo latenter extincto, regnum ejus in jus vestrum et successorum vestrorum transeat in æternum.' Cui rex mente nimium perturbatus ex mulieris persuasione, cum indignatione ipsam increpando, respondit, 'Quasi una,' inquit, 'de stultis mulieribus locuta es; absit a me, absit tam detestabile factum, quo perpetrato, mihi meisque successoribus foret opprobrium;' et his dictis, rex iratus ab illa recessit. Interea, mentis perturbatione paulatim deposita, reges ambo consederunt ad mensam, ubi regalibus esculentis refecti, in tympanis, citharis et choreis, diem totam cum ingenti lætitia expleverunt. Sed regina interim malefica, a fœdo proposito non recedens, jussit in dolo thalamum, more regio, palleis sericis et aulæis adornari, in quo rex Athelbertus nocturnum caperet somnum; juxta quoque stratum regium sedile præparari fecit cultu nobilissimo exstructum et cortinis undique circumdatum, sub quo etiam malefica illa fossam parari fecit profundam, ut nefandum propositum perduceret ad effectum. Rex vero Athelbertus, cum post lætum diem membra sopori dare proposuisset, adductus in thalamum memoratum in sedili præfato residens, cum ipsa sella in fossæ profunditatem subito præcipitatus, a lictoribus, quos regina absconderat, suffocatus est; nam illico cum rex in foveam corruisset, projecerunt super eum nefandi proditores pulvinaria, cum vestibus et cortinis, ne clamans audiretur, et sic rex et martyr innocenter extinctus accepit coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Hoc tandem detestabile factum, quod regina malefica in procum filiæ

operata fuerat, cum ad commilitones occisi regis pervenisset, ante lucem recesserunt ab aula, ne de ipsis simile fieret judicium metuentes. Offa quoque rex magnificus, cum de commisso facinore certitudinem comperisset, sese lugens in quodam cœnaculo recludens, per tres dies cibum non gustavit; sed tamen, licet a morte regis haberetur immunis, missa expeditione non modica, regnum orientalium Anglorum suo imperio copulavit. Sanctus autem Athelbertus dum inhoneste tumulatus omnibus latebat incognitus, donec corpus ejus, cælesti lumine declaratum, a fidelibus inventum et apud Herefordensem delatum civitatem, nunc sedem episcopalem miraculis exornat, virtutibus illustrat.

De morte Jainberti, Cantuariensis archiepiscopi.

Anno Domini DCCXCIII. Jainbertus, Cantuariensis archiepiscopus, cum [1]viginti septem annis sedem laboriose nimis tenuisset, diem clausit extremum; quo apud sanctum Augustinum sepulto in capitulo, Athelardus, Wentanæ civitatis episcopus, [2]tredecim annis successit. Eodem anno Eanbaldus, Eboracensis archiepiscopus, [Baldulfum] apud Witerne, quæ Latine 'Candida casa' dicitur, episcopum consecravit.

A.D. 793. Death of Jaenberht.

De inventione sancti Albani, protomartyris Angliæ.

Eodem anno [3]Offa, rex Merciorum potentissimus, cum in urbe Bathonia residens, post diei la-

Translation of S. Alban.

[1] *Viginti septem.*] Therefore his death is here placed three years too late, as his succession to the see is dated above in 763. See Angl. Sacr. i. p. 96.

[2] *Tredecim annis.*] Florence and the Sax. Chron. place his election in 790, and his death in 803; it is recorded below in 805. See Angl. Sacr. i. p. 96.

[3] *Offa, rex Merciorum.*] This history, compiled probably from the MS. life of Offa formerly at S. Alban's, quoted by Spelman, appears for the most part word for word in Matthew Paris's life of Offa, ed. Wats, as also in the Act. SS. 22 June.

borem, noctis quietem in strato regio caperet, angelo nuntiante, divino admonitus est oraculo, ut sanctum Dei Albanum, Anglorum sive Britonum protomartyrem, de terra levaret et reliquias ejus in scrinio dignius collocaret. Rex vero divinis illico studens obtemperare præceptis, accito Humberto, Merciorum archiepiscopo, cujus sedes apud Lichefeld nuper ab eodem rege fuerat constituta, divinam ei voluntatem indicat de præmissis. Tunc archiepiscopus memoratus, adsumptis continuo secum Ceolwlfo Lindesiensi et Unwona Legecestrensi episcopis, suis suffraganeis, cum innumera utriusque sexus et diversæ ætatis multitudine, regi die sibi statuta apud Verolamium occurrerunt. Rex vero, dum illuc iter expediret, lucis radium, in modum ingentis faculæ, cælitus emissum super locum sepulchri quasi fulminare conspexit; hoc quoque divino ab omnibus miraculo conspicato, tali judicio exstiterunt de visionis veritate certiores effecti.

Tunc populo in jejuniis, eleemosynis et orationibus sanctificato, antistites sacerdotalibus adornati infulis adfore sibi beati martyris auxilium flagitabant. Fuerat namque locus et memoria martyris, post adventum sancti Germani, Altissiodorensis episcopi, qui cum beato Lupo, Trecasinæ urbis episcopo, ad exstirpandam hæresim Pelagianam [1]in Britanniam venerant, annis circiter trecentis quadraginta quatuor omnino deleta; siquidem gens pagana Saxonum, Jutorum et Anglorum, Britonibus expulsis, [2]Britanniam subjugaverant, ut superius constat prolixius exaratum, mox agros depopulantes, ignem in civitates et oppida accumulantes, sacras ecclesias solo tenus complanantes, sacerdotes detruncantes, cunctam

[1] *In Britanniam venerant,*] above in 446.

[2] *Britanniam subjugaverant,*] above in 449.

pæne superficiem insulæ a mari usque ad mare immisericorditer deleverunt. Hac itaque tempestate, ecclesia beati Anglorum protomartyris Albani, quam Beda in historia Anglorum, post passionem ejusdem martyris, miro tabulatu lapideo scripsit fuisse constructam, inter cæteras regionis ecclesias funditus est subversa; unde et sepulchrum ejus, quod in adventu sancti Germani, et ante a passione martyris usque ad illius patriæ desolationem, omnibus notum, et propter miraculorum frequentiam ab omnibus fuerat adoratum, tempore, quo Offæ regi angelico exstitit ministerio revelatum, erat incognitum universis. Facta igitur, ut diximus, oratione a clero et populo, cum eleemosyna et jejunio, terram percutiunt, et passim martyris sepulturam offendunt; nec fuit necesse locum diu quærere, quem divina clementia dignata est cælesti lumine revelare. Martyris igitur corpus, adstante Offa rege strenuissimo, in theca lignea, in qua prius a Christi fidelibus propter barbarorum sævitiam fuerat tempore discriminis occultatum, reperierunt cum ipsis sacris omnium apostolorum diversorumque martyrum reliquiis, quas ibi dudum sanctus deposuerat Germanus. Movit hæc inventio tam clerum quam populum universum ad lachrymas, et ob hoc maxime, quod fidem fecit dictis sanctorum patrum de reliquiis simul cum corpore repertis, quas legimus ad solatium martyris ejus sacro corpori fuisse conjunctas. Quem ergo thesaurum, diu sub cespite absconditum, archiepiscopus cum suis episcopis de sepulchro levantes cum timore sancto, præcedente solemni processione, in hymnis et laudum præconiis, transtulerunt in quandam ecclesiam, olim extra urbem Verolamium in honorem beati martyris consecratam, ubi in locello, ex auro et argento

simul et lapidibus pretiosis fabrefacto, pia patris pignora reponuntur; quo in loco usque in hodiernum diem divina non desinunt celebrari miracula, sed, multis cernentibus, surdis ibi restituuntur auditus, claudis gressus, cæcis visus, et omnibus cum fiducia beati martyris auxilium implorantibus, a Deo mentis et corporis impertitur desiderata salus. Acta autem sunt hæc a passione ejus anno [1]quingentesimo septimo, ab adventu Anglorum in Britanniam trecentesimo quadragesimo quarto, indictione prima, kalendis Augusti.

Ut rex Offa Romam pergens pratum peregrinis emerit.

Offa's journey to Rome; His ita gestis convocat rex ibidem [2]provinciale concilium, et cum archiepiscopo Humberto, suisque suffraganeis et primatibus universis, tractat de conventu monachorum in loco illo congregando atque cœnobio privilegiando, ubi protomartyris regni sui reliquias invenit, et quem locum suo sanguine consecravit. Placet omnibus regis propositum, eique episcoporum laudat consilium, ut auctoritate Romani pontificis canonizetur, simul et privilegietur monasterium in honorem martyris noviter construendum; et hæc omnia ut digniorem sortiantur effectum, consulitur, ut per legatos a latere regis destinatos, aut in propria persona, rex ipse super his cum curia tractet Romana. Rex vero suorum adquiescens consilio laboriosum arripuit iter, ut sicut beatus Albanus protomartyr refulsit Anglorum, ita monasterium ejus omnibus regni cœ-

[1] *Quingentesimo septimo.*] This would give the date of S. Alban's martyrdom, 286; but he is generally supposed to have suffered in 305. Wendover places his death in 303. Upon this point the reader may be referred to Smith's Beda, Append. § iv.

[2] *Provinciale concilium.*] Spelman places this at Celchyth, or Chalchuthe, the second council held at that place; Concil. p. 313.

nobiis possessionibus simul et libertatibus præferretur.

Igitur rex mare ingressus ad portum in Flandria desideratum applicuit, veniensque ad quoddam oppidum [1]Monasteriolum, hospitandi gratia illuc divertit, ubi jumentis suis pabula non inveniens, miratur valde, quoniam locus ille pratorum copia aspicitur abundare; quærit ergo rex, 'Cujus sunt prata illa?' sed responsum accepit, quod dominos plures haberent. Jubet autem rex, ut omnes compareant in conspectu ejus, et de pratis distrahendis admoneant venientes; indignantur non modicum qui hoc audiunt, asserentes sufficienter pratorum dominos in rebus temporalibus abundare. Cumque tandem nobiles illi ad regis præsentiam perducti fuissent, convenit eos de pratis distrahendis; quos cum audisset in omnimodis abundare divitiis, 'Non sic,' inquit rex, 'abundatis, quin possitis amplius abundare. Nos prata vestra comparabimus, non secundum eorum æstimationem, sed juxta vestram voluntatem; nec erit ulla difficultas de pretio, licet nulla propitiatio sit in distrahendo.' His auditis, omnes cupiditate victi, a rege pro sua voluntate, pro pratis pretium acceperunt; quo facto, rex prata illa consecrat, et transeuntibus peregrinis omnibus regali munificentia confirmat, quatenus peregrini in illis locis pro tempore herbam vel fœnum in perpetuum habeant sine pretio, unde jumenta sua sustineant, ex regis beneficio.

Ut rex Offa Romam perveniens cœnobium beati Albani [*construi provocavit*].

Dinumerata denique pro distractione pratorum his arrival;

[1] *Monasteriolum.*] Monistrol near Puy.

pecunia, a loco rex progreditur, et [1]Romam tandem perveniens, optata apostolorum limina conterit, et diversorum loca sanctorum pia devotione percurrit. Deinde Adriano summo pontifici sui causam adventus denuntians, et de loco simul et beato Albano canonizando cœnobioque construendo devote preces porrigens, petitioni suæ Romanam de facili curiam inclinavit, et ex hoc præcipue, quod martyris inventio cælitus sit edocta. De monasterio fundando et ab omni episcoporum subjectione emancipando curiam consulit, cui Romanus pontifex taliter respondit, 'O fili carissime Offa, rex Anglorum potentissime, devotionem tuam circa regni tui protomartyrem non mediocriter commendamus, et monasterio construendo illudque privilegiando petitioni tuæ assensum gratanter præbemus, injungentes tibi in tuorum remissionem peccatorum, ut rediens ad terram tuam, consilio episcoporum et optimatum tuorum, quas volueris possessiones sive libertates beati Albani monasterio conferas, et tuo privilegio inde facto nos originale tuum privilegio nostro roborabimus consequenter; et monasterium illud in specialem Romanæ ecclesiæ filiam adoptabimus, et nostro illud apostolatui subjiciemus, nullo episcopo sive archiepiscopo mediante.'

reception by Adrian.

His igitur auditis, rex, quid digne tantæ largitati rependere valeat, secum pertractat; tandem divina regem inspirante gratia invenit salubre consilium, et in die crastina scholam Anglorum, quæ tunc Romæ floruit, ingressus, dedit ibi ad sustentationem gentis regni sui illuc venientis, singulos[2] argenteos de familiis singulis, omnibus in posterum diebus, singulis annis, quibus vide-

[1] *Romam tandem.*] See Pagi, ad an. § 13.

[2] *Singulos argenteos.*] Compare Spelman, Concil. p. 312.

licet sors tantum contulit extra domos in pascuis, ut triginta argenteorum pretium [non] excederet; et hoc tali largitate obtinuit, ut de regno Angliæ nullus, publice pœnitens, pro executione sibi injunctæ pœnitentiæ subiret exilium. Celebrata igitur donatione prædicta, et suscepta confessione a papa et peccatorum remissione, simul cum summi pontificis benedictione, ad propria rex magnificus remeavit.

Tunc [1]congregato apud Verolamium episcoporum et optimatum suorum concilio, unanimi omnium consensu et voluntate beato Albano amplas contulit terras et [2]possessiones innumeras, quas multiplici libertatum privilegio insignivit. Monachorum vero conventum ex domibus bene religiosis ad tumbam martyris congregavit et abbatem eis nomine [3]Willegodum præfecit, cui cum ipso monasterio omnia jura regalia concessit. Dominabatur Offa rex magnus in viginti tribus provinciis, quas Angli 'schiras' appellant, id est, in Herefordensi, cujus episcopus sedem habet in eadem urbe; in provinciis Wigorniensi et Glovernensi, quarum episcopus sedem habet in Wigornia; in Warewicensi, Cestrensi, Stafordensi, Scrobesberiensi et Derebiensi, quarum episcopus sedem habet in

Council of Verulam.

[1] *Congregato apud Verolamium.*] Compare the account of this synod, from the MS. life of Offa, in Spelman, Concil. p. 314.

[2] *Possessiones innumeras.*] In aiming to be as concise as possible, Wendover has here omitted the motives, highly honourable to himself, by which Offa was led to enrich his new abbey; after the word 'innumeras' the narrative is continued, 'considerans quod ibidem eleemosynariis vigeret hospitalitas. Nam ibidem patet via ab aquilone venientibus et ab austro redeuntibus communis et strata generalis, dicta 'Watling-street,' et pium ei videbatur, ut omnes itinerantes ibidem pium ex suis eleemosynis domicilium invenirent, locum igitur memoratum cœnobio addictum, libertatum multiplici insignivit privilegio.'

[3] *Willegodum.*] He died in 796. His life, by Matt. Paris, is printed by Wats, at the end of the history, p. 35.

Lichefeld; in Legecestrensi, cujus episcopus in eadem urbe sedem habet; in Lincolnensi, cujus episcopus sedem habet in Lyndèseia; in Northamptonensi, Oxoniensi, Buckinghamensi, Bedfordensi, Huntendunensi, Cantabrigensi, et dimidia Hertfordensi, quarum episcopus apud Dorkacestriam sedem habet; in provinciis Essexiæ et Middelsexiæ, et dimidia Hertfordensi, quarum antistes sedem habet in urbe Londoniarum; in Norfolcensi et Suffolcensi duo sunt episcopi, unus Helmhamensis, et alter Dommucensis; dominabatur etiam Snotingensi provinciæ, cujus Christianitas ad archiepiscopum Eboracensem spectat. Ex his omnibus provinciis dedit rex præfatus denarium beati Petri, ut prædictum est, quod Anglice 'Romescot' appellatur.

De possessionibus ab Offa monasterio sancti Albani collatis.

Offa endows a monastery.

Dedit[1] præterea Offa, rex potentissimus, beato protomartyri Albano villam suam dominicam, quæ viginti ferme milliaria a Verolamio distat et 'Wnceslaw' nuncupatur, et tantundem per circuitum, sicut usque hodie scripta regis testantur, quæ in præfata basilica continentur; quæ videlicet basilica tanta libertate privilegiata refulget, ut ab apostolica consuetudine, et reditu, qui 'Romescot' dicitur, cum neque rex, neque archiepiscopus vel episcopus, abbas vel prior, aut quilibet in regno ab illius solutione sit immunis, ipsa quidem sola quieta est; in presbyteros autem et laicos totius possessionis suæ abbas, vel archidiaconus monachus sub ipso constitutus, jus pontificale exercet, ita ut nulli archiepiscopo aut legato, nisi summo tantum pontifici, subjectio-

[1] *Dedit præterea.*] Compare Vit. Offæ, ed. Mat. Paris, p. 31.

nem impendat. Hoc quoque sciendum est, quod Offa rex magnificus, tempore quo beati Petri vicario Romanæ urbis pontifici reditum statutum, id est Romscot, de regno suo concessit, ipse a pontifice Romano impetravit, ut ecclesia Albani Anglorum protomartyris eundem Romscot ab omni Herefordensi provincia, in qua sita est ecclesia sæpedicta, fideliter colligeret, et collectum in usus proprios retineret. Unde et ipsa ecclesia, sicut a rege omnia jura regalia, ita habet abbas loci illius, qui pro tempore fuerit, pontificalia ornamenta. Et hæc de sancto Albano ad tempus dicta sufficiunt.

De signis cælestibus, quæ famem et mortalitatem præcurrerunt.

Anno Domini DCCXCIV. defuncto [1]Humberto, Lichefeldensi archiepiscopo, Higbertus successit. Eodem[2] anno miseram Anglorum gentem dira prodigia terruerunt; nam fulmina abominanda et dracones per aera horride ardentes volitare videbantur, quæ signa famem validam et hominum stragem non modicam figurabant venturam; siquidem [3]supervenientes Dani cum Norwegiensibus gentem Northanhumbrorum et Lindisfarnensium miserabiliter perimentes, ecclesias Christi cum suis habitatoribus destruxerunt. [4]Lindisfarnensis utique insula, octo vel amplius se milliariis

A.D. 794. Higberht bishop of Lichfield.

[1] *Humberto.*] This appears to be a decided error, for at this time Aldulf occupied the see of Lichfield, as is clear from his having been present at the council of Chalchuthe in 787, of Baccanceld in 798, and Clovesho in 803. The only bishop of this name mentioned by Chesterfeld died, as recorded below, in 964. See Angl. Sacr. i. p. 430.

[2] *Eodem anno.*] According to the Saxon Chronicle, these dire forebodings appeared in the year preceding.

[3] *Supervenientes Dani.*] The Sax. Chron. records the day on which they landed at Lindisfarne, namely, the 8th January.

[4] *Lindisfarnensis utique.*] Sim. Dunelm. ad an. 763.

extendens, nobile habet monasterium, in quo pater eximius antistes Cuthbertus positus erat, cum aliis præsulibus, qui ejus successores sanctissimi exstiterunt. Lindis vero rivulus est, qui excurrit in mare, duorum pedum habens latitudinem quando minor fuerit et videri potest, sed quando æstus major fuerit, tunc nequit Lindis videri.

De persecutione Constantini imperatoris.

A.D. 795. Cruelty of Constantine.

Anno Domini DCCXCV. Constantinus imperator multos sibi suspectos [1]oculis privavit; papam Stephanum, quem per annos quadraginta carcere inclusum tenuerat, crudeli morte damnavit; et omnes sibi suspectos vel subjectos super lignum sanctæ crucis jurare fecit, quod nullam Dei aut sanctorum imaginem venerarentur, neque Dei genitricem invocarent. Eos autem, qui vigilias Deo agebant, qui religiose vivebant, vel qui sanctorum reliquias penes se habebant, condemnans, patrimoniis privabat, et modis omnibus cruciabat; qui reverentiores erant, eorum barbas cera et pice illitas amburebat. Monachos, ut uxores, monachas ut viros, ducerent, cogebat; quod multi respuentes ad palmam martyrii pervenerunt, nec sub alicujus gentilis persecutione plures quam sub hac martyrizati leguntur. Hoc quoque anno [2]Sigar dux, qui beatum regem Alfwoldum indigne peremerat, digno periit cruciatu.

Leo Romæ sedit.

A.D. 796. Leo III. pope.

Anno Domini DCCXCVI. Adriano papa defuncto, [3]Leo successit annis viginti, mensibus

[1] *Oculis privavit.*] So far Sigebert; the remainder of the chapter refers to the imprisonment of S. Stephen the younger by Constantine Copronymus in 754. See Pagi, ad an. § 16.

[2] *Sigar.*] His death is referred by Simeon and the Sax. Chron. to 793.

[3] *Leo.*] He died 11 June 816. His accession should have been included in the preceding year.

quinque, diebus sedecim, et cessavit sedes tribus diebus. Eodem anno orbiculi visi sunt circa solem, significantes fortasse multorum regum et nobilium mortem, qui illo anno ex hoc seculo transierunt; nam eodem anno rex Northanhumbrorum Ethelredus, propria relicta uxore, novam duxit, unde a propria gente [1]interfectus est; cui [2]Osredus successit in regnum, sed vicesimo quinto regni sui die defuncto, [3]Eardulfus ei successit in regnum, et decem annis regnavit. Hoc quoque anno Eanbaldus, Eboracensis archiepiscopus, [4]decessit, et alter Eanbaldus successit. His etiam diebus defuncto Ethelberto, Cantuariensi rege, [5]Eadbertus successit. Per idem tempus post Jainbertum, Cantuariensem archiepiscopum, Athelhardus[6] archiepiscopatum regendum suscepit.

De morte et sepultura Offæ regis Merciorum.

Eodem[7] anno Offa, rex Merciorum magnificus, constructo fere nobilissimo post inventionem beati Albani monasterio, in villa, quæ Offeleia nuncupatur, juxta multorum opinionem diem Death of Offa.

---

[1] *Interfectus est,*] at 'Cobre,' according to Simeon, on the 18th April in this year; but on the 19th, or the 29th, of this month, according to the Sax. Chron. and Florence, in 794.

[2] *Osredus.*] 'Oswaldus,' Sim. Dunelm.

[3] *Eardulfus.*] He was consecrated king on the 26th May, Simeon; in the preceding year, Sax. Chron. His banishment is recorded below in 808; in the Sax. Chron. and Melrose, 806. See Eginhard. Annal. in Du Chesne, ii. p. 255.

[4] *Decessit,*] 10th August; Sax. Chron.

[5] *Eadbertus.*] Eadbyrht, surnamed Pren, succeeded to the throne in 794 (Sax. Chron.), and, according to the same authority, was taken prisoner by Cŏenuulf in this year; he was afterwards released at the dedication of the church of Winchelcomb, as recorded below. Compare Malmsbury, § 95.

[6] *Athelhardus.*] The Sax. Chron. records his death in 803. Compare Angl. Sacr. i. p. 96. According to Simeon, Eadbald died at Etlete.

[7] *Eodem anno.*] Compare Vit. Offæ, p. 32. The Sax. Chron. places his death in 794. See Malmsb. p. 130, *note* [1].

clausit extremum, cujus corpus apud villam de Bedeforda delatum, in capella quadam extra urbem, supra ripam Uscæ fluminis sita, more regio dicitur fuisse sepultum. Refert autem usque in hodiernum diem omnium fere comprovincialium relatio, quod capella præfata longo usu et violentia illius fluminis sit subversa, atque ejus rapacitate, cum ipso regis sepulchro, in flumen præcipitata; unde et usque in præsens sepulchrum illud, ab hominibus loci, tempore æstivo ibidem balneantibus, quandoque in aquæ profunditate videtur esse conspicuum, et quandoque licet diligentissime quæratur, ac si res fatalis esset, non invenitur. Successit autem Offæ regi strenuissimo in regnum [1]Egfridus filius ejus, qui, patre vivente, ei conregnaverat annis octo. [2]Egfridus ergo juvenis egregius et animi nobilitate præditus, protinus cum fuisset in regno confirmatus, [3]pia patris imitatus vestigia, ecclesiæ beati Albani, Anglorum protomartyris, terras multas et possessiones devotus contulit, illasque cum aliis omnibus, quas pater ejus ecclesiæ præfatæ contulerat, cum omnibus libertatibus regiis, quas liberiores habet, vel alicui ecclesiæ conferre potest, suo privilegio confirmavit et ejus donationi, ut perpetuæ firmitatis robur obtineret, juxta morem ecclesiæ Romanæ, omnium episcoporum, comitum et baronum totius imperii sui subscriptionem et signum crucis adposuit. Et præterea patris, in omnibus, cupiditatem declinans, quæcumque ille ad exaltationem regni sui ex diversorum possessionibus monasteriorum adtenuaverat, ille prona devotione restituit, et suo privilegio

Egfrith succeeds;

[1] *Egfridus.*] He was joined in the government with his father in 787, but reigned alone only a few months.

[2] *Egfridus ergo juvenis.*] Compare Malmsbury, § 94.

[3] *Pia patris ... vestigia;*] 'paternæ immanitatis vestigia declinans;' Malmsb.

cunctis id petentibus roboravit. Ad petitionem quoque Athelhardi, Cantuariensis archiepiscopi, emollitus, dignitates ab archiepiscopo Jainberto, ut prædictum est, amissas libenter restituisset, nisi mors immatura illum de medio sustulisset; nam centesima et quadragesima prima die post exitum patris sui defunctus, omnibus regni sui nationibus causam præbuit magni doloris; [1]unde his death. nec arbitrandum reor, quod juvenis adeo nobilis mortuus sit propter peccata sua, sed quia pater ejus, pro regni sui confirmatione, sanguinem multum effudit. Successit ei in regnum Merciorum [2]Kenulfus, vir magnificus, Cuthberti filius et trinepos Wibbæ regis, viginti quatuor annis. Huic regina sua Alfritha genuit [3]Kenelmum, postea sanctum, et filias Quendridam et Burgenildam.

Qualiter Athelhardus, archiepiscopus Cantuariensis, dignitatem revocavit amissam.

Anno Domini DCCXCVII., rege Merciorum Kenulfo regni diademate insignito, in palatio religiosus, in bello exstitit, ut leo, victoriosus. Accedentes[4] ad eum Athelhardus Cantuariensis et Eanbaldus Eboracensis archiepiscopi, super amissa Cantuariensis ecclesiæ dignitate regem convenerunt; qui ab ipsis quantum nefas in mutilatione Cantuariensis diocesis antecessor ejus Offa rex commisisset edoctus, antiquitatis morem devotissime reparavit. Missis igitur ad Leonem papam, Adriani successorem, sua et omnium An- A.D. 797. Cēnuulf succeeds.

---

[1] *Unde nec arbitrandum.*] The following paragraph is quoted by Malmsbury as from a letter of Alcuin to Osbertus, p. 130, *note*[3].

[2] *Kenulfus.*] He died in 821, in the twenty-fifth year of his reign.

[3] *Kenelmum.*] His life is in the Nov. Legend. fol. ccvi. b.

[4] *Accedentes ad eum.*] The particulars of this council of Baccanceld (Babchild, Kent) may be seen in Spelman, p. 317.

glorum pontificum epistolis, ipso archiepiscopo Athelhardo legationem generaliter fungente, petiit quod impetravit; unde profecto ad laudem archipræsulis illius et gloriam excellentius prædicatur, ipsum pristinam revocasse dignitatem, quam adquisitam custodire. Eodem anno, [1] Mildredo Wigorniensi antistite defuncto, Weremundus successit; quo utique anno Eanbaldus, Eboracensis archiepiscopus, accepto pallio, post [2] Ethelbertum antistitem ordinavit Eadredum, adjuncto sibi Higbaldo episcopo, ad pontificatus honorem tertio kalendas Novembris in loco, qui 'Wodeforda' nuncupatur.

De munificentia Kenulfi, regis Merciorum.

A.D. 798. Generosity of Cœnuulf.

Anno Domini DCCXCVIII. [3] Kenulfus, rex Merciorum, Cantiæ provinciam hostiliter perlustrans prædatus est, regemque eorum Eadbertum, cognomine Pren, viribus sibi imparem comprehendit, et vinctum secum cum victoria reduxit. Sed non multo post, quum apud Winchelcumbam ecclesiam, quam fundaverat, fecit dedicari, ipsa consecrationis die regem captivum ante altare manumittens libertate donavit. Aderat ibi Cuthredus, quem Kenulfus rex præfecerat Cantuaritis loco Eadberti supradicti. Basilica plausibus resonabat, platea discursibus fremebat, quod illic in conventu tredecim episcoporum et decem ducum nullus largitatis passus est repulsam, dum singuli refectis marsupiis hinc abibant; nam præter

[1] *Mildredo . . . Weremundus.*] The chronology here is very incorrect. Mildred was at the synod of Clovesho in 742, and died about 775; Weremundus then succeeded, and died, according to Florence, in 781; Heathored, the second from him, was at the council of Chalchuthe in 787; Angl. Sacr. i. p. 471.

[2] *Ethelbertum antistitem.*] He was bishop of Hagustaldt, and died at Bartun the 16th October; Simeon.

[3] *Kenulfus, rex Merciorum.*] Taken from Malmsbury, p. 131.

illa xenia, quæ optimates susceperant, inæstimabilis pretii et numeri, in utensilibus, vestibus, equis electissimis, omnibus, qui agros non habebant, libram argenti, presbyteris marcam auri, monachis solidum unum, et postremo multa universo populo erogavit; monasterium quoque tam magnis ampliavit redditibus, quod hoc tempore incredibile videatur. Eodem anno Eanbaldus, Eboracensis archiepiscopus, [1]apud Finchale synodum congregavit. Per idem tempus, rex Northanhumbrorum Eardulfus, in loco, qui [2]'Bilingeho' dicitur, prælium commisit contra Wade ducem et alios conspiratores quosdam suos; sed demum multis hinc inde interfectis, rex regaliter victoriam obtinuit ex hostibus supradictis. Hirenes sola imperavit annis tribus.

Second council of Finchale.

De sancto papa Leone et martyre.

Anno Domini DCCXCIX. Romani inter se dissecantes [3]Leonem papam, virum sanctum et omni laude dignissimum, apprehendentes ligaverunt, linguam amputaverunt, oculos eruerunt, atque demum a sede Romana expulerunt, eumque semivivum relinquentes interdictorum blasphemias turpe facinus commiserunt; sed miserator et misericors Dominus, qui sperantes in se non relinquit, linguam ei et oculos miserabiliter restituens, ad pristinam dignitatem melius quam prius fecerat videntem ac verbum fidei prædicantem revocavit.

A.D. 799. Sufferings of Leo.

---

[1] *Apud Finchale synodum,*] called by Simeon the synod of Pincanhalth; see Spelman, p. 317.

[2] *Bilingeho.*] 'Billingahoth juxta Walalege;' Simeon. Langho, near Whaley, in Lancashire; Camden, ii. p. 148.

[3] *Leonem papam.*] Compare Baron. and Pagi, ad an. 799, §§ i. vii.

De persecutione Danorum.

A.D. 800. Irruption of the Danes.

Anno Domini DCCC. [1] exercitus paganorum nefandissimus ecclesias de Hercenes et de Tynemutha crudeliter spoliavit et cum spoliis ad naves recurrit. Eodem anno Eadredus, antistes Hagustaldensis, obiit et in loco ejus [2] Eadbertus successit. Quo etiam anno, [3] Alcmundus, filius Alcredi regis, a tutoribus Eardulfi, regis Northanhumbrorum, apprehensus est, ejusque jussione cum suis profugis interfectus. Eodem tempore, [4] decimo kalendas Januarii, ventus ingens ab Africa veniens suo flatu horrido urbes radicitus evulsit, et mare ultra terminos suos exigens multam pecorum stragem in locis diversis fecit. Eodem anno rex Francorum Carolus, vir eximiæ virtutis, cum innumera armatorum copia Romuleam ingressus urbem, loca sancta frequenti visitatione percurrit; ibique per menses aliquot demoratus, ecclesiam beati Petri et Pauli apostolorum Christi donis regalibus exornavit, in auro videlicet et argento et lapidibus pretiosis; Leonem quoque papam venerabilem variis munificentiis honoravit ejusque adversariis dispersis, quosdam interfecit et quosdam in exilium relegavit, nonnullos etiam patibulo suspendi præcepit.

---

[1] *Exercitus paganorum.*] Wendover appears to be the only extant authority for the incursion of the Danes in this year; Huntingdon mentions the spoliation of the church of Donmouth, or Tinmouth, but places it in the year 794.

[2] *Eadbertus.*] He was consecrated at Ethingham, or Cettingham, according to Simeon, and died in 806. Sax. Chron. ad an.

[3] *Alcmundus.*] So Florence and Simeon, who, however, modifies his assertion of the fact by the insertion of 'ut dicunt quidam.'

[4] *Decimo,*] 'nono,' Simeon, from whom the contents of this chapter have been taken. Compare Baronius, ad an.

Carolus imperator.

Anno Domini DCCCI.[1] Carolus rex magnus, cum in urbe Roma plurima, quæ ad honorem Dei et utilitatem populi spectabant, disposuisset, in die Dominicæ nativitatis, cum ducibus, magistratibus et militibus et turba magna nimis, basilicam principis apostolorum Petri ingreditur, ubi a domino papa Leone purpura regali induitur, corona aurea capiti ejus imponitur, et regale sceptrum ei in manibus datur; hanc dignitatem ipsa die tantus imperator et magnificentiam promeruit, ut imperator totius orbis vocaretur et esset. Ipso quoque tempore directi sunt Græcorum legati cum xeniis impretiabilibus ab urbe Constantinopolitana ad Carolum, rogantes instantius, ut illud imperium suscipere dignaretur; istis autem legatis adhuc præsentibus ab Hierosolymis directi sunt nuntii a populis Christianis, clericis videlicet et laicis, ad Carolum nuper imperatorem creatum, vexillum argenteum regi inter alia munera ferentes, cum clavibus locorum sanctissimorum Dominicæ resurrectionis et aliorum multorum, obnixius flagitantes, ut eorum defensor et gubernator esse dignaretur. Annuit imperator piissimus omnibus ad se confugientibus quod petebant, et non solum se fore paratum ad devincendos crucis inimicos in terra, verum etiam et in mari, si necessitas compulisset; intellexit enim beatas esse respublicas vel si sapientiæ studiosi eas regerent, vel si earum rectores studere sapientiæ voluissent. Deinde ad urbem Ravennam perveniens, de rebus prædictis cum optimatibus suis diligenter tractavit.

A D. 801. Charlemagne at Rome.

---

[1] *Carolus rex magnus.*] Compare Baronius and le Cointe, ad an. 801.

Qualiter rex Brithricus veneno periit.

A.D. 802. Death of Beorhtric. Anno Domini DCCCII.[1] Brithricus, rex occidentalium Saxonum, veneno periit in hunc modum; Habuit rex iste, ut superius relatum est, reginam nomine Eadburgam, Offæ regis Merciorum filiam, quæ multis suffulta honoribus, miris se ambitionibus extollebat; nam materna tyrannide incitata, omnes de regno nobiles, ordinatos et viros religiosos, ad regem accusare et exsecrari consuevit, unde et principibus ducibus perosa exstitit, cum magnatibus et populis universis; siquidem malefica illa ita regem instruxit blanditiis, ut illos quos accusabat aut vita aut regno privabat; et si hoc a rege impetrare non potuit, veneno eos clam perdere consuevit. Erat autem eodem tempore adolescens quidam genere præclarus ac regi valde familiaris et amantissimus, quem cum malefica regina accusare non valuit, veneno illum extinxit; de quo veneno cum rex ignoranter gustasset animam subito exhalavit, nec tamen illa regi dare proposuerat poculum mortis, sed adolescenti, veruntamen ambo biberunt et potu venenifero perierunt. Rege itaque in hunc modum perempto, mulier nequissima timore perterrita fugiens cum thesauris impretiabilibus mare transiit, et Carolum, Francorum regem, adiens multa ei xenia præsentavit; cui cum adstaret inter mulieres nequissima, licet pulchritudine pulcherrima, sic rex eam adlocutus ait, 'Elige, Eadburga, quem volueris, vel me vel filium meum, qui mihi adstat in solario, in societatem accipere conjugalem;' at illa sine deli-

[1] *Brithricus.*] The death of Beorhtric is recorded in the Sax. Chron. in 800. The story, as here told by Wendover, is taken from Asser, who states that he had received it from Aelfred; Vit. Aelf. ed. Wise, p. 10.

beratione, et fræno soluto pudicitiæ, respondens ait, 'Si mihi optio vel libertas daretur eligendi, filium tuum quam te magis diligerem, quia junior esse videtur.' Tunc rex intelligens illam explendæ libidinis cupiditate ductam, eleganter respondit, 'Si me,' inquit, 'elegisses, filium meum haberes, et quia illum elegisti, nec me nec illum habebis.' Contulit tamen illi rex propter improbitatem ejus et nimiam pulchritudinem nobile monasterium fœminarum, in quo illa, habitu deposito seculari, sub specie hypocrisis, indumento monialium adsumpto, abbatissæ vice annis paucissimis fungebatur; nam parvo post tempore, dum quæ sancta erant exsecraretur, a quodam propriæ [gentis] ignobili viro dicitur constuprata. Mulierem ergo in adulterio deprehensam rex a sancto monasterio expelli præcepit, quæ deinceps [1]miserrime in paupertate tempora vitæ suæ vituperabiliter ad finem usque perduxit. Defuncto itaque rege Brithrico, successit ei Egbertus in regnum [2]triginta sex annis, qui ex regali illius gentis prosapia originem ducens, multa potenter regna suo adjecit imperio. Eodem anno defuncto [3]Eadberto, Londoniensi episcopo, Eadgarus successit.

Higbaldus episcopus defunctus est.

Anno Domini DCCCIII. defuncto Higbaldo, Lin- A.D. 803. Succession of bishops.

[1] *Miserrime in paupertate.*] Asser thus describes her end: 'Ad ultimum uno servulo comitata, sicut a multis videntibus eam audivimus, quotidie mendicans, in Pavia miserabiliter moriretur.'

[2] *Triginta sex.*] Ecgberht's death is recorded below, erroneously, in 837: the Sax. Chron. places it in 836. It appears most probable that he died in 839; see Malmsb. p. 60, *note* [3].

[3] *Eadberto.*] At this time both Eadberht and Eadgar must have been dead, since Osmund signs as bishop of London at the council of Baccanceld in 798, and Clovesho in 803; the chronology of the bishops of London is most uncertain.

Succession of bishops.

disfarnensi episcopo, [1]Egbertus successit. Iste Higbaldus supradictæ Danorum depopulationi interfuit in provincia Northanhumbrorum.

A.D. 804. Anno Domini DCCCIV. [2]Beornredus, Roffensis antistes, diem clausit extremum, cui successit Puthricus[3] in episcopatum.

A.D. 805. Anno Domini DCCCV. Athelhardus, Cantuariensis archiepiscopus, [diem clausit extremum,] qui, ut prædictum est, Cantuariensis ecclesiæ dignitatem amissam potenter revocavit; cui successit Wilfridus annis viginti octo.

A.D. 806. Anno Domini DCCCVI. [4]Wilfridus prædictus, Cantuariensis archiepiscopus, accepto pallio, in dignitate sua confirmatus est.

A.D. 807. Anno Domini DCCCVII. [5]Cuthredus, rex Cantuariensis, diem clausit extremum, cui Baldredus in regnum successit.

A.D. 808. Anno Domini DCCCVIII. [6]Eardulfo, Northanhumbrorum rege, a regno fugato, Alfwoldus ei duobus annis successit; fugaverat autem illum idem Alfwoldus et regnum ejus occupavit.

Ut rex Egbertus Cornubiam subegerit.

A.D. 809. Anno Domini DCCCIX. [7]Egbertus, rex occiden-

---

[1] *Egbertus.*] He was consecrated at Bigwell in this year, and died in 821. Angl. Sacr. i. p. 698.

[2] *Beornredus.*] The time of his death is quite uncertain; he was, however, present at the council of Chalchuthe in 816.

[3] *Puthricus,*] called by Malmsbury Burthricus, who also places him next in succession to Beornraed; Wharton, however, shows that he did not live until the middle of the following century; Angl. Sacr. i. p. 331, *seq.*

[4] *Wilfridus.*] His death is recorded below in 832. By the Saxon Chron. and Florence it is placed in 829.

[5] *Cuthredus.*] He died, according to the Sax. Chron. in 805. The fate of his successor is placed below in 827; but by the Saxon Chron. and Florence in 823.

[6] *Eardulfo.*] See above, ad an. 798.

[7] *Egbertus rex.*] The Saxon Chron. dates the conquests of Ecgberht in Wales in 813. Malmsbury says that his 'prima virium documenta' were shown in Cornwall, so that his expedition there probably took place in this or the following year.

talium Saxonum, ad illam regionem, quæ Cornubia dicitur, hostiliter accedens, subjugavit eam sibi et suo adjecit regno, multis hinc et inde interfectis. Conquests of Ecgberht.

Anno Domini DCCCX. defuncto rege Northanhumbrorum Alfwoldo, Eandredus regnavit pro eo triginta duobus annis. Eodem tempore rex occidentalium Saxonum Egbertus [1]aquilonales Britannos subjugavit et tributarios fecit. A.D. 810.

Rex Egbertus Walliam spoliavit.

Anno Domini DCCCXI. rex Egbertus, sicut anno præterito aquilonales Wallenses compulerat ad solvendum tributum, ita et hoc anno omnes eorum fines pervagando, penetrans ab aquilone usque ad meridiem, igne accumulato spoliavit, et sic ad propria remeavit. A.D. 811.

Corpus sancti Amandi de terra levatur.

Anno Domini DCCCXII. apud cœnobium [2]Elnonense in Gallia [3]sanctus Amandus de terra levatur; cujus corpore invento integro post annos centum quinquaginta duos, cum ejus capilli et ungues præciderentur, qui excrevisse videbantur, et ex illius ore dentes forcipe extraherentur, sanguis inde profluxit, qui adhuc miraculi gratia reservantur. A.D. 812. Translation of S. Amand.

Anno Domini DCCCXIII. [4]Carolus, rex Francorum et patricius Romanorum, per Gallias concilia celebrari edicit, unum Maguntiæ, alterum A.D. 813. Councils in France.

---

[1] *Aquilonales Britannos.*] The Sax. Chron., Florence, and others, place Ecgberht's expedition into North Wales in 828, four years after the battle of Ellandune, which, according to Malmsbury, was brought on by the jealousy of Beornuulf, excited by these very conquests.

[2] *Elnonense,*] now S. Amand, in Belgium.

[3] *Sanctus Amandus.*] He was bishop of Tournay. This account of his translation is taken from Sigebert, ad an.

[4] *Carolus rex.*] So Sigebert. Compare le Cointe, ad an.

Remis, tertium Turonis, quartum Cabilonis, quintum Arelati, in quibus quædam capitula sacræ scripturæ, universali ecclesiæ necessaria, instituta referuntur.

De morte Caroli imperatoris.

A.D. 814. Death of Charlemagne. Anno Domini DCCCXIV. Carolus Magnus, rex Francorum et imperator Romanorum, diem clausit extremum, postquam imperasset annis quadraginta et quinque, cui successit filius ejus [1]Ludovicus. [2]Eodem anno Wilfridus, Cantuariensis archiepiscopus, et Wibertus, Scireburnensis episcopus, Romam pro negotiis Anglicanæ ecclesiæ profecti sunt.

Ludovicus imperator.

A.D. 815. Louis le Débonnaire. Anno Domini DCCCXV. Ludovicus, rex Francorum, a papa Leone imperialem consecrationem Romæ consecutus est.

A.D. 816. Anno Domini DCCCXVI. sancto Leone papa defuncto, sedit post eum in cathedra Romana [3]Stephanus anno uno.

Paschalis papa.

A.D. 817. Paschal pope. Anno Domini DCCCXVII. [4]Paschalis papa, defuncto Stephano, successit ei in cathedra Romana annis septem et diebus septendecim. Eodem anno [5]schola Anglorum Romæ igne combusta est.

A.D. 818. Anno Domini DCCCXVIII. [6]Seloamir, rex Abro-

[1] *Ludovicus.*] Louis le Débonnaire. He died in June 840.

[2] *Eodem anno.*] The Saxon Chron. and Florence place the journey of these bishops to Rome in 812.

[3] *Stephanus,*] the fourth. He was ordained pope 22 June 816, and died 24 Jan. in the following year.

[4] *Paschalis.*] He died, according to Bianchini, 11 May 824.

[5] *Schola Anglorum.*] The Sax. Chron. and Florence place it in the previous year.

[6] *Seloamir.*] 'Cloamir,' Sigebert, ad an.

ditarum, ab imperatore Ludovico de regno pulsus, ad Danos transivit.

Anno Domini DCCCXIX. [1] Bernardus, rex Italiæ, conspirationis contra imperatorem factæ accusatur, et reus læsæ majestatis addictus prius regno et oculis ac deinde vita privatur. A.D. 819.

Concilium celebratur.

Anno Domini DCCCXX. per dispositionem Ludovici imperatoris, habito [2] Aquisgrani generali episcoporum conventu et abbatum, quædam capitula ad usus monachorum et monialium necessaria statuuntur. A.D. 820. Council of Aix-la-Chapelle.

De passione sancti Kenelmi regis et martyris.

Anno Domini DCCCXXI. Kenulfo, rege Merciorum, defuncto, corpus ejus apud [3] Winchelcumbam sepulturam accepit. Successit ei in regnum Kenelmus filius ejus, quem pater ejus septennem Quenedridæ sorori suæ commendaverat nutriendum. Hæc autem falsa regnandi cupiditate seducta, fratruelem de medio tollendum [4] satelliti cuidam, qui alumnus illius fuerat, commendavit. Is insontem puerum, quasi venatum ducens, inter fruteta occultavit, capite obtruncato, et mirum dictu, quod res tam celate in Anglia perpetrata, Romæ innotuit divinitus revelata; siquidem super altare beati Petri, apostolorum principis, charta quædam, perferente candida columba, cadens necis sancti Kenelmi regis et martyris et sepulchralis loci per ordinem index fuit. A D. 821. Passion of S. Cenelm.

[1] *Bernardus.*] So Sigebert, ad an. 821.

[2] *Aquisgrani.*] Wendover has here followed the error of Sigebert. The council of Aix-la-Chapelle, here intended, was held in 816: its proceedings are printed in Harduin, Collect. Concil. iv. fol. 1055.

[3] *Winchelcumbam.*] See above, ad an. 798. A charter of the founder, dated 811, is printed in Dugdale's Monasticon, tom. ii. p. 391.

[4] *Satelliti cuidam,*] by name Ascobert. Compare the life of S. Cenelm, in Nov. Legend. fol. ccvi. b.

Quæ schedula, quoniam Anglicis et aureis literis fuerat exarata, a Romanis et aliis qui aderant clericis, papa jubente, frustra legi tentatur; sed salubriter Anglus illis adstitit, qui Latinæ linguæ schedulam evolvens, fecit ut Romani pontificis epistola regibus Anglis compatriotam martyrem indicaret. Habebatur autem inter cætera contentum in charta, [1]'In clento cou bathe Kenelm kynebearn lith under thorne hæuedes bereaued,' quod Latine sonat, 'In clent cubethe,' id est, In pastura vaccarum, Kenelmus regis filius jacet sub spina, capite privatus. Igitur, ut dictum est, corpore beati martyris regibus Angliæ mirabiliter patefacto, frequenti cœtu clericorum et magnatum puerile corpus de spelunca levatum apud Winchelcumbam vehebatur; parricida vero fœmina, clericorum cantu ac laicorum alacri plausu propter tanti martyris inventionem commota, e fenestra cœnaculi, in quo stabat, caput extulit, et forte psalmum 'Deus laudem meam ne tacueris' decantabat, quem a fine nescio quo præstigio retrograde dicens nitebatur cantantium lætitiam infirmare; cumque illa a fine usque ad hunc versum, 'Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum,' pervenisset, ambo ejus oculi a suis sedibus evulsi continuo super ipsam quam legebat paginam corruerunt. Adhuc autem psalterium illud, argento fabrefactum et lapsorum luminum cruore tabefactum, hujus correptionis præbet indicium. De hujus quoque sancti martyrio quidam sic ait,

In clent, sub spina, jacet in convalle bovina,
Vertice privatus, Kenelmus rege [*sic*] creatus.

Successit autem sancto Kenelmo [2]Ceolwlfus pa-

[1] *In clento cou bathe.*] The following translation is given by Bromton: 'In Clent in Cowdale Kenelm kingis bern, lith undir thorn hed byreued;' col. 777.

[2] *Ceolwlfus.*] He was deposed by Beornuulf, who succeeded him; below, an. 823.

truus suus in regnum Merciorum duobus annis, licet in brevi a regno privatus.

Anno Domini DCCCXXII. tellus in Saxonia, in modum aggeris spatio unius leucæ, multis mirantibus, intumuit. A.D. 822. Earthquake.

Anno Domini DCCCXXIII. Ceolwlfus, rex Merciorum, de regno expulsus Bernulfum habuit successorem [1]annis quatuor. A.D. 823.

Anno Domini DCCCXXIV. puella quædam duodennis, post sacram diei Paschæ communionem, primum per decem menses pane, ac deinde cibo et potu per triennium abstinuit, et deinceps ad communem hominum vitam rediit. [2]Eugenius sedit Romæ. A.D. 824.

Anno Domini DCCCXXV. Egbertus, rex occidentalium Saxonum, pugnavit contra Bernulfum, regem Merciorum, apud [3]Hellendunam partes suas hostiliter petentem, ubi, maximo gentis utrorumque regum peracto exitio, Egbertus victor funestus ad propria remeavit. A.D. 825. Battle of Ellandune.

Anno Domini DCCCXXVI. Bernulfus, Merciorum rex prædictus, ab orientalibus Anglis interfectus est, eo quod regnum illud ut suum a tempore Offæ regis invadere et sibi vindicare tentaret. Eodem anno corpora sanctorum Marcellini et Petri martyrum, ab urbe Roma sublata et in Franciam translata, multis ibidem signis claruerunt. [4]Ludecannus regi Bernulfo successit. Eugenio papæ successit [5]Valentinus. A.D 826. Death of Beornuulf.

[1] *Annis quatuor.*] According to Malmsbury, Beornuulf was defeated by Ecgberht in the third year of his reign, and slain by the East-Angles in the same year, as stated below in 826. The Sax. Chron. places his death in 823, and that of his successor in 825.

[2] *Eugenius,*] the second. He died in August 827.

[3] *Hellendunam,*] supposed to be Wilton, near Salisbury; upon the date of this battle see Malmsb. p. 147, *note* [2].

[4] *Ludecannus.*] Florence says that five generals were slain with him by the East-Angles. Below, he is said to have been killed by Ecgberht.

[5] *Valentinus.*] The day of his death is uncertain.

A.D. 827. Egberht subdues Kent.

Anno Domini DCCCXXVII. [1]Egbertus, rex occidentalium Saxonum, misit Athelwlfum filium suum cum [2]Ethelstano, Scireburnensi episcopo, et consule [3]Wihardo in Cantiam cum multitudine gravi pugnatorum, qui regem Baldredum ultra flumen Thamesim fugantes, regnum Cantiæ cum [4]Suthsexia Egberto regi subdiderunt. Hoc etiam anno orientales Angli regem Egbertum in patronum et dominum susceperunt. Egbertus denique [5]unus ex octo regibus fuit, qui totam insulam hanc ab Humbro flumine ad australem plagam usque ad mare Gallicum subjugatam possedit.

A.D. 828. Death of Ludecan.

Anno Domini DCCCXXVIII. Ludecanno, rege Merciorum, a rege Egberto interfecto, [6]Wilafus ei successit in regnum, qui continuo a rege expulsus Egberto annis tribus exulavit. Quo etiam tempore, idem Egbertus [7]Swithredum, regem orientalium Saxonum, debellavit et a regno fugavit; Swithredo quoque fugato, regnum illud reges West-saxonum tenuerunt. Eodem anno in Vasconia annona de cælo pluit frumento similis, sed grana habuit breviora et rotunda. Hoc etiam anno defuncto Egberto, Lindisfarnensi episcopo, Eardulfus[8] successit.

A.D. 829. Expedition of Ecgberht.

Anno Domini DCCCXXIX. cum rex occidenta-

---

[1] *Egbertus rex.*] Compare the account following with the Sax. Chron. and Florence, ad an. 823, and Malmsbury, p. 147.

[2] *Ethelstano.*] 'Alstano,' Malmsbury; 'Ealstano,' Sax. Chron. Flor.

[3] *Wihardo.*] 'Wulfheardo,' Sax. Chron.

[4] *Suthsexia.*] 'Surreia,' Malmsbury, Sax. Chron. and Flor.

[5] *Unus ex octo.*] The Saxon Chron. recounts the remaining seven; Elle, of Sussex; Ceaulin, of Wessex; Aethelberht, of Kent; Reodwald, of the East-Angles; Eadwini, Osuuald, and Oswiù, of Northumberland.

[6] *Wilafus,*] or Wiglafus. According to Florence and others, he succeeded in 826, was expelled in 827, and restored in the following year.

[7] *Swithredum.*] See above, ad an. 738, *note* [4].

[8] *Eardulfus.*] This should be Egfredus, whose death is recorded below in 845. Eardulf's succession is placed afterwards in 854.

lium Saxonum Egbertus omnia australia Angliæ regna obtinuisset, exercitum grandem [1]in Northanhumbriam ducens, provinciam illam gravi depopulatione contrivit, regemque Eandredum statuit sub tributo.

Anno Domini DCCCXXX. rex Egbertus West-saxonum potentissimus, exercitum ducens in Walliam copiosum, Wallenses omnes cum regibus suis suæ ditioni spontanea voluntate subjecit. Eodem anno West-saxonum rex Egbertus misericordia motus, Wilafo, regi Merciorum, concessit, ut regnum suum de eo teneret sub tributo. A.D. 830.

Gregorius papa creatus.

Anno Domini DCCCXXXI. [2]Gregorius sedit in cathedra Romana annis sedecim. Eodem anno Wlsius, Eboracensis archiepiscopus, naturæ debitum solvit et [3]Wimundus successit. A.D. 831. Gregory IV. pope.

Anno Domini DCCCXXXII. defuncto Wilfrido, Cantuariensi archiepiscopo, [4]successit Ceolnothus et anno sequenti pallium suscepit. A.D. 832.

Ut Dani insulam ovium deprædaverunt.

Anno Domini DCCCXXXIII. [5]exercitus Danorum, infidelium piratarum, postquam apud Dunemutham victi et fugati fuerunt, Scapeiam, id est, ovium insulam, deprædati sunt; applicuerunt enim ibidem pagani illi cum navibus viginti quinque, et spoliata insula illa navigaverunt et appli- A.D. 833. Irruption of the Danes.

[1] *In Northanhumbriam,*] to Dore, in 827, according to the Sax. Chron.

[2] *Gregorius,*] the fourth. His death is recorded below in 844, in the January of which year he is supposed to have died.

[3] *Wimundus.*] His death is recorded below in 854. If a charter of king Uuitlaf is to be relied upon, Eanbald was living in the year 833. Spelm. Concil. p. 338.

[4] *Successit Ceolnothus.*] Wendover here omits Feologild, who was consecrated archbishop 9th June, and died 30th August. The Sax. Chron. records the death of Ceolnoth in 870.

[5] *Exercitus Danorum.*] So Sax. Chron. and others, ad an. 833.

cuerunt in loco, qui [1]Carrum nuncupatur, prædis ibidem et spoliis vacantes, nulli sexui pepercerunt.

Ut Dani regem Egbertum de prælio fugaverunt, multis interfectis.

A.D. 834. Anno Domini DCCCXXXIV. rex Egbertus, ingenti exercitu congregato, contra prædictos paganos vexilla direxit et arma, sed Dani post nimiam hinc inde illatam stragem, alea belli prævaluerunt; ceciderunt itaque inter cæteros Herefridus Wintoniensis et Sigelmus Scireburnensis episcopi, cum ducibus Dudda et Osmundo. Successit autem Herefrido [2]Eadmundus episcopus et Sigelmo[3] Athelwoldus.

Qualiter Egbertus rex Danos cum Wallensibus in fugam compulerit.

A.D. 835. The Welch and Danes routed by Ecgberht. Anno Domini DCCCXXXV. Wallenses cum Danis, junctis viribus, igne et ferro regnum Egberti invadentes, castella ejus et municipia diruere satagebant; quo audito, rex Egbertus cum exercitu copioso [4]hostibus occurrens maximam ex obstantibus stragem fecit et tandem Danos cum Wallensibus damnosam inire fugam coegit, patriamque ab hostium irruptione liberavit.

Rex Egbertus iterum Danos prælio superavit.

A.D 836. Ecgberht again victorious. Anno Domini DCCCXXXVI. idem rex Egbertus novum Danorum adventantem exercitum contritione gravi conterens in fugam convertit.

---

[1] *Carrum ;*] supposed to be Charmouth in Dorsetshire.

[2] *Eadmundus.*] Of his death nothing is known; Angl. Sacr. i. p. 195.

[3] *Sigelmo,*] called in the Sax. Chron. 'Wigeno.' Godwin imagines this to have been Wilbertus, and his successor Eahlstan, mentioned below in 854; and places Sigelm and Ethelwald, with greater reason, at the end of this century.

[4] *Hostibus occurrens.*] This was the battle of Hengstan, in Cornwall; Sax. Chron. ad an.

Gregorius papa urbem, quam fundaverat, Leoniam appellavit.

Anno Domini DCCCXXXVII. papa Gregorius novæ urbis fabricam nuper consummatam a semetipso 'Leoniam' appellavit, qui Leo quartus antea fuerat nuncupatus. [1]Eodem anno rex occidentalium Saxonum Egbertus, expletis in regno annis triginta septem et mensibus septem, ex hoc seculo transiens, apud Wintoniam sepulturam accepit; cui succedens [2]Athelwlfus filius ejus, quem quidam Adulfum appellant, viginti annis et quinque mensibus imperavit. Iste Athelwlfus de regina sua quatuor filios inclytos generavit, quorum primus dictus est Eadbaldus, secundus Ethelbertus, tertius Ethelredus, quartus Alfredus, qui omnes post patrem per ordinem regnaverunt. Quintum habuit filium nomine [3]Ethelstanum, non de matrimonio generatum, cui pater Athelwlfus omnia regna, quæ ejus genitor Egbertus potenter adquisierat, contulit, occidentalium Saxonum solummodo ipse contentus regno.

A.D. 837. Death of Ecgberht. Aethelwulf succeeds.

Dani venerunt in Angliam.

Anno Domini DCCCXXXVIII. applicuerunt [4]Dani in portu Hamonis cum navibus triginta tribus, magna comitis superbia; quos comes Wlfwardus

A.D. 838. Danes land at Southampton.

---

[1] *Eodem anno rex.*] The death of Ecgberht is placed by the Sax. Chron. in the preceding year; see Malmsb. p. 149, *note* [3].

[2] *Athelwlfus.*] From Malmsbury, p. 149. His death is recorded below, in 857, where it is stated that he reigned seventeen years; in the Sax. Chron. it is said that he reigned eighteen years and a half; see Malmsb. p. 149, *note*.

[3] *Ethelstanum.*] The Sax. Chron. Florence, and Malmsbury are all silent with respect to Aethelstan not having been born in wedlock; the assertion, therefore, here is to be received with caution.

[4] *Dani in portu Hamonis.*] The landings of the Danes at Hampton and Portland, or Portsmouth, are placed by Florence and the Sax. Chron. in the preceding year.

prælio commisso, multis ex eis millibus interfectis, turpiter abire coegit; sed non multo post eodem anno, iidem pagani in ostium portus adpulsi, patriam depopulari contendunt. Rumore itaque divulgato, dux Athelhelmus, cum Dorsetensibus occurrens, ipsos diu convertit in fugam, sed inconsulte viribus utens, dum nimis cum suis inordinate processit, ab ipsis interfectus est.

De causa Danicæ afflictionis.

Danish invasion incurred by the sins of the nation.

Nunc igitur cum ad plagam maximam et horribilem pervenimus, quæ, peccatis exigentibus, per Danos Angligenis nationibus illata est, libet ejusdem cladis causam, ad cautelam futurorum, breviter[1] legentibus intimare. In Anglorum quidem ecclesia primitiva religio clarissime resplenduit, ita ut reges et reginæ, principes ac duces, comites et barones ecclesiarumque rectores, cælestis regni desiderio succensi, monachatum, spontaneum exilium, vitam solitariam, ut præmonstravimus, certatim appetentes, relictis omnibus, Dominum sequerentur; processu vero temporis adeo in eis virtus emarcuit, ut nulla gens proditione vel fraude eis consimilis videretur, nec erat eis invisum aliquid nisi pietas et justitia, nec honor nisi bella plusquam civilia et sanguinis effusio innocentium. Misit ergo eis Deus omnipotens gentes paganas et crudelissimas, velut apum examina, quæ ne quidem sexui muliebri aut parvulorum parcerent ætati, Danos scilicet et Norwegenses, Gothos et Swathedos, Wandalos et Fresos, qui ab exordio regis Athelwlfi supradicti usque ad Normannorum adventum, per annos ferme ducentos triginta, terram

[1] *Breviter legentibus intimare.*] The account following is taken principally from the prologue to the fifth book of Henry of Huntingdon's History.

hanc peccatricem a mari usque ad mare et ab homine usque ad pecus deleverunt; siquidem Angliam crebro et undique invadentes, non eam subjugare ac possidere, sed prædari ac perdere satagebant. Qui si aliquando vincerentur, nihil proficiebant Angli, cum alibi classis major et exercitus ex improviso et subito adveniret; nimirum dum modo reges Anglorum in plagam regni orientalem contra illos tenderent pugnaturi, antequam turmis appropinquassent hostium, nuntius advolabat dicens, 'Quo nam rex iter sumitis? Ecce nunc classis paganorum innumerabilis, ex australi parte regni littora occupans, urbes et villas prædans, ferro quæque sibi obvia et incendio conflagravit.' Non minus ideo rumor hujusmodi ab oriente vel occidente aut aquilone superveniens omnem indigenis spem salutis ademit; sicque tot malis ac rumoribus sinistris reges cum subjectis cordibus desecantes, contra hostiles incursiones dubium certamen inibant; unde contigit, quandoque cives, quandoque vincerentur et hostes.

Anno Domini DCCCXXXIX. Herebertus comes pugnavit contra paganos apud [1] Mersuuarum, ubi, Danis vincentibus et suis bellatoribus fugientibus, idem comes occubuit. A.D. 839. Wars with the Danes.

Anno Domini DCCCXL., defuncto rege Northanhumbrorum Andredo, [2] Athelredus, filius ejus, septem annis successit. A.D. 840.

Anno Domini DCCCXLI. [3] paganorum exercitus A.D. 841.

---

[1] *Mersuuarum;*] perhaps Romney Marsh, in Kent. This action is placed by the Sax. Chron. in the previous year.

[2] *Athelredus . . . septem annis.*] His death is recorded below in 848. The year of his deposition, 844, is here probably omitted.

[3] *Paganorum exercitus.*] Huntingdon places the incursions of the Danes into 'Lindseie and Estangle' in the same year with the battle of Mersc-ware, all of which are placed by the Sax. Chron. and Florence in 838. In 840 they record the battle of Charmouth.

per orientales Angliæ partes, id est, per Cantiam et Est-angliam, hostiliter perrexit, ubi turbam innumerabilem interfecit. Eodem quoque tempore Lindissæ regionem iidem pagani depopulati sunt. Eodem anno, mortuo Ludovico pio rege Francorum et patricio Romanorum, [1] Lotharius successit annis quindecim.

A.D. 842. Anno Domini DCCCXLII. exercitus Danorum nefandissimus terram Angliæ profundius ingredientes [2] circa Doroberniam et Roffecestriam ac Londoniarum civitatem multitudinem hominum maximam utriusque sexus peremerunt.

Lotharius hostes suos afflixit.

A.D. 843. Anno Domini DCCCXLIII. [3] Lotharius, rex Francorum et imperator Romanorum, in Saxoniam pergens libertorum conspirationem, dominos suos opprimere volentium, fortiter compescuit, auctoribus factionis damnatis capitaliter.

Sergius papa creatur.

A.D. 844. Sergius pope. Anno Domini DCCCXLIV. [4] Sergius, qui et Pelagius, sedit in cathedra Romana annis tribus. Eodem anno rex West-saxonum Athelwlfus [5] apud Carrum contra gentem Danicam pugnavit, sed Dani victoriam sunt adepti. [6] Eodem anno rex

---

[1] *Lotharius*] succeeded to the empire in 840, and died 28th or 29th of September 855. Louis was succeeded in the kingdom of France by Charles le Chauve.

[2] *Circa Doroberniam.*] From Huntingdon, who states this incursion to have happened the year after the ravages in Kent.

[3] *Lotharius rex.*] So Sigebert, ad an. 843.

[4] *Sergius.*] He died the 27th January 847.

[5] *apud Carrum.*] Supposing Aetheluulf to have ascended the throne in 839, this, according to Huntingdon, would be the year in which the battle of Charmouth was fought, since he says that it took place in the fifth year of his reign.

[6] *Eodem anno.*] The Northumbrian kings were at this time of so little consequence, that they are passed over in silence by the earlier chroniclers. Florence says that, previous to Osberht, 'per annos septuaginta sex aliquot imperaverunt reges;' p. 577.

Northanhumbrorum Athelredus a regno fugatus est, cui Readwlfus successit in regnum, qui confestim diademate insignitus, cum paganis commisso prælio* apud Alutthelia, ipse et consul Alfredus ceciderunt cum parte maxima subditorum, et tunc iterum Athelredus regnavit.

Anno Domini DCCCXLV. [1]dux Earnulfus cum Somersetensibus et dux Osricus cum Dorsetensibus, et Alstano, Scireburnensi episcopo, ad [2]Pedredesmuthe contra Danos pugnantes, maxima ex hostibus strage facta, victoria potiti sunt. Eodem anno defuncto Egfredo, Lindisfarnensi episcopo, [3]Eanbertus successit. A.D. 845. The Danes in Somersetshire;

Anno Domini DCCCXLVI. [4]Athelstanus episcopus et consul Alcherus, apud Sandwicum contra paganorum immensum exercitum prælium conserentes, novem puppes maximas occupantes, cæteras compulerunt in fugam. A.D. 846. at Sandwich.

Anno Domini DCCCXLVII. [5]Leo sedit in cathedra Romana annis octo, mensibus tribus, diebus sex, et cessavit sedes mensibus duobus. Eodem anno defuncto Eadberto, Wigorniensi episcopo, [6]Alhunus successit. A.D. 847. Leo IV. pope.

De eclipsi solis.

Anno Domini DCCCXLVIII. Athelredo, rege Northanhumbrorum, interfecto, [7]Osbertus succes- A.D. 848. Osberht king of Northumberland.

[1] *Dux Earnulfus.*] Florence and the Sax. Chron. agree in placing this action in this year. Huntingdon says that it was fought in the fifth year after the battle of Charmouth.

[2] *Pedredesmuthe.*] The mouth of the Pedred, or Parret, in Somersetshire; Camden, i. p. 177.

[3] *Eanbertus.*] 'Egbertus,' Florence. His death is recorded below, and by Florence, in 854.

[4] *Athelstanus episcopus.*] For 'episcopus,' 'rex' is to be read here; since the battle of Sandwich was fought by Aethelstan, king of Kent, according to Florence and the Saxon Chron., in 851, and to Asser, after the battle of Ockley, recorded below in that year.

[5] *Leo,*] the fourth; he died the 17th July 855.

[6] *Alhunus.*] He died in 872, 'ex concordi omnium sententia;' Angl. Sacr. i. p. 471.

[7] *Osbertus.*] He was killed by the Danes in 867; Simeon, ad an.

sit pro eo annis octodecim. Et eodem anno facta est [1]eclipsis solis, hora diei sexta, kalendis Octobris.

De nativitate Alfredi postea regis.

A.D. 849. Birth of Aelfred.

Anno Domini DCCCXLIX. [2]natus est Athelwlfo, regi occidentalium Saxonum, filius in provincia Bercensi in villa regia, quæ Wanetinge appellatur, quem in sacra baptismatis regeneratione vocavit Alfredum; mater vero ejus Osburga dicebatur, fœmina satis religiosa, nobili genere et ingenio, quæ filia erat Aslati famosi pincernæ regis Athelwlfi. Ortus enim erat ex Gothis et Juthis de semine duorum fratrum Stuph scilicet et Withgari; hi potestate accepta ab avunculo suo rege West-saxonum et Kenrico consobrino eorum primo Vectæ insulæ paucos Britones, quos ejusdem insulæ accolas invenerunt, in loco qui 'Withgaresburich,' id est burgum Withgari, dicitur, peremerunt, atque deinceps insulam illam, ut supradictum est, occupatam possederunt.

Death of Wulstan.

Eodem[3] anno in vigilia Pentecostes Bertferthus regis Merciorum filius, scilicet Berthwlfi, cognatum suum sanctum Wlstanum injuste peremit, erat autem [4]nepos duorum regum de regno Merciorum. Corpus vero defuncti ad monasterium tunc temporis famosissimum, quod Rependuna dicebatur, delatum et in mausoleo avi sui, regis Wilafi, dicitur tumulatum; sed illius martyrio cælestia non defuere miracula, nam de loco ubi innocenter occisus est, columna

---

[1] *Eclipsis solis;*] not noticed by Calvisius, or the other English chroniclers.

[2] *Natus est Athelwlfo.*] Compare Asser's life of Aelfred, edit. Wise, p. 3.

[3] *Eodem anno.*] Florence places this event in the subsequent year.

[4] *Nepos duorum regum.*] He was the son of Wigmund, the son of king Uuiglaf, by Aelfled, the daughter of Ceoluulf; Florence.

lucis usque ad cælum porrecta omnibus loci illius incolis per dies triginta stabat conspicua.

Anno Domini DCCCL. [1]Franci a Boemannis gravi prælio macerantur, cui bello spiritus malignus se præfuisse per os cujusdam arreptitii publice protestatus est, et per se suosque socios, spiritus scilicet superbiæ et discordiæ, egisse, ut Francigenæ hostibus terga darent. A.D. 850.

Anno Domini DCCCLI. magnus paganorum acervus, cum navibus [2]trecentis quinquaginta in ostium Thamesis fluminis veniens, Doroberniam, id est Cantuariam, depopulatus est, et regem Merciorum Bertulfum, qui contra paganos ad pugnam venerat, propulerunt in fugam. Post hoc autem audaciores effecti, cum omni multitudine sua in Sutherie convenerunt; quod a rege West-saxonum Athelwlfo cum fuisset compertum, magno exercitu congregato, cum filio suo Athelbaldo in loco qui [3]'Acle' dicitur conserto prælio, paganos superavit et eos inaudita cæde maceravit. A.D. 851. The Danes ravage Kent.

De morte Bertulfi regis.

Anno Domini DCCCLII. [4]Merciorum rex Bertulfus ab hac vita transiens Burchredum [5]viginti duobus annis habuit successorem. Hic, anno regni sui primo, filiam regis occidentalium Saxonum Athelwlfi uxorem accipiens, in regno confirmatus A.D. 852. Burgred king of Mercia.

---

[1] *Franci a Boemannis.*] So Sigebert, ad an.; but the Annal. Metens. refer this battle to the previous year. Bouquet, vii. p. 251.

[2] *Trecentis quinquaginta;*] 'ducentis quinquaginta,' according to Huntingdon. Simeon and the others read '350.'

[3] *Acle.*] Ockley, in Surrey.

[4] *Merciorum rex Bertulfus.*] The Sax. Chron. and Florence place the death of Beorthuulf and succession of Burgred in this year, and his marriage in the year following. Simeon places them both in 853; Huntingdon, in the eighteenth year of the reign of Aetheluulf.

[5] *Viginti duobus.*] He was driven from his kingdom by the Danes in 874, and fled to Rome, where he died. Malmsb. § 96.

est; celebratæ quoque sunt nuptiæ in villa regia, quæ Chippenham appellatur, ubi [1]puella Ethelsuuitha reginæ nomen promeruit.

De quadam muliere sortilega, et ejus miserabili morte.

Witch of Berkeley.

Circa dies istos [2]mulier quædam malefica in villa, quæ Berkeleia dicitur, degens, gulæ amatrix ac petulantiæ, flagitiis modum usque in senium et auguriis non ponens, usque ad mortem impudica permansit. Hæc die quadam cum sederet ad prandium, cornicula, quam pro deliciis pascebat, nescio quid garrire cœpit; quo audito, mulieris cultellus de manu excidit, simul et facies pallescere cœpit, et emisso rugitu, 'Hodie,' inquit, 'accipiam grande incommodum, hodieque ad sulcum ultimum meum pervenit aratrum;' quo dicto, nuntius doloris intravit. Muliere vero percunctata ad quid veniret, 'Adfero,' inquit, 'tibi filii tui obitum et totius familiæ ejus ex subita ruina interitum.' Hoc quoque dolore mulier permota, lecto protinus decubuit graviter infirmata; sentiensque morbum subrepere ad vitalia liberos quos habuit superstites, monachum videlicet et monacham, per epistolam invitavit. Advenientes autem voce singultienti adloquitur, 'Ego,' inquit, 'O pueri, meo miserabili fato dæmoniacis semper artibus inservivi; ego vitiorum omnium sentina, ego illecebrarum omnium fui magistra; erat mihi tamen inter hæc mala, spes vestræ religionis, quæ meam solidaret animam desperatam, vos expectabam propugnatores contra dæmones, tutores contra sævissimos hostes. Nunc igitur, quoniam ad finem vitæ perveni,

[1] *Puella Ethelsuuitha.*] She died at Pavia in 889. Malmsb. § 96.

[2] *Mulier quædam malefica.*] The story of the witch of Berkeley is taken from Malmsbury, in his account of pope Gregory VI. § 204.

rogo vos per materna ubera, ut mea tentetis alleviare tormenta ; insuite me defunctam corio cervino, ac deinde in sarcophago lapideo supponite, operculumque ferro et plumbo constringite, ac demum lapidem tribus catenis ferreis et fortissimis circumdantes, clericos quinquaginta psalmorum cantores et tot per tres dies presbyteros missarum celebratores applicate, qui feroces levigent adversariorum incursus; ita si tribus noctibus secura jacuero, quarto die me infodite humo.' Factumque est ut præceperat illis ; sed proh dolor! nil preces, nil lachrymæ, nil demum valuere catenæ. Primis enim duabus noctibus, cum chori psallentium corpori adsistebant, advenientes dæmones ostium ecclesiæ confregerunt ingenti obice clausum, extremasque catenas negotio levi dirumpunt ; media autem, quæ fortior erat, illibata manebat. Tertia autem nocte, circa gallicinium, strepitu hostium adventantium omne monasterium visum est a fundamento moveri ; unus ergo dæmonum, et vultu cæteris terribilior et statura eminentior, januas ecclesiæ impetu violento concussas in fragmenta dejecit ; diriguerunt clerici cum laicis, metu steterunt omnium capilli, et psalmorum concentus defecit. Dæmon ergo gestu, ut videbatur, arroganti ad sepulchrum accedens, et nomen mulieris ineditum ingeminans, surgere imperavit ; qua respondente, quod nequiret pro vinculis ; ' Jam malo tuo,' inquit, ' solveris.' Et protinus catenam, quæ cæterorum ferociam dæmonum deluserat, velut stuppeum vinculum rumpebat ; operculum etiam sepulchri pede depellens, mulierem palam omnibus ab ecclesia extraxit, ubi præ foribus niger equus superbe hinniens videbatur uncis ferreis, et clavis undique confixus, super quem misera mulier projecta ab oculis adsistentium evanuit ; audie-

bantur tamen clamores per quatuor fere milliaria horribiles, auxilium postulantes. Ista itaque quæ retuli incredibilia non erunt, si legatur beati papæ Gregorii dialogus, in quo refert, hominem in ecclesia sepultum a dæmonibus foras ejectum: et apud Francos Carolus Martellus insignis vir fortitudinis, qui Saracenos, Gallias ingressos, Hispaniam redire compulit, exactis vitæ suæ diebus, in ecclesia beati Dionysii legitur fuisse sepultus; sed quia patrimonia cum decimis omnium fere ecclesiarum Galliæ pro stipendio commilitonum suorum mutilaverat, miserabiliter a malignis spiritibus de sepulchro corporaliter avulsus, usque in hodiernum diem nusquam comparuit.

Wallenses ab Anglis vincuntur.

A.D. 853. The Welch conquered. Anno Domini DCCCLIII. rex West-saxonum Athelwlfus et rex Merciorum [1]Bernredus mediterraneos Britones bello vicerunt et suæ ditioni submiserunt.

Ut rex Athelwlfus decimam regni sui partem Deo et sanctis ejus dederit.

A.D. 854. Anno Domini DCCCLIV. defuncto Wimundo, Eboracensi archiepiscopo, [2]Wlferus successit. Eodem anno Eanbertus, Lindisfarnensis antistes, diem clausit extremum et [3]Eardulfus successit. Eodem anno rex magnificus Athelwlfus decimam regni sui partem Deo et beatæ Mariæ et omnibus sanctis contulit, liberam ab omnibus servitiis se-

---

[1] *Bernredus,*] rather 'Burgredus;' all agree in placing this expedition in this year.

[2] *Wlferus.*] Simeon says that he received the pall in 854, and died in 892. His death is recorded below in 895.

[3] *Eardulfus.*] His death is recorded by Florence in 900, and by Simeon in 899.

cularibus, exactionibus et tributis; [1]quam donationem et chartæ suæ confirmationem hic ponere libet, ut ipsius devotio omnibus innotescat, 'Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, in nostris temporibus bellorum incendia et direptiones opum nostrarum et vastantium crudelissimas hostium barbarorum paganarumque gentium multiplices tribulationes, affligentium usque ad internecionem cernimus tempora incumbere periculosa. Quamobrem ego Athelwlfus, occidentalium rex Saxonum, cum consilio episcoporum ac principum meorum, consilium salubre atque uniforme remedium affirmavi, ut aliquam portionem terræ meæ Deo et sanctæ Mariæ et omnibus sanctis jure perpetuo possidendam concedam, decimam scilicet partem terræ meæ, ut sit tuta muneribus et libera ab omnibus servitiis secularibus, nec non regalibus tributis majoribus et minoribus, sive taxationibus quas nos 'Witeredden' appellamus; sitque omnium rerum libera pro remissione animarum et peccatorum meorum, ad serviendum soli Deo sine expeditione et pontis constructione, arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis preces ad Deum sine cessatione fundant, quo eorum servitutem in aliquo levigamus. Placuit autem episcopis ecclesiæ Scireburnensis Alstano et Wintoniensis Swithuno, cum suis abbatibus et Dei servis, viris scilicet et fœminis religiosis, quibus supradicta collata sunt beneficia, consilium inire, ut omnes fratres et sorores, omni hebdomada die Mercurii, hoc est, Wodenesdai, in unaquaque ecclesia cantent psalmos quinquaginta et unusquisque presbyter duas missas,

Charter of Aetheluulf.

[1] *Quam donationem et chartæ suæ confirmationem.*] This charter is here abridged from Malmsbury. The reader will find the copies, as transmitted by Ingulph and that writer, in Spelman, Concil. p. 348.

unam pro rege et aliam pro ducibus ejus in hunc modum consentientibus, pro salute et refrigerio delictorum suorum ; postquam autem defuncti fuerint, pro rege defuncto singulariter et pro ducibus communiter. Et hoc sit firmiter constitutum omnibus diebus Christianitatis, sicut libertas constituta est, quamdiu fides crescit in gente Anglorum. Scripta est autem hæc donationis charta anno gratiæ octingentesimo quinquagesimo quarto, quarta indictione, quinto nonas Novembris, in urbe Wentana, ante majus altare beati Petri apostoli.'

Ut rex Athelwlfus Romam petierit.

His journey with Aelfred to Rome.

His[1] ita gestis, rex magnificus occidentalium Saxonum Athelwlfus, cum honore maximo Romam profectus, duxit secum Alfredum, filium suum juniorem, quem cæteris omnibus plus dilexit, ut a papa Leone moribus pariter et religione informaretur ibidem. Ubi cum anno integro rex cum filio demoratus fuisset, fecit filium suum ibi [2]a papa in regem coronari, atque post dies paucos ad patriam rediens duxit [3]Judetham, Caroli regis Francorum filiam, secum in Angliam sibi matrimonio copulatam ; sed interea, dum rex moram faceret in partibus transmarinis, exorta est contra regem prædictum magnatum quorundam conspiratio, ita quod facta conjuratione ab Athelbaldo, filio regis primogenito, et Scireburnensi episcopo Alstano, cum Eanwlfo, Sumersetensis pagi comite, quod a Roma repatrians nun-

[1] *His ita gestis.*] Aetheluulf's journey to Rome is placed by the Sax. Chron. in 854, by Florence and Simeon in 855, and by Asser, in the Annals, in 855, but in the life of Aelfred in 853.

[2] *A papa in regem coronari.*] Upon the unction of Aelfred at Rome, the reader is referred to Carte, Hist. i. p. 289.

[3] *Judetham,*] daughter of Charles le Chauve ; the marriage was solemnized at the palace of Verberies, in October 856.

quam reciperetur in regnum. Causa autem bifaria erat, una, quod filium juniorem Alfredum, quasi aliis a sorte regni exclusis, in regem Romæ fecerat coronari; alia, quod spretis omnibus Angliæ mulieribus, filiam regis Francorum alienigenam sibi per conjugium copulavit. Audierunt præterea conjuratores prædicti, quod, contra morem et statuta regum West-saxonum, Judetham Francorum regis filiam, quam nuper desponsaverat, reginam appellabat et in mensa ad latus suum convivari faciebat; [1]gens vero West-saxonum non permittit reginam juxta regem sedere, nec etiam Reginam, sed regis conjugem nominari. Hæc autem infamia ab Eadburga Offæ regis filia, ejusdem generis regina, exorta est, quæ virum suum Brithricum regem veneno perdidit, et juxta regem sedens, omnes regni nobiles accusare solebat, et quos accusare non potuit, potu eos venenifero necare consuevit; itaque pro reginæ maleficio, sicut superius prolixe tractatum est, omnes conjuraverant, quod nunquam regem super se regnare permitterent, qui in prædictis culpabilis inveniretur. Revertente tandem a Roma Athelwlfo, rege pacifico, prædictus filius ejus Athelbaldus, cum suis complicibus, conceptam nequitiam ad effectum perducere attentavit; sed Deus omnipotens id fieri non permisit, nam ne forte plusquam civile bellum inter patrem et filium convalesceret, ineffabili regis clementia omnium conspiratio nobilium et episcoporum cessavit, dividentis cum filio suo regnum West-saxonum, antea indivisum, ita ut pars regni orientalis in sortem filii cederet, et occidentalis patri remaneret. Et cum tota regni nobilitas pro rege decertarent et filium a jure regni

Disaffection at home.

His return.

[1] *Gens vero West-saxonum.*] Compare Asser, de Rebus Gestis Aelfredi, p. 10.

depellere vellent, si pater id fieri permisisset, ipse mentis nobilitate ab avaritiæ sese vitio excludens, filii sui concupiscentiæ satisfecit, sicque ubi pater justo Dei judicio regnare debuerat, illic filius pertinax et iniquus regnavit.

Eadmundus in regem consecratus est.

A.D. 855. Anno Domini DCCCLV. Leone papa defuncto, successit ei in cathedra Romana [1]Benedictus annis duobus, mensibus sex et diebus decem, cessavitque sedes diebus quindecim. Eodem anno [2]rex Eadmundus, ex prosapia antiquorum Saxonum originem ducens, provinciæ orientalium Anglorum culmen regiminis suscepit, anno a nativitate sua tertio decimo, die Dominicæ nativitatis octavo kalendas Januarii. Iste adolescens piissimus ab omnibus regionis illius magnatibus et populis rex electus, et ad regimen multum renitens compulsus, ab [3]Humberto, Helmhamensi episcopo, in villa regia, quæ Bures nuncupatur, munus consecrationis suscepit.

Eadmund king of the East-Angles.

A.D. 856. Louis II. emperor. Anno Domini DCCCLVI. defuncto Lothario, rege Francorum et patricio Romanorum, Ludovicus successit et imperavit annis [4]viginti uno.

Rex Athelwlfus diem clausit extremum.

A.D. 857. Death of Aetheluulf; Anno Domini DCCCLVII. [5]Athelwlfus, West-

[1] *Benedictus,*] the third. He died 5th April 858.

[2] *Rex Eadmundus.*] His death by Inguar, a Danish prince, is recorded below, and by the Sax. Chron. in 870, which Malmsbury calls the sixteenth year of his reign. He was considered as a martyr, and accordingly canonized; his day being the 22nd Nov. His life may be found in Capgrave, Nov. Leg. cvii.

[3] *Humberto,*] or Humbrithus. He is said below to have suffered with his king and master in 870.

[4] *Viginti uno.*] So Sigebert, who records his accession rightly in 855. Louis the second died 12th of August 875, and was succeeded by his uncle, Charles le Chauve. His death is erroneously placed below in 879.

[5] *Athelwlfus ... rex.*] Compare this chapter with Asser, Vit. Aelf. p. 12.

saxonum rex pacificus, inter alia bona præsentis vitæ studia, de suo transitu ad viam universitatis cogitans, ne filii ejus post obitum suum inter se disceptarent, hæreditariam scribere epistolam imperavit, in qua et regni inter filios Athelbaldum et Ethelbertum, et inter filiam et propinquos ac regni sui nobiles summam pecuniarum, quæ post se superesset, divisionem ordinabiliter mandare literis procuravit. Pro utilitate animæ suæ et salute per omne regnum suum semper in decem hidis vel mansionibus pauperem unum indigenam vel peregrinum cibo, potu et operimento, successoribus suis usque in finem seculi post se pascere præcepit, ita tamen ut si terra illa pecoribus abundaret et ab hominibus coleretur. Romæ autem singulis annis [1]trecentas denariorum mancusas portari præcepit, qui taliter dividerentur ibidem, centum mancusas scilicet in honorem sancti Petri apostolorum principis ad emendum oleum, quo implerentur omnia luminaria ecclesiæ apostolicæ in vespera Paschæ, et tantundem in galli cantu, et centum ibidem mancusas in honorem sancti Pauli eisdem de causis, centum præterea mancusas universali papæ præcepit exhiberi ad suas eleemosynas ampliandas. Iste autem rex Deo devotus ante obitum Egberti regis patris sui [2]Wentanæ urbis fuerat episcopus ordinatus, sed patre defuncto, licet multum repugnans, rex creatus est, cum non esset alius de regio genere qui regnare debuisset. Tandem cum rex Athel- his will;

[1] *Trecentas denariorum mancusas;*] 'trecentas mancusas,' Asser. Thorn calls the manca, or mancusa, 'pondus duorum solidorum et sex denariorum,' equal to seven shillings and sixpence of the present day. See Spelman, Gloss. ad *voc.* The 'denariorum' in the text is an interpolation.

[2] *Wentanæ urbis fuerat episcopus.*] So Huntingdon, p. 348; a report which probably arose from his piety and peaceable disposition.

his successors.

wlfus regnum West-saxonum annis septendecim diligentissime gubernasset, [1] viam universæ carnis ingressus, Ethelberto filiorum secundo regnum Cantiæ cum Suthsexe concessit, et filius ejus primogenitus, Athelbaldus, in West-saxia pro patre regnavit; rex vero Athelwlfus [2] apud Wintoniam sepulturam cum honore regio in ecclesia cathedrali suscepit. [3] Athelbaldus protinus cum fuisset in regem promotus, contra Dei præceptum et Christiani nominis dignitatem, necnon et contra omnium paganorum morem, torum patris defuncti adscendens, Judetham Caroli regis Francorum filiam in matrimonio ducens, effrenis duobus ac dimidio post patrem annis occidentalium Saxonum apicem crudeliter gubernavit. Eodem anno, defuncto Cedda, Herefordensi episcopo, [4] Albertus successit.

A.D. 858. Nicholas pope.

Anno Domini DCCCLVIII., mortuo Benedicto papa, [5] Nicolaus sedit in cathedra Romana annis novem, mensibus duobus et diebus viginti. Eodem anno Athelwoldus, Lichefeldensis episcopus, obiit, cui [6] Humbertus successit.

---

[1] *Viam universæ carnis ingressus.*] If we follow the Saxon Chron. this will be the year of Aetheluulf's death, since it is there stated that he went to Rome in 854, remained there one year, and died two years after his return, in which Asser and the rest agree. The Annal. Bertin., Simeon and Chron. Mailros. record his death in 858.

[2] *Apud Wintoniam;*] 'apud Sterrmrugam,' Asser.

[3] *Athelbaldus protinus.*] So Asser. Judith was only about twelve years of age when brought by Aetheluulf to England. After Aethelbald's death in 860, she returned to France, and was married to Baldwin, surnamed Bras de Fer, count of Flanders; compare Annal. Bertin. Bouquet, vii. p. 77.

[4] *Albertus.*] The time of his death is uncertain. In 872 Aethelstan is spoken of as bishop of Hereford, and in 885 the death of Esne, bishop of that see, is recorded.

[5] *Nicolaus.*] He died 13th November 867.

[6] *Humbertus.*] Wharton thinks that his death is to be placed in 867; it is recorded below in 864. See Angl. Sacr. i. p. 431.

Athelbaldus rex ad pœnitentiam rediit.

Anno Domini DCCCLIX. rex West-saxonum Athelbaldus, ab errore supradicto resipiscens, [1]dimissa Judetha noverca sua, cujus torum fœdaverat, peracta pœnitentia, tempore quo supervixit regnum cum pace et justitia temperavit. A D. 859. Penitence of Aethelbald.

Corpus Innocentii papæ in Saxoniam transfertur.

Anno Domini DCCCLX. dux Saxonum [2]Leuculfus corpus beati papæ Innocentii a Roma in Saxoniam transvexit. A.D. 860. Translation of pope Innocent.

Athelbaldus rex obiit.

Anno Domini DCCCLXI. rex West-saxonum [3]Athelbaldus anno regni sui quinto morte est immatura præreptus, et apud Scireburniam regio schemate sepultus. Successit ei in regnum frater ejus [4]Ethelbertus, qui West-saxoniam, Cantiam, Est-saxiam et Suth-sexiam, sub suo dominio mancipavit. [5]In diebus autem illius magna Danorum multitudo per oceanum adveniens, Ventam civitatem hostiliter spoliavit; quibus cum ingenti præda ad naves revertentibus, comes Hamtunensis Osricus et [6]Berrucensis comes Ethulfus illis viriliter occurrentes, multos ex eis trucidabant, cæteris per fugam elapsis. Eodem anno A.D. 861. Death of Aethelbald.

[1] *Dimissa Judetha.*] Rudborne says that this was done at the exhortation of St. Swithune, but there seems to be no other foundation for such a divorce having taken place.

[2] *Leuculfus.*] Sigebert, ad an. This was Ludolphe, father of Otta the first duke of Saxony, and grandfather of the emperor Henry, surnamed l'Oiseleur.

[3] *Athelbaldus.*] From Asser, who, however, places his death in the preceding year; so also the Sax. Chron.

[4] *Ethelbertus.*] His death is recorded below, and by the Sax. Chron., in 866.

[5] *In diebus autem illius.*] These events are recorded by the Sax. Chron. and Asser as happening in 860.

[6] *Berrucensis comes Ethulfus.*] He was killed by the Danes in 871.

defuncto [1]Rethuno, Legecestrensi pontifice, Aldredus in episcopatum successit.

De sancto Swithuno.

A.D. 862. S. Swithune. Anno Domini DCCCLXII. [2]sanctus Swithunus, Ventanæ civitatis episcopus, migravit ad Dominum. [3]Hic vir sanctus, dum adhuc vivens multarum esset possessor virtutum, præcipue tamen clementia et humilitate pollebat. Contigit autem tempore quodam hunc Dei famulum ad pontem urbis Ventanæ cum operariis forte sedere, ut suæ instantia præsentiæ desidiam laborantium provocaret; et ecce per pontem commeabat in urbem fœmina causa commercii, ferens ova, ad quam prosilientes undique operantes, ut mos est hominibus illius generis, et accessu petulanti, omnia ad unum ova confringunt; cumque factum vituperabile, muliere conquerente, ad aures pii pontificis pervolasset, et illius pauperculæ fœminæ damnum suspirasset, motus clementia mentis, signum crucis super ova confracta faciens, omnium fracturam consolidavit ovorum. De humilitate quoque beati viri hoc memoria dignum est, quod quotiescunque novam ecclesiæ fabricam dedicare debebat, eo, quamvis iter longum esset, non equo vel vehiculo, sed pede impiger contendebat; et ne id ab imperitis ridiculo haberetur, vel a superbis pro jactantiæ vitio notaretur, visibus hominum abductus, nocturnus viator iter facere consuevit; solitariæ

---

[1] *Rethuno,*] called by Malmsbury 'Bethum,' who states that he can only give a list of their names, since nothing of their acts remained.

[2] *Sanctus Swithunus.*] The Sax. Chron. places his death in 761; Malmsbury in 763; Florence on the 2nd July in this year; his life is in the Nov. Legend. cclxxviii. b.

[3] *Hic vir sanctus.*] Compare the following account with Malmsb. de Gest. Pontif., Scriptt. post Bed. p. 242.

sanctitatis amator, nulla pompa bona sua prostituenda putabat. Tandem vero vitæ præsenti valefacturus, pontificali districtione præcepit domesticis, ut extra ecclesiam cadaver suum humarent, ubi et pedibus prætereuntium et stillicidiis ex alto rorantibus foret obnoxium. Successit ei in episcopatu [1] Ealfertus, in rebus ecclesiasticis sufficienter eruditus, qui vices antecessoris aliquanto tempore prudenter exegit.

Dani hyemaverunt in insula Tanet.

Anno Domini DCCCLXIII. [2] pagani hyemaverunt in Tanet insula, firmumque pacis fœdus cum Cantuariensibus pepigerunt; sed more vulpino de nocte erumpentes ex castris, totam orientalem Cantiæ plagam depopulati sunt, et ad naves cum spoliis revertuntur. A.D. 863. The Danes winter in Thanet.

Anno Domini DCCCLXIV. Humbertus Licheſeldensis diem clausit extremum, cui [3] Kineferthus in præsulatum successit. A.D. 864.

Anno Domini DCCCLXV. [4] corpora sanctorum Eusebii et Pontiani dono Nicolai papæ ad Gallias translata, et in monasteriis voto religiosorum sancto Petro collatis honorifice tumulantur. A.D. 865.

Rex Ethelbertus defunctus est.

Anno Domini DCCCLXVI., defuncto rege Westsaxonum Ethelberto, frater ejus [5] Ethelredus regnavit pro eo quinque annis. Quo etiam tem- A.D. 866. Death of Aethelberht.

---

[1] *Ealfertus.*] Wharton imagines him to have died in 871. Godwin believes him to have been translated to Canterbury, and to be identical with Ethered, whose death is placed below in 889.

[2] *Pagani.*] Asser, ad an. 864; the Sax. Chron. in the following year.

[3] *Kineferthus,*] called by Malmsbury 'Cinebert;' Chesterfeld places his death in 890. Angl. Sacr. i. p. 432.

[4] *Corpora sanctorum.*] So Sigebert, ad an. 865.

[5] *Ethelredus.*] He died after Easter in the year 871, four days after the battle of Englefield; Asser, Sax. Chron.

pore magna Danorum classis in Angliam veniens, in regione orientalium Anglorum hyemavit, ubi et maxima pars eorum, qui pedites erant, [1]equestres effecti sunt.

Adrianus papa.

A.D. 867. Anno Domini DCCCLXVII. papa [2]Adrianus, post Nicolaum, sedit in cathedra Romana annis quatuor. [3]Eodem anno Danorum nefandus exercitus, in die Omnium Sanctorum, ab orientalibus Anglis ad Eboracensem civitatem migravit. Quo etiam tempore maxima inter Northanhumbros discordia excitata, populus regem suum legitimum Osbertum expellentes a regno, tyrannum quendam Ellam nomine, non de prosapia regali genitum, super regni apicem extulerunt; sed consilio divino, advenientibus Danis, Osbertus et Ella pacem fecerunt inter se pro utilitate communi; qui deinde junctis viribus copiosis urbem adeunt Eboracensem, quibus adventantibus pagani fugam confestim arripiunt, infra urbis mœnia se defendere decernentes, quos reges Christiani insequentes et acerrimum in hostes impetum facientes, urbis mœnia subvertunt. Tandem ingressi civitatem, pugnam contra paganos, sibi nimis damnosam, commiserunt; nam in illa pugna ceciderunt reges Osbertus et Ella, et cum eis octo consules, in die Palmarum, cum turbarum multitudine copiosa. Deinde nefandissimi victores Dani, totam Northanhumbrorum provinciam usque ad ostium Tynæ fluminis depopulantes, patriam sibi, victis hostibus, subdiderunt. Tunc regibus

State of Northumberland.

[1] *Equestres.*] Compare Carte, Hist. i. p. 297.

[2] *Adrianus,*] the second; he died in 872, recorded below in 873; so that the 'quatuor annis' is clearly a mistake.

[3] *Eodem anno.*] Compare the remainder of this chapter with Asser, Sax. Chron. and Florence, ad an. Huntingdon says that at this time their leaders were Hinguar and Ubba.

Northanhumbrorum interfectis, Egbertus quidam genere Anglicus, sub Danorum potestate regnum adeptus, illud sex annis gubernavit. Eodem anno Alfstanus, Scireburnensis antistes, diem clausit extremum; [1]qui temporibus regum occidentalium Saxonum, Egberti et filii ejus Athelwlfi, magnæ in regno potentiæ et ingentis consilii fuit, dum prædicto regi Egberto Cantuaritas et Anglos orientales bellicis laboribus subjugavit. Contra Danos quoque, qui tunc primo insulam infestabant, regis Athelwlfi sævitiam exacuit, ipse ex fisco pecuniam accipiens, ipse exercitum componens, martiis felix eventibus, contra hostes bella plurima constanter peregit. Potentiam quoque ipsius ex hoc quilibet cognoscere poterit, quod regem Athelwlfum a Roma revertentem a regno arcuerit, statuto filio ejus Athelbaldo rege pro eo, donec patrem cum filio in sortem regni regredi pateretur; reliquit autem ecclesiam suam, quam annis rexerat quinquaginta, prædivitem in prædiis undecunque adquisitis, [2]et cum esset cupiditate præfervidus, erat tamen liberalitate præcipuus. Sepultus est apud Scireburnam in ecclesia cathedrali.

Death of Ealhstan bishop of Sherborne.

Rex Alfredus uxorem duxit.

Anno Domini DCCCLXVIII. [3]Alfredus, frater Ethelredi regis, juvenis admirandæ probitatis, uxorem duxit de regali genere Merciorum, filiam

A.D. 868. Marriage of Aelfred.

---

[1] *Qui temporibus regum.*] This is an interpolation by Wendover from Malmsbury, de Gestis Pontif. p. 207. Asser and others speak of his death simply as having taken place 'postquam episcopatum per quinquaginta annos honorabiliter rexerat,' and add, 'in pace Scireburnam sepultus est.' De Gest. Aelfr. p. 19.

[2] *Et cum esset cupiditate;*] 'prædiis undecunque adquisitis, quanta si audias, hominis vel cupiditatem vel felicitatem mireris.' De Gest. Pontif. p. 247.

[3] *Alfredus frater.*] Compare Asser, p. 10.

scilicet Ethelredi, comitis [1]Gannorum, qui cognominabatur 'Muchel,' quod Latine 'grandis' sonat. Mater vero ejus Eadburga dicebatur, de nobili genere regum prædictorum; puella vero, quam desponsaverat, Alswitha dicebatur. [2]Eodem anno sæpedictus Danorum exercitus Northanhumbros deserens, [3]Snotingeham adiit et ibidem hyemavit. Snotingeham autem Britannice 'Tinguobanc' dicitur, Latine vero 'domus speluncarum.' Burhredus quoque rex Merciorum, audito eorum adventu, nuntios ad regem occidentalium Saxonum Ethelredum et ad fratrem ejus Alfredum direxit, suppliciter auxilium postulantes, quo possent Deo et hominibus paganorum invisum exercitum expugnare. Qui protinus undique immenso exercitu congregato, Merciorum regem adeunt, et usque ad Snotingeham bellum quærentes unanimiter pervenerunt; cumque pagani, arcis tuitione muniti, prælium conserere denegarent et Christiani muros confringere non sufficerent, pace inter Mercios et paganos ad tempus composita, singuli ad propria sunt reversi. Eodem tempore oratorium sancti Andreæ apostoli Kemesie ab [4]Alcwino, Wigornensi episcopo, constructum et dedicatum est. Tunc [5]cometa apparuit manifeste.

A.D. 869. The Danes winter in York.

Anno Domini DCCCLXIX. præfatus paganorum exercitus, ad Northanhumbros denuo transiens, Eboracum petiit civitatem et ibidem [6]hyemavit.

De facto admirando Ebbæ abbatissæ sanctæ.

A.D. 870.

Anno Domini DCCCLXX. [7]applicuerunt in Scotia

[1] *Gannorum,*] or Gainsborough, Lincoln.

[2] *Eodem anno.*] From Asser, p. 19.

[3] *Snotingeham.*] In marg. 'Nottingham.'

[4] *Alcwino,*] called also 'Alhuno' by Florence. Kemesy was afterwards united to the church of Worcester.

[5] *Cometa.*] So Florence, ad an.

[6] *Hyemavit,*] 'anno integro;' Asser, Sax. Chron.

[7] *Applicuerunt in Scotia.*] Nei-

Danorum innumera multitudo, quorum duces fuerunt [1]Ynguar et Hubba, diræ perversitatis homines et fortitudinis inauditæ; qui totius fines Angliæ in exterminium adducere conantes, pueros et senes quosque sibi obvios jugulabant, matronasque sanctimoniales seu virgines ludibrio tradendas mandabant. Cumque per omnes regnorum fines tanta tyrannorum immanitas disseminata fuisset, Ebba, sancta Collinghanmensis cœnobii abbatissa, metuens ne et ipsa, cui sollicitudo regiminis et cura pastoralis commissa fuerat, cum sibi subjectis virginibus ludibrio traderetur paganorum, ut pudicitiam amitteret virginalem, convocatis sororibus in capitulum universis, in hanc vocem prorupit dicens, 'Adveneruntnuper,' inquit, 'ad partes nostras pagani nequissimi et totius humanitatis ignari, qui loca regionis hujus singula perlustrantes, nec sexui muliebri nec parvulorum quidem parcunt ætati, ecclesias et personas ecclesiasticas destruunt, fœminas sanctimoniales prostituunt, et obvia sibi quæque conterendo consumunt; itaque si consiliis meis adquiescere decreveritis, spem certam de clementia divina concipio, quod et barbarorum rabiem effugere valebimus, et perpetuæ virginitatis pudicitiam custodire.' Cui cum universa virginum congregatio certis promissionibus spopondisset, sese maternis velle in omnibus obtemperare præceptis, illa admirandæ animositatis abbatissa, palam cunctis sororibus exemplum castitatis præbens, non solum sanctimonialibus illis proficuum, verumetiam omnibus et

Heroism of Ebba abbess of Coldingham.

ther Asser, the Sax. Chron., Florence, Simeon, nor Huntingdon mention any irruption of the Danes into Scotland in this year: it seems to have been introduced by way of preface to the romantic scene at Coldingham nunnery, which immediately follows, and upon which the above-named authorities are equally silent.

[1] *Ynguar et Hubba.*] 'Inguar et Ubba' on the margin.

successuris virginibus æternaliter amplectendum, arrepta novacula nasum proprium cum labro superiori ad dentes usque præcidens, horrendum de se spectaculum adstantibus præbuit universis. Quod factum memorabile cum congregatio tota videns admiraretur, simili de se opere a singulis perpetrato, materna sunt vestigia insecutæ. Et his ita gestis, cum mane crastinum illuxisset, supervenerunt tyranni nequissimi, ut fœminas sanctas et Deo devotas ludibrio traderent, simul et ipsum monasterium spoliatum ignibus concremarent; sed conspicientes abbatissam illam et sorores singulas tam enormiter mutilatas, et in suo sanguine a planta pedis usque ad verticem tabefactas, cum festinatione recesserunt de loco illo, dum nimis longum sibi videretur vel ibidem etiam per breve temporis spatium demorari; sed inde recedentes duces prædicti præceperunt suis satellitibus nefandis, ut injecto igne monasterium cum omnibus officinis et ipsis sanctimonialibus concremarent. Sicque executione completa a ministris iniquitatis, sancta abbatissa et omnes cum illa virgines sanctissimæ ad martyrii gloriam pervenerunt.

De multorum desolatione cœnobiorum.

Destruction of monasteries.

Et his ita gestis, velificaverunt infideles nequissimi per maris littus sursum, quæque sibi obvia igne depopulantes et ferro. In hac quoque persecutione diabolica [1]destructa referuntur nobilissima monasteria in margine maris sita, id est Lindisfarnense monachorum, in quo sedes tunc erat cathedralis, quam beatus antistes Cuthbertus sacra sui corporis præsentia decoravit;

[1] *Destructa referuntur nobilissima monasteria.*] Compare the following account of the destruction of the monasteries with Ingulph. Hist. inter Rer. Anglic. Scriptt. Vett. i. p. 22, *seqq.*

Tynemüthense sanctimonialium, Gyrwense monachorum, et Weremuthense, in quibus Beda presbyter legitur educatus; Streneshalense sanctimonialium, quod Hilda abbatissa beatissima fundavit et multas in eo virgines congregavit. Et sic nefandi duces, per pagum Eboracensem transitum facientes, ecclesias, civitates et villas combusserunt, homines cujuscunque sexus et ætatis cum spoliis et jumentis funditus deleverunt; deinde sursum per flumen Humbri navigantes, consimili ibidem rabie sæviebant, indeque progressi cuncta cœnobia in paludibus sita monachorum ac virginum, interfectis habitatoribus, destruxerunt. Horum autem nomina cœnobiorum sunt, Croulandia, Thorneia, [1]Rameseia, Hamstede, quod nunc 'Burgum sancti Petri' dicitur, cum insula Eliensi et cœnobio olim famosissimo fœminarum, in quo sancta virgo et regina Etheldreda abbatissæ officium multis annis laudabiliter adimplevit.

Names of religious houses destroyed.

De causa martyrii sancti Eadmundi.

Nunc ergo quoniam in persecutione ista gloriosus [2]rex et martyr Eadmundus gladiis iniquorum Hinguar et Hubbæ fratrum interfectus occubuit, dignum est hoc in loco referre tanti causam martyrii, et unde duces prædicti occasionem nacti fuerunt regem piissimum nece adeo crudelissima condemnare. Erat igitur in diebus non longe præteritis in regno Danorum vir quidam

Causes of the martyrdom of S. Eadmund.

[1] *Rameseia.*] This has been scored out in the text by a later hand.

[2] *Rex et martyr Eadmundus.*] The life and passion of S. Eadmund, as here related, appears to have been taken principally from that written by Abbo, abbot of Fleury, who flourished at the end of the tenth century, and which is printed by Surius, tom. vii. p. 465. Compare also the account by John Bromton; Scriptt. Dec. col. 804, *seqq.*

de stirpe regia illius gentis progenitus, [1]nomine Lothbrocus; hic, cum duos filios, [2]Hinguar scilicet et Hubbam, ex uxore genuisset, quadam die cum accipitre solus brevem naviculam ingressus, ut in insulis maris et terræ vicinis anates et aviculas alias aucuparetur, subita tempestate suborta, intra maris latitudinem raptus, diebus aliquot cum noctibus huc illucque dejectus graviter vexabatur; qui tandem plurima maris pericula perpessus in Angliam projectus est, et in provincia orientalium Anglorum, quæ Nortfolc ab incolis dicitur, apud [3]Redham villam applicuit; qui forte ab hominibus regionis cum accipitre solus inventus, regi Est-anglorum Eadmundo pro miraculo præsentatur, et ab ipso rege, propter elegantissimam corporis formam, cum honore receptus, aliquandiu in curia ejus remansit, et quoniam lingua Danorum Anglicanæ loquelæ vicina est, Lothbrocus regi narrare cœpit quo casu in Angliam fuisset projectus. Placuerunt itaque Lothbroco in rege Eadmundo morum plenitudo et militiæ disciplina quamplurimum, simul et curialitas adstantium ministrorum, quos regalis industria in omni rerum ornatu et schemate verborum pleniter informavit. Ad hanc quoque Lothbrocus morum disciplinam provocatus rogabat regem propensius, ut sibi liceret in ejus curia demorari, ut regiis posset plenius instrui disciplinis; cumque rex Eadmundus petitionem ejus clementer exaudisset, junxit se Lothbrocus venatori regis nomine Berno, ut artem venatoriam, in qua fuerat eruditus ad ple-

[1] *Nomine Lothbrocus,*] called by Saxo 'Regnerus Lodbrogus,' or 'Ragnar Lodbroc;' see Pontanus, Hist. Dan. iv. p. 96.

[2] *Hinguar.*] He is called in the Saxon Chronicle 'Higwais.'

[3] *Redham,*] a village on the Yare river in Norfolk; Camden, i. p. 367; called by Bromton 'Rodham.'

num, cum ipso frequentaret; erat enim tam in aucupatione quam in venatorio exercitio gratiosus, unde in avibus simul ac bestiis capiendis pro voto ei omnia succedebant; capiebat quicquid volebat et mensam regis delicatissimis ferculis persæpe ditabat. Et cum fuisset a rege, prout ejus gentilitas permisit, dilectus, cœpit venator regis ei graviter invidere, pro eo quod in artibus prædictis ipsum in omnibus superabat, et mortali invidia contra Lothbrocum succensus, quadam die dum venatum pariter irent, furtivo impetu in eum facto, ipsum nequiter interfecit et in densitate nemoris interfectum abscondit; quo facto, recessit venator nequissimus et canes cornicando ad se vocavit. Nutrierat autem Lothbrocus leporarium quendam in curia regis Eadmundi, qui ipsum, ut fieri solet, multum dilexit, et, venatore cum cæteris canibus recedente, ille solus cum corpore domini sui remansit. In crastino quoque cum rex sederet ad mensam et inter cæteros commilitones Lothbrocum non vidisset, quæsivit propensius a ministris, quid de illo actum fuisset; cui respondens venator Bernus dixit, quod die hesterna, cum de venatu domum rediret, ipse remansit in silva post eum et, quod eum postea non viderit, profitetur; sed vix verba compleverat, et ecce leporarius, quem nutriverat Lothbrocus, regiam [domum] ingressus omnibus et maxime regi adulante cauda applaudere satagebat; quem rex cum vidisset, adstantibus dixit, 'Ecce,' inquit, 'canis Lothbroci adveniens dominum venientem prævenit;' et præ gaudio rex canem diligenter pavit sperans per eum ejus dominum adventurum, sed secus contigit quam sperabant; nam illico, cum leporarius satiatus fuisset, reversus est ad dominum suum et juxta corpus ejus consuetas excubias celebravit.

Qui iterum post triduum, fame illum compellente, ad mensam regis ingressus denuo reficiendus, rex vehementer admirans jussit insequi vestigia canis si recederet ab aula, et diligenter quo pergeret explorare. Factum est a ministris ut eis a rege fuerat imperatum, et canem recedentem subsequentes ad Lothbroci corpus exanime sunt perducti. Cum ergo hæc regi declarata fuissent, perturbatus est vehementer et jussit, ut corpus sepulturæ honestius traderetur.

Ut, depopulata Est-anglia, strages hominum sit secuta.

Devastation of East-Anglia by the Danes.

Tunc rex Eadmundus, diligenti de morte Lothbroci facta inquisitione, Bernum venatorem de opere nefando convicit, et jussit a militibus de curia sua adjudicari ac legis peritis, quid de homicida foret agendum; ac omnes in hoc pariter consenserunt, ut venator in illa navicula, in qua sæpe dictus Lothbrocus in Angliam applicuit, poneretur, et in medio maris solus sine omni instrumento navali dimissus probetur, si illum Deus velit a periculo liberare. Itaque venator, juxta quod sententiatum fuerat, in profunditatem maris dimissus, post dies paucos in Daniam est projectus, qui cum a portuum custodibus inventus fuisset, cognoverunt naviculam Dani, quod in illa dominus illorum Lothbrocus consueverat aucupari, et perduxerunt eum ad Hinguar et Hubbam, filios Dani in Anglia interfecti, viros potentes et crudeles, qui continuo adhibitis tortoribus exegerunt a Berno, quid de patre suo, qui in illa navicula ab eis fuerat subtractus, actum fuisset. Bernus quoque graviter et diu diversis afflictus tormentis, fingens mendacium, dixit, quod pater eorum, cum casu applicuisset in Angliam, a rege Est-anglorum Ead-

mundo inventus, ipso jubente fuerat interfectus; at illi prorumpentes in fletum amarissimum, de morte patris sui inconsolabiliter perturbati, juraverunt per omnipotentes deos suos, quod mortem illam non relinquerent impunitam; Bernum quoque venatorem, qui in navicula patris sui advenerat, constituerunt ductorem suum, ut se in regem Eadmundum vindicarent. Ac deinde, congregato exercitu copioso, cum viginti millibus armatorum mare ingressi versus regionem orientalium Anglorum vela direxerunt et arma, ut se in regem Eadmundum de morte illa penitus insontem ultum irent; veruntamen ventis in contrarium classem impellentibus, in Scotia apud Berwic super Tuedam compulsi sunt applicare, ubi præscriptam depopulationem inchoantes, sæviendo ubique, tandem ad Est-angliam pervenerunt, et apud villam, quæ [1] Redford dicitur, castrametati quoscunque invenerunt ibi viros ac mulieres in ore gladii peremerunt. Denique cum ibidem tyrannus Hinguar nequissimus ex multitudine interfectorum suam aliquantulum rabiem exsaturasset, quosdam plebeios advocat, quos gladio suo judicabat indignos, atque ubi rex eorum tunc temporis vitam duceret, solicitus investigat; fama namque ad eum pervenerat, quod piissimus rex Eadmundus viribus et armis esset strenuus ac in omni corporis dimensione simul et proceritate incomparabilis; quocirca festinabat quos circumquaque reperit neci tradere, ne multo stipatus militum agmine ad patriæ defensionem sufficere potuisset. Morabatur autem eo tempore gloriosus rex et futurus martyr Eadmundus in villa regia, quæ [2] Haeilesdune dice-

The Danes land at Berwick.

[1] *Redford;*] more properly 'Thetford.'

[2] *Haeilesdune.*] 'Eglesdon sive Halesdon, modo vero Horne dicitur,' Bromt. col. 805. Now Hoxon, on the river Waveny, in Suffolk.

batur, a qua et silva, quæ vicina est, eodem nomine appellatur, ut a vulgo acceperat prædo nequissimus; unde accito ad se dolose de commilitonibus uno, eum direxit ad regem mandans, ut cum eo thesauros dividat et paternas divitias, sub ipso regnaturus; sed nimis fraudulenter Hinguar thesauros exigebat, qui clementissimi regis caput potius quam pecunias sitiebat. Miles igitur, cum volatu citissimo ad regem Eadmundum pervenisset, in hunc modum ora laxavit;

De nuntio Hinguar ad regem Eadmundum misso.

Hinguar's message to Eadmund.

'Dominus[1] meus ubique metuendus Hinguar, rex Danorum invictissimus, ad hanc patriam hyematurus advenit; cujus potentiæ si aspernator exstiteris, et vita indignus et regno judicaberis.' Et sic omnia, quæ sibi imposita fuerant, ut prædiximus, cum regi per ordinem retulisset, piissimus rex Eadmundus alto cordis dolore ingemuit, et advocato Humberto, Helmhamensi episcopo, consilium quæsivit ab ipso dicens, 'O serve Dei vivi, Humberte, et dimidium animæ meæ, ecce adventus barbarorum imminet inimicorum, qui dulcem patriam cum suis habitatoribus jam pro parte desolatam, quod residuum est a nostrorum memoria successorum funditus delere conantur; sed ecce, me occumbente, utinam subjectus mihi populus vivus evadere potuisset; nam ego pro amore regni temporalis, vel lucro vitæ præsentis, non me subjiciam tyranno gentili, cum pro gente

[1] *Dominus meus ubique.*] The message is thus given by Bromton: 'Terra marique metuendus dominus noster Inguar, rex invictissimus, diversas terras armis sibi subjiciendo ad hujus provinciæ littus optatum cum multis navibus hiematurus appulit, et tibi mandat, ut cum eo antiquos thesauros et paternas divitias dividas, sub eo similiter regnaturus; cujus si aspernaris potentiam innumeris legionibus fultam, vita indignus judicaberis et regno.' Chron. col. 805.

moriens et patria miles possem fieri signifer Regis æterni.'

Cui antistes, 'Quos rex,' inquit, 'mihi dilectissime, optas patriæ superstites habere, nisi fugæ præsidio præcaveritis, aderunt confestim proditores nefandi, qui te cum tibi subjectis auferre de medio conabuntur.' At rex clementissimus, 'Hoc est,' inquit, 'quod votis omnibus antepono, ne supersim meis fidelibus et carissimis amicis, quos furtive pirata perdidit truculentus; et quidem suggeris, ut gloriæ nostræ crimen inferam, qui nunquam militiæ probra hucusque sustinui. Est quoque mihi super hoc arbiter Rex cælestis, quod nullus me barbarorum metus a caritate Christi sive vivum, sive mortuum, separabit.' Tunc conversus ad nuntium beatissimus rex Eadmundus, qui ab Hinguar impiissimo fuerat destinatus, 'Madefactus,' inquit, 'cruore meorum mortis supplicio dignus existeres; sed Christi mei exemplum imitatus, si ita contigerit, pro ipso libenter mori minime pertimesco; rediens vero ad dominum tuum festinus, mea illi responsa perferto. [1]Thesauros quoque nostros, quos nobis contulit divina providentia, sive divitias, si potenter surripias, me tamen tuæ infidelitati non subjicies, honestum est enim perpetuam defendere libertatem simul fideique puritatem, pro quibus etiam, si necesse est, occumbere non inutile reputamus. Igitur, ut cœpit tua superba feritas, post famulos regem jugula, quoniam hæc videns Rex regum me in cælum transferet æternaliter regnaturum.'

---

[1] *Thesauros quoque nostros.*] The answer, according to Bromton, was as follows: 'Noveris quod pro amore vitæ temporalis Christianus rex Eadmundus non subdet se pagano duci, nisi prius effectus fuerit Christianus;' col. 805.

De prælio inter regem Eadmundum et Hinguar commisso.

Battle of Thetford.

Recedente itaque nuntio truculento, rex Eadmundus jussit commilitones ad arma convolare, asserens, dignum pro fide pariter pugnare et patria, ne desertores militiæ se esse et depopulatores probarentur. Igitur ad instantiam Humberti episcopi, ac nobilium virorum et commilitonum suorum, animatus beatissimus rex Eadmundus, cum toto exercitu quem habere potuit audacter processit in hostes, et non longe ab urbe, quæ [1] Redford appellatur, contra adversarios sibi obviam venientes grave certamen ac nimis utrobique damnosum commisit. Nempe cum a mane diei usque ad vesperam mutua se nece prostravissent, et pro nimia interfectorum multitudine ac sanguine loca certaminis rubuissent, piissimus rex Eadmundus, non solum ex strage commilitonum suorum pro patria, gente et fide Jesu Christi decertantium, quos jam martyrio coronatos agnovit, condolebat, verum etiam pro nece barbarorum infidelium ad inferni barathrum detrusorum nimis amare lugebat. Recedentibus itaque primitus de loco funeris paganis, beatissimus confessor Christi, rex Eadmundus, cum reliquiis commilitonum suorum, qui superstites erant, ad Haeilesdune villam regiam profectus, immutabiliter statuit in animo suo, se nunquam de cætero contra barbaros pugnaturum; sed hoc solummodo dixit, sibi fore necessarium, ut 'solus moriretur pro populo et non tota gens periret.'

De passione beati Eadmundi regis et martyris.

Passion of S. Eadmund.

Hinguar igitur, cum de strage suis illata in-

[1] *Redford.*] On the margin 'Tetford.'

consolabiliter anxiaretur, venit ad eum apud Thedford Hubba frater ejus, qui jam Merciam totam depopulaverat, cum decem millibus armatorum, et sic junctis viribus, ut se vindicarent in sanctum regem Eadmundum, castra moventes ad Haeilesdune villam, ubi rex beatissimus Eadmundus tunc erat, celeriter pervenerunt. Tunc tyrannus Hinguar jussit circumcingi regem cum turba, ne quidem ex omnibus elaberetur vivus. Sanctissimus itaque rex Eadmundus, cum se ab hostibus undique vallatum cognosceret, de consilio Humberti, Helmhamensis episcopi, confugit ad ecclesiam, ut se membrum Christi ostenderet, et, armis temporalibus projectis, cælestia induit, humiliter Patrem et Filium cum Sancto Spiritu deprecans, ut sibi in passione constantiam largirentur. Igitur a ministris iniquitatis clementissimus rex Eadmundus ab ecclesia truculenter loris dirissimis coarctatur, et sicut Christus ante Pilatum præsidem, ita ducitur Eadmundus ante iniquum ducem; quo jubente, ad arborem quandam, quæ non multum aberat, religatus diutissime flagellatur, multisque modis illuditur. Sed invictus athleta Christi Eadmundus inter flagella Christum semper invocando tortores suos compulit in furorem, et ad ipsum tunc arcubus, quasi ad signum, ludendo, totum corpus ejus telis confodiunt et sagittis; nec erat locus in corpore martyris vacuus, quo novum posset imprimi vulnus, nam sicut hericius in cute densis armatur spinis, ita corpus invicti regis spiculis configitur et sagittis. Cumque nec sic Hinguar carnifex truculentus sanctum martyrem Eadmundum a fide Christi et confessione Trinitatis potuit separare, ut suis iniquis persuasionibus præberet assensum, protinus lictori mandat, ut ense cruento martyris caput præcidat; at lictor sanc-

tum de stipite truculenter avulsum, inter verba orationis et confessione Christi nominis, unico ictu ipsum decapitando duodecimo kalendas Decembris gratissimum Deo holocaustum, et in igne passionis examinatum, cum palma victoriæ et corona justitiæ transmisit ad cælum. Corpus vero martyris ministri diaboli capite truncatum relinquentes, et in silvam, cui Haeilesdune nomen est, adportantes, inter densa veprium fruteta projecerunt; adhuc enim laborabant lanistæ iniqui, ne a Christianis, quos paucos superstites reliquerant, corpus martyris sepulturæ, ut decebat, cum capite traderetur. Didicerant namque Hinguar et Hubba, piratæ nequissimi, in silva jam dicta olim de medio sublatum fuisse Lothbrocum patrem suum; unde falsa suggestione Berni venatoris, beati regis et martyris Eadmundi talionem reddere cupientes, in silva eadem caput ejus ignominiose projecerunt, avibusque cæli tradentes et bestiis devorandum. Passus est autem cum sanctissimo rege Eadmundo comes ejus individuus Humbertus, Helmhamensis antistes, qui regem eundem in regni fastigium sublimaverat, et constantia invicti regis ad martyrium animatus, cum ipso est regni cælestis possessor effectus. Sicque rege beatissimo ad cælestia translato, pagani nimium gloriantes hyemaverunt in regione illa, expulsis paucis indigenis, qui superstites cladi prædictæ fuerunt. Eodem anno Ceolnothus, Cantuariensis archiepiscopus, diem clausit extremum, cui successit [1]Ethelredus, vir venerandus et in rebus divinis sufficienter eruditus.

---

[1] *Ethelredus;*] called in the Sax. Chron. 'Aethered,' where he is said to have died in 888. His death is recorded below and by Florence in 889; it occurred on the last day of June. Obituar. Cantuar. Angl. Sacr. i. p. 53.

De inventione capitis sancti Eadmundi.

Discovery of the head of S. Eadmund.

Cum igitur post martyrium beatissimi regis Eadmundi, fratres Hinguar et Hubba, Deo odibiles, hyemale tempus in regione Est-anglorum, prædis vacantes et rapinis, jam pro parte expleverant, venit ibidem ad eos Gytro quidam de regibus Danorum potentissimus, ut cum prædictis fratribus hyemaret. Superveniente itaque tempore vernali, omnes pagani ab Est-anglia pariter recesserunt; quo audito, Christiani undecunque de latibulis erumpentes summopere satagebant, ut caput beati regis Eadmundi inventum reliquo corpori uniretur, et sepulturæ corpus integrum more regio traderetur. Cumque omnes pari affectu ad id occurrerunt et silvas perlustrando caput martyris diligenter quærerent, res contigit dictu mirabilis et seculis inaudita; nam cum caput quærendo inter silvas et veprium densitates, socii ad socios mutuis clamoribus patria lingua ['Ubi es? ubi es?' interrogarent, caput martyris eadem lingua] respondens dixit, 'Her, her, her,' quod Latine dicitur, 'Hic, hic, hic;' nec cessavit eadem repetendo clamare quousque singulos ad se perduxit; ubi cum capite lupus, ingens et visu horribilis, repertus est, qui caput sacrum inter brachia complectens beato martyri excubias impendebat. Adsumentes itaque homines caput intrepidi, profusis Deo laudibus, ad suum corpus detulerunt, subsequente lupo illos usque ad locum sepulturæ; tunc caput corpori conjungentes in mausoleo competenti illa pariter concluserunt, quo facto, lupus dilectæ solitudinis secreta petivit. Constructa est autem in eodem loco, pauperrimo opere, a fidelibus ecclesiola, ubi [1]postea, per multa annorum curricula corpus

[1] *Postea, per multa annorum curricula.*] Bromton's account states that his translation to St. Edmund's-bury took place in the time of Sweyn; compare what is written below in 1014.

sanctissimum requievit. Passus est autem verissimus rex et martyr Eadmundus anno Domini octingentesimo septuagesimo, anno ætatis suæ vicesimo nono, regni sui vero anno decimo sexto, die duodecimo Decembris, in indictione tertia, luna existente vicesima secunda.

Ut corpus sancti Eadmundi inventum fuerit incorruptum.

Translation of the body of S. Eadmund.

Elapso deinde multorum intervallo annorum, sedatis penitus bellorum incendiis, cœpit fidelium pietas respirare, qui in loco ubi corpus martyris requievit, [1]Hoxen nunc ab incolis nuncupato, visis creberrimis miraculorum signis, in villa regia, quæ lingua Anglorum [2]'Betrischesworthe,' Latine vero Beodrici curtis sive habitatio, nominatur, basilicam permaximam construxerunt, et ad illam sanctum martyrem in magno tripudio transtulerunt. Sed mirum dictu contigit; nam cum corpus martyris pretiosissimum ob spatium diuturni temporis putrefactum ab omnibus putaretur, ita integrum repertum est et illæsum, ut non solum caput corpori redintegratum et compaginatum, sed omnino nihil in eo vulneris, nihil apparuerit cicatricis. Sicque Deo dignus martyr Eadmundus, viventi simillimus, ad locum memoratum est translatus, apparente in collo ejus in signum martyrii per gyrum quasi filo coccineo, sicut testari solita fuit quædam beatæ recordationis fœmina, Oswen vocata, quæ ad sacrum martyris sepulchrum, jejuniis sæpe vacans et orationibus, permulta [transegit] annorum curricula, [3]revulso beati martyris mausoleo, in cœna

[1] *Hoxen,*] before called Eglesdune.

[2] *Betrischesworthe,*] now Bury Imund's, Suffolk.

[3] *Revulso beati martyris.*] 'Cui venerabili fœminæ aut divina miseratione aut nimia devotione mos inolevit, ut sepulchro beati mar-

Dominica, ejus attondendo capillos et ungues præcidendo; quæ omnia diligenter colligens, et in capsella recondens, super altare illius ecclesiæ ponere consuevit, ubi usque in hodiernum diem veneratione debita conservantur.

De translatione episcopatus Dommocensis usque ad Helmham.

Bishops of Helmham.

Eodem anno obiit Weremundus, Dommocensis episcopus, post quem translata est sedes illa apud Helmham, et pro duobus episcopis, quorum unus sedem habuit apud Dommoc et apud Helmham alter, unus est ordinatus episcopus, nomine [1]Wilredus, qui in eodem loco hos habuit successores, Athulfum, Alfricum, Theodredum, Ethelstanum, Algarum, Alwinum, Alfricum, [2]Stigandum, Ethelmum, Herstanum.

Ut Danorum exercitus Est-angliam deserens West-saxoniam invasit.

A.D. 871. The Danes invade Wessex.

Anno Domini DCCCLXXI. [3]supradictus paganorum exercitus orientales Anglos deserens et regnum occidentalium Saxonum adiens, venit ad villam regiam, quæ 'Radingum' dicitur, ad meridiem Thamesis fluminis sitam, in pago videlicet Berrocensi. Post quorum adventum die tertio duo comites eorum cum multitudine copiosa ar-

tyris in divina cœna patefacto per aliquot annos ejus attondendo præcideret capillos et ungues;' Bromton, Chron. col. 806.

[1] *Wilredus.*] The time of his death is uncertain; Godwin asserts that from his time to that of his successor, Alfricus, the see remained vacant an hundred years, on account of the unsettled state of the kingdom; but Wharton shows that Adulphus, or Athulphus, was consecrated by Odo archbishop of Canterbury in or before 955. Angl. Sacr. i. p. 404.

[2] *Stigandum, Ethelmum.*] Grimketel succeeded Stigand, and was followed by Ethelmer, or Egelmar; compare Malmsb. de Pontif., p. 238, with Wendover, below, ad an. 1038.

[3] *Supradictus paganorum.*] The account following is taken from Asser, Vit. Aelfr. p. 20, *seqq.*

matorum exierunt ad prædandum, aliis interim vallum facientibus inter duo flumina, Thamesim scilicet et Kenetam, a parte dextera ejusdem villæ. Quibus [1]Athulfus, comes Berrucensis, cum suis, in loco qui 'Anglefeld,' id est campus Anglorum, dicitur, obviavit, ubi acriter ex utraque parte pugnaverunt, donec comes unus paganorum cum majori parte sui exercitus deletus reliquis causam præbuit fugiendi; sicque Christianis victoria potitis, post dies quatuor Ethelredus rex, et frater ejus Alfredus, exercitu congregato, ad Radingum venerunt, cædendo et prosternendo quoscunque ex paganis extra arcem invenerunt. Tandem pagani ex omnibus portis erumpentes totis viribus prælium commiserunt, ubi diu et acriter præliantes comitem Athulfum peremerunt et Christianos in fugam coegerunt; ex quo casu Christiani plurimum perturbati, convenerunt iterum post quatuor dies ad pugnam, in loco qui [2]'Essesdune,' id est mons fraxini, dicitur, cum tota fortitudine quam habere potuerunt. Sed pagani in duas turmas se dividentes, in una duos reges Bascai et Haldene, in altera vero omnes consules cum suis subditis ordinarunt; quod cernentes Christiani et ipsi se similiter in duas acies statuerunt, unam regi Ethelredo et alteram Alfredo fratri suo committentes. Erat autem rex Ethelredus in tentorio missam audiens, ubi cum sæpius a suis invitaretur ad certamen, constanter affirmavit se non recessurum priusquam presbyter missam complevisset; quæ fides Christiani regis mul-

Battle of Ashdown.

[1] *Athulfus,*] before mentioned as aiding in the defeat of the Danes at Southampton in 861; he is called by Asser 'Aethelwlf.'

[2] *Essesdune.*] 'Escendune,' Malmsbury; 'Aescsdune,' Sax. Chron. and Asser: now Aston, in Berkshire, or, as Carte thinks, with more probability, Ashdown.

tum sibi profuit die illa. Erat autem in loco certaminis [1]arbor quædam admodum brevis, circa quam hostiles acies cum ingenti strepitu concurrerunt; cum autem diutius animose nimis hinc inde pugnaretur, pagani divino judicio Christianorum impetum ferre non valentes, suorum maxima parte interfecta, ignominiosam arripuere fugam; quo in loco duo reges paganorum, [2]Bascai et Haldene, multaque cum eis millia interempti, descenderunt ad inferos ignibus perpetuis cruciandi. Ex altera parte, ubi consules fuerunt et duces, contra quos pugnabat Alfredus frater regis, ceciderunt consules Sidrac senex et Sidrac juvenis, Osbernus, Frane, et Haroldus, cum aliis innumeris, et totus paganorum exercitus, cum est nocte sequente et die in fugam conversus, per totam Essesdune planitiem contritus est et dispersus. Convenerunt iterum post dies quatuordecim rex Ethelredus et ejus frater Alfredus, contra paganos pugnaturi, junctis viribus, ad Basingum; quibus diu et acriter decertantibus, pagani victoriam sunt adepti. Item duobus mensibus evolutis, rex Ethelredus et frater ejus Alfredus, [3]apud Meretonam, cum nefandis pugnantes infidelibus diu vicerunt et paganos in fugam compulerunt; sed illis demum revertentibus contra Christianos, cum victoria recesserunt. In hac quoque pugna [4]Hamundus, Scireburnen-

Battle of Basing.

[1] *Arbor quædam;*] 'unica spinosa arbor,' Asser.

[2] *Bascai et Haldene;*] supposed to be two of the children of Ragnar Lodbrok. The former is called in the Sax. Chron. and by Asser 'Bachsecg' and 'Bægsceg.'

[3] *Apud Meretonam.*] This battle is omitted by Asser, but recorded in the Sax. Chron. and by Florence. The name of the place is also called Merendune, whence it has been supposed that Seaton in Devonshire is the place intended; but it is more probable that Merton in Oxfordshire was the scene of this struggle.

[4] *Hamundus,*] called by Malmsbury 'Eadmundus;' in the Sax. Chron. 'Heahmund.'

sis præsul, martyrio coronatus est, cui successit [1]Ethelhegus in episcopatum, vir in rebus ecclesiasticis eruditus.

De coronatione et genealogia Alfredi regis.

Descent of Aelfred.

Eodem anno rex occidentalium Saxonum Ethelredus [2]nono kalendas Maii diem clausit extremum; quo, regio more, apud Winburnam sepulto, Alfredus frater ejus, qui prius Romæ a papa Leone coronam susceperat et regiam unctionem, totius regni illius, cum summa omnium accolarum lætitia, gubernacula suscepit. Hujus igitur regis genealogiam veteres adscendendo texentes, ad Christum usque perduxerunt. [3]Erat autem rex Alfredus Athelwlfi magni regis occidentalium Saxonum filius, qui fuit Egberti, qui fuit Alcmundi, qui fuit Eafæ, qui fuit Eoppæ, qui fuit Ingild, qui fuit frater Inæ; qui ambo fuerunt filii Kenred, qui fuit Ceolwaldi, qui fuit Cuthwini, qui fuit Ceaulini, qui fuit Kenrici, qui fuit Creoddæ, qui fuit Cerdici; iste primus ex Anglis in regno occidentalium Saxonum regnavit. Cerdicus fuit filius Elesæ, qui fuit Gewisæ reginæ, de qua quidam Britonum generis sibi nobilitatem usurpant. Gewisa filia fuit Gewii, qui fuit Wingii, qui fuit Freawini, qui fuit Frethegari, qui fuit Broand, qui fuit Beldagi, qui fuit Wodeni; huic veteres quartam feriam dedicaverunt, quam de nomine ejus 'Wodenesday,' id est, 'diem Wodeni,' nuncupabant. Wodenus fuit filius Frethewold, qui fuit Freolaf, qui fuit Frethewlf, qui fuit Finni, qui fuit Go-

[1] *Ethelhegus.*] Of the time or manner of his death nothing is known.

[2] *Nono kalendas Maii.*] The Sax. Chron. and Asser say merely 'post Pascha;' Florence adds the day of his death, the 24th April.

[3] *Erat autem rex Alfredus.*] This pedigree is also found in the Sax. Chron. ad an. 855, Malmsbury, Asser, Ethelweard, and Florence.

dulfi, qui fuit Getæ; hunc veteres olim gentiles pro deo venerabantur, cujus Sedulius, poeta eximius, in paschali carmine mentionem faciens, ait;

'Cum sua gentiles studeant figmenta poetæ
Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu,
Ridiculove Getæ, seu qualibet arte canendi.'

Geta igitur fuit filius Teatwa, qui fuit Beau, qui fuit Seldwa, qui fuit [1]Sceaf; iste, ut ferunt, in quandam insulam Germaniæ, Scandalin nomine, de qua Jordanus Gothorum historiographus loquitur, fuit appulsus in navi sine remige puerulus, posito ad caput ejus frumenti manipulo, quem patria lingua 'schef' dicimus, Gallice vero 'garbam,' dormiens inventus est, hac ergo de causa Schef appellatus et ab hominibus regionis pro miraculo exceptus, et sedulo est nutritus; qui adulta ætate regnavit in oppido, quod tunc Slaswic, nunc vero [2]Harchebi, appellatur; est autem regio illa Vetus Anglia nuncupata, unde Angli in Britanniam venerunt, inter Gothos et Saxones constituta. Sceaf quoque fuit filius Heremod, qui fuit Itermod, qui fuit Hathræ, qui fuit Walæ, qui fuit Bedwii, qui fuit Sem, qui fuit Noæ, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalæ, qui fuit Enoch, qui fuit Jareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit DEI.

De annis puerilibus Alfredi regis.

Alfredus igitur [3]in annis puerilibus, ingenti patris sui et matris amore, super omnes fratres Life of Aelfred.

[1] *Sceaf.*] Compare Ethelweard, Chron. iii.

[2] *Harchebi;*] 'Haithebi;' Malmsbury.

[3] *In annis puerilibus.*] For the account of Aelfred following, see Asser, pp. 15, 39.

Life of Aelfred.

suos et, quod potissimum erat, ab omnibus in regno multum diligebatur, unde et in regia semper curia inseparabiliter nutriebatur. Erat enim cunctis fratribus suis forma decentior, vultu serenior, quocirca verbis et moribus gratiosior apparebat; veruntamen parentum ac magistrorum suorum incuria, usque ad annum ætatis suæ duodecimum illiteratus permansit. Saxonica tamen poemata die noctuque solers auditor et recitator docilis memoriter retinebat; in arte venatoria, aucupatoria, inque omnium peritia et felicitate incomparabilis, sicut et in aliis donis fuit. Cum vero mater ejus die quadam sibi et fratribus suis quendam Saxonicum metricæ artis librum, quem manu tenebat, ostenderet, ait illis, 'Quis vestrum citius discere poterit codicem istum, dabo ei illum.' Tunc [1]Alfredus principalis literæ libri illius pulchritudine illectus, matri respondit, 'Verene,' inquit, 'dabis librum illi ex nobis, qui citius illum intelligere et coram te poterit recitare?' Et illa, 'Dabo,' inquit. Tunc ille librum tollens magistrum adiit, legit, et ad matrem rediens illum memoriter recitavit. Deinde, usu adsiduo sine intermissione, psalmos Davidicos et orationes in uno libello conscriptos, et in sinu suo gratia devotionis impositos, inseparabiliter circumducens, adsidue ruminabat, audierat namque a magistro quod rex illiteratus sit asinus coronatus; sed cum in flore juventutis constitutus, cerneret 'legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ et illum ducentem captivum in legem peccati,' sæpissime in gallicantu et horis matutinalibus clam de strato surgens, ecclesias et sanctorum reliquias, orandi

[1] *Alfredus principalis;*] 'divina inspiratione instinctus et principalis,' Asser, p. 16.

gratia, visitabat, ibique diu in oratione prostratus Dei misericordiam implorabat, ut mentem ejus in amorem suæ dilectionis, per aliquam corporis infirmitatem quam sustinere posset, corroboraret, non tamen ita ut in rebus humanis indignus vel inutilis appareret. Cumque hæc diutius in magna mentis devotione a Domino postulasset, post aliquantulum temporis interstitium, Dei munere, fici dolorem incurrit; in quo diu et ægre per multos laborans annos, de vita etiam desperabat. Life of Aelfred.

Quomodo rex Alfredus ab una ægritudine curatus in aliam inciderit graviorem.

Quodam vero tempore, cum instinctu divino Cornubiam gratia venandi veniret et ad ecclesiam quandam orandi causa divertisset, in qua [1]sanctus Gueriir sanctusque Neothus degebant, diu tacita in oratione prostratus, Dei clementiam precabatur, quatenus molestias infestantis incommodi qualicunque infirmitate leviori permutaret, ita tamen quod illa in corpore exterius non appareret, ne ab hominibus despectior haberetur. Finita quoque oratione, cœptum iter arripuit et non multo post tempore, ut fuerat deprecatus, ab illo dolore penitus est absolutus et ad perfectum divina largitate curatus; sed illa infirmitate remota, alia multo molestior, affectus scilicet nuptiarum, illum invasit, quæ a vigesimo ætatis suæ anno usque ad quadragesimum quintum ipsum incessabiliter fatigavit. In hoc quoque tentationum turbine nati sunt ei filii et filiæ de supradicta regina sua, nomine Aswitha, qui Family of Aelfred.

[1] *Sanctus Gueriir,*] 'in qua sanctus Gueryr requiescit et nunc etiam sanctus Neotus ibidem pausat;' Asser, p. 40. The church, before dedicated to S. Guerir, and called after his name, was after his burial there known by the name of S. Neot's. Spelm. Life of Aelfr. p. 139.

Life of Aelfred.

hoc ordine generantur; primogenita ejus filia [1]Alfleda dicebatur, quæ, adveniente matrimonii tempore, [2]Ethelredo, Merciorum comiti, copulatur; deinde natus est filius, nomine Eadwardus, eidem regi, qui post patrem Angliæ monarchiam gubernavit; tertio loco nata est ei filia, vocabulo [3]Ethelgiva, monasticæ disciplinæ regulis consecrata, habitum religionis suscepit. Alfredus et Eadwardus, semper in curia regis educati, psalmos et libros Saxonicos studiose discebant. Ethelwaldus omnibus junior, cum aliis nobilibus regionis, literali scientiæ applicatus est diligenti cura parentis, ut, antequam aptas humanis rebus et artibus vires haberet, liberalibus studiis traderetur.

De moribus et sapientia magni regis Alfredi.

Rex[4] denique Alfredus inter bellorum discrimina et frequentia præsentis vitæ impedimenta, inter continuas corporis infirmitates et paganorum infestationes, cœpit regni negotia disponere, omnem venandi artem exercere, aurifices suos et artifices, falconarios, accipitrarios erudire; ædificia supra omnem antecessorum suorum conatum, venerabiliora ac nobiliora, novo suo ingenio construere satagebat; missam quotidie cum horis diurnis curabat audire, psalmos et orationes amare, eleemosynas dare. Francigenæ quoque et alii multi ex regionibus longe positis sponte sese suo dominio subdiderunt, eo quod omnibus esset amabilis et affabilis, jucundus et in rerum disciplina perscrutator incomparabilis; advenas omnes et peregrinos, nobiles et ignobiles, sicut propriam gentem, juxta singulorum dignitatem honorabat, regebat et pe-

[1] *Alfleda,*] called by Asser 'Aethelfloed;' p. 42.

[2] *Ethelredo.*] 'Eadredo,' Asser.

[3] *Ethelgiva.*] 'Aethelgeofu,' Asser.

[4] *Rex denique Alfredus.*] Compare Asser, p. 43, *seqq.*

cuniis simul et possessionibus ampliabat. Comites vero, barones ac milites, ministros et familiares, admirabili caritate diligebat; filios eorum, qui in regio nutriebantur palatio, non minori quam proprios dilectione amplectens, moribus informare, literis imbuere non [de]sinebat. Et hæc de moribus ejus dicta sufficiant. Life of Aelfred.

De bellis laboriosis regis Alfredi.

Nunc autem laboriosa regis bella expedire cupientes, hoc primo dicendum est, quod expleto mense, ex quo regnare cœpit, in monte [1]Wiltun appellato, qui est in meridiana ripa fluminis Guilonis, de quo provincia illa 'Guiltoscira' nuncupatur, cum paucis et nimis inæquali numero bellatorum contra paganos dimicavit. Nam anno præterito, novem attriti præliis nobiles regionis illius in australi parte Thamesis fluminis fuerunt, exceptis equitationibus multis, quas proceres cum populis sibi subjectis fecerant necessitate compulsi, unde, ipsis nimis debilitatis, [2]Dani victoria potiuntur; sed post hanc victoriam, pagani ad urbem Londini profecti, hyemaverunt ibidem, cum quibus etiam [3]rex Merciorum Burhredus amicabiliter componens pecunia inducias impetravit. His wars.

Herefridus, Wigorniensis episcopus, libros dialogorum transtulit in linguam Anglicam.

Anno Domini DCCCLXXII. gens Northanhumbrorum regem suum Egbertum et archiepiscopum A.D. 872. State of Northumberland.

[1] *Wiltun.*] The text follows Asser, with whom agree the Sax. Chron. and others, except Bromton, who calls the name of this place Walton, in Sussex.

[2] *Dani victoria.*] Asser, in his account of the battle of Wilton, states that at first the army of Aelfred was victorious, but that, pursuing too eagerly, they brought the Danes a second time to action, and were then repulsed. De Gest. Aelf. p. 25.

[3] *Rex Merciorum Burhredus.*] Asser, in the year following, states simply that the army of

Wlferum[1] expulerunt a regno; qui expulsi regem Merciorum Burhredum petierunt et ab ipso honorifice sunt recepti. Eodem anno Kinebertus, Lichfeldensis episcopus, diem clausit extremum, cui [2]Tunebertus successit. Quo etiam anno Alwino, Wigorniensi episcopo, [3]Herefridus successit, qui septimo idus Junii ab Athelredo, Dorobernensi archiepiscopo, munus consecrationis suscepit. [4]Hic, ad petitionem regis Alfredi, libros dialogorum beati papæ Gregorii in linguam Saxonicam transtulit eleganter. Eundem postea episcopum rex Alfredus et Plegmundum, Cantuariensem archiepiscopum, Athelstanum Herefordensem et Werebertum Legecestrensem, antistites, viros optime literatos, ad se vocans, multis eos donariis honoravit, ut eum in discenda literarum scientia adjuvarent; legatos præterea ad Gallias direxit et inde sanctum [5]Grimbaldum sacerdotem et monachum, ac virum in disciplinis ecclesiasticis eruditum, nec non [6]Johannem presbyterum et monachum bonis moribus adornatum ex ultimis etiam Wallanorum finibus, de monasterio sancti David, [7]Asserum ad suum accivit consortium, ut horum omnium sapientia et doctrina regis desiderium cresceret, qui et in brevi ita profecerunt,

---

the Danes retired to London, 'cum quo Mercii pacem pepigerunt;' p. 26.

[1] *Wlferum expulerunt.*] His restoration is recorded below in 873, and his death in 895.

[2] *Tunebertus;*] called also Tunfrithus, and Tumbrihtus; his death is recorded below in 927.

[3] *Herefridus,*] called also Werefrith below in 915, where his death is recorded; compare Angl. Sacr. i. p. 471.

[4] *Hic, ad petitionem.*] Compare Asser, Vit. p. 46; Tanner, Bibl. Brit. ad *voc.* 'Alfredus.'

[5] *Grimbaldum.*] He was a monk of S. Bertin's, which he left at the invitation of Aelfred. He died in 903.

[6] *Johannem presbyterum.*] Compare Asser, Vit. pp. 47, 61. See also, with respect to the difficulty as to who was the individual in question, Malmsb. p. 188, *note* [1].

[7] *Asserum ad suum.*] See Asser's account of his first interview with Aelfred, at Dene in Sussex, in Vit. p. 47.

quod librorum omnium notitiam haberet perfectam.

Paganorum exercitus Londonias deserens ad Northanhumbriam transiit.

Anno Domini DCCCLXXIII. [1]Johannes sedit in cathedra Romana annis decem et duobus diebus. Eodem anno sæpe dictus paganorum exercitus Londonias deserens ad Northanhumbros perrexit, qua regione hostiliter perlustrata, in Lindeseia, [2]in villa, quæ Torkeseia dicitur, hyemavit; cum quibus tunc Merciorum gentes, dato munere, pacificatæ sunt. Eodem anno rex Northanhumbrorum Egbertus diem clausit extremum, et [3]Ricsius successit ei in regnum tribus annis. Quo utique anno Wlfherus, Eboracensis archiepiscopus, ad sedem suam revocatus est. Eodem anno deposito Aldredo, Legecestrensi episcopo, [4]Ceolredus successit.

A.D. 873. John VIII. pope.

Danes winter in Lincolnshire.

Rex Burhredus Romam profectus obiit ibidem.

Anno Domini DCCCLXXIV. [5]nefandus Danorum exercitus Lindeseiam relinquens Merciam adiit, et in villa, quæ Reppendune dicitur, hyemavit. Burhredum quoque regem Merciorum anno regni sui vicesimo secundo expulerunt a regno, qui Romam post dies paucos profectus obiit ibidem, et juxta scholam Anglorum in ecclesia beatæ Mariæ regio more sepulturam accepit. Post cujus expulsionem Dani regnum Merciorum

A.D. 874. Danes winter in Repton.

---

[1] *Johannes,*] the eighth; he died 15th Dec. 882.

[2] *In villa, quæ Torkeseia.*] So Sax. Chron. ad an. Asser omits the name of the town, but says that they wintered in Lindesig in this year.

[3] *Iticsius.*] Simeon Dunelm. and the Chron. de Mailros call him 'Ricsig.'

[4] *Ceolredus.*] The time of his death is not known.

[5] *Nefandus Danorum.*] The events of this year are from Asser, ad an. p. 26.

suo dominio subdiderunt; quod inde cuidam insipienti ministro, nomine [1]Ceolwlfo, eo pacto custodiendum tradiderunt, ut quandocunque vellent, illud sibi pacifice resignaret, et sub hac conditione obsidibus datis, fidelitatem paganis juravit.

Corpus sancti Cuthberti ab insula Lindisfarnensi remotum est.

A.D. 875. Translation of S. Cuthbert.

Anno Domini DCCCLXXV. invisus paganorum acervus Rependunam deserens, nuper multiplicatus, in duas se turmas divisit, cujus pars una cum rege [2]Haldene Northanhumbrorum petens regionem juxta flumen Tyne hyemavit, totamque provinciam illam suo desiderio subjecit; Pictos vero, necnon et Wallenses, dirissimis afflictionibus fatigavit. Tunc Eardulfus, Lindisfarnensis episcopus, et abbas Eadredus corpus beati Cuthberti pontificis de insula Lindisfarnensi tollentes, per septem annos profugi vagabantur. Altera autem pars exercitus, cum [3]Gytro, Osketel et Hamundo, regibus Danorum, ad Grantbrigge se conferens hyemavit ibidem. Eodem anno in æstate rex Alfredus, parato navigio, mare conscendit, ubi septem naves nuper adventatas deprehendens, unam retinuit et cæteras in fugam convertit.

De treugis inter regem Alfredum et Danos constitutis.

A.D. 876. Truce with the Danes.

Anno Domini DCCCLXXVI. [4]nefandus infidelium cuneus nocte Grantbrigge relinquens ad regionem West-saxonum venit et Warham castrum occupatum intravit. Est ibi monasterium sancti-

[1] *Ceolwlfo,*] called by Ingulph 'miser subregulus;' p. 27.

[2] *Haldene.*] 'Healfdene,' Sax. Chron.; 'Healtene,' Asser, where these events are related, with the exception of the removal of S. Cuthbert, which is from Simeon.

[3] *Gytro.*] 'Godruno,' Sax. Chron.; 'Gothro,' or 'Godro,' Asser.

[4] *Nefandus infidelium.*] So Asser and the Sax. Chron.

monialium fœminarum inter [1]duo flumina, Frane et Trente, in pago Dorsetensi situ tutissimo collocatum, quod non nisi ab occidente contiguam habet terram. Cum autem rex Alfredus adventum eorum cognovisset, illico obviam veniens cum ipsis disposuit præliari; at pagani bellum conserere metuentes elegerunt, datis obsidibus, dilationem quærere, quousque fortiori militia stipati æquali possent lance pondus certaminis sustinere; juraverunt insuper, quod de regno Westsaxonum forent continuo recessuri, sed more solito fallacia nitentes, dirupto fœdere, nocte quadam furtivum facientes impetum universos regis equites peremerunt; quo facto ad civitatem Exoniam diverterunt. Tunc rex Alfredus, exercitu congregato, insecutus est eos; sed, quia civitatem jam ingressi fuerant, permisit illos ibidem hyemare. Eodem anno rex Danorum [2]Haldenus Northanhumbriam occupans, sibi eam suisque ministris distribuit, illamque ab exercitu suo coli fecit; tunc rex ejusdem provinciæ, Ricsius, tactus dolore cordis intrinsecus, diem clausit extremum, [3]cui successit Egbertus.

De nova Danorum multiplicatione.

Anno Domini DCCCLXXVII. nefandus paganorum acervus, instante tempore autumnali, partim in Exonia resedit et pars ejus Merciam prædatura recessit; crescebat insuper diebus singulis perversorum numerus, adeo quidem, ut si triginta ex eis millia una die necarentur, alii succedebant numero duplicato. Tunc rex Alfredus jussit ciulas et galeas, id est longas naves, fabricari per regnum, ut navali prælio hostibus ad-

A.D. 877. Aelfred builds ships.

[1] *Duo flumina.*] The Froom and Trente; Camden, vol. i. p. 172.

[2] *Haldenus.*] 'Halfdene,' Asser.

[3] *Cui successit Egbertus.*] From Simeon Dunelm. ad an. 876.

ventantibus obviaret, impositisque piratis in illis, vias maris custodiendas commisit. Ipse vero Exoniam, ubi pagani hyemabant, hostiliter properans, illis inclusis, civitatem obsedit, nautis quoque suis mandavit, ut in parte freti vitale hostibus subsidium denegarent; cumque nautæ ex præcepto regis illuc summopere properarent, occurrerunt centum quinquaginta naves armatorum militum oneratæ, quæ omnes in auxilium suorum concivium advenerunt. Quas cum paganis militibus ministri regis cognovissent repletas, ad arma prosiliunt et viriliter barbaras nationes invadunt; pagani quoque, qui jam fere per mensem inter fluctus pelagi naufragium pertulissent, inutiliter prælium reddiderunt, unde in momento agminibus eorum laceratis, in loco, qui [1]Suanewic dicitur, undis submersi omnes pariter perierunt.

Sea fight.

De West-saxoniæ depopulatione.

A.D. 878. The Danes winter at Chippenham.

Anno Domini DCCCLXXVIII. exercitus paganorum, qui in Exonia hyemaverat, urbem deserens, Chippenham, villam regiam in Wilthescire sitam, adiit et ibidem hyemavit. Porro Gytro, rex Danorum, cum fortitudine invincibili perlustratis jam universis Angliæ finibus, loca sacra ubicunque depopulans, quicquid in auro vel argento rapere potuit, militibus erogavit; tandem cum fama regis Alfredi pervenisset ad eum, quod ipse solus in regno Angliæ præ cæteris regibus sapientia, prudentia et divitiis præpolleret, profanus ille ad nationes illas vexilla direxit et arma; ignem in villis et civitatibus accumulando, ferro

[1] *Suanewic.*] 'Gnauewic,' Asser; supposed by Carte to be Sanewick, near Peverell Point, on the coast of Dorsetshire; Hist. i. p. 299, *note:* and by Mr. Tindal to be Swanwick in Hampshire; Rapin, Hist. Engl. i. p. 91, *note* [6].

quæque sibi obvia macerando, et, ut majorem habitatoribus incuteret formidinem, non sexui quidem muliebri nec parvulorum parcebat ætati. Auxit autem hujus persecutionis procellam iniquitas detestanda Hinguaris et Haldene, qui cum viginti tribus navibus ex Demetica regione, in qua hyemaverant, egressi ut lupi rapaces post multas ibidem strages illatas, post cœnobiorum combustiones, ad Devoniam navigarunt; quo in loco ab exercitu regis Alfredi idem Hinguar cum Hubba et Haldene et viris mille ducentis perempti sunt ante arcem [1] Kinwith, ibique sanguinem beati regis et martyris Eadmundi, quem effuderant prædicti iniquitatis ministri, Christiani Alfredi regis milites vindicarunt; sed tamen maxima pars eorum per fugam elapsi ad Gytronem regem paganorum sese contulerunt, qui simul junctis viribus conglobati, omnem Westsaxoniam a mari usque ad mare depopulantes et terram illam quasi locustæ operientes, patriam totam, cum non essent defensores, sibimet subdiderunt. In hoc quoque persecutionis turbine constituti fideles Christi episcopi, cum sanctorum reliquiis et ecclesiarum thesauris, populisque regionis, trans mare fugerunt, et pars regem Alfredum secuta in silvis locisque desertis in illo se mortis discrimine absconderunt. At rex Alfredus tactus dolore cordis intrinsecus, quid ageret, quo se verteret, ignorabat, occupaverat rex iniquus Gytro loca quæque munita; unde rex Alfredus spem boni melioris non habens, cessit ad præsens, ut quem res exitum foret habitura probaret.

[1] *Kinwith.*] On the margin 'Kinwic,' a fortress in Devonshire; see Camden, i. p. 167. This defeat is mentioned by the Sax. Chron. and Asser after Aelfred's adventure with the cowherd's wife. At this battle it was that the standard of the Danes, called Reafan, was taken.

De exilio magni regis Alfredi apud Ethelingeie.

Aelfred's exile at Athelney;

Est locus in ultimis Anglorum finibus ad occidentem [1] 'Ethelingeie,' id est Nobilium insula, appellatus, paludibus undique circumseptus et ita inaccessus, ut non nisi navigio queat adiri. Habet alnetum insula permaximum, quod cervos et capras et illius generis bestias continet multas, terram solidam vix [duorum] jugerum habet latam, quantulamcumque planitiem in medio retentam; hanc rex Alfredus, paucis commilitonibus quos habebat præ dolore relictis, ut hostes lateret, solus petivit, ubi cujusdam ignoti tugurium prospiciens ad illud divertit, hospitium petiit et accepit, ubi per dies aliquot hospes et egenus, illique et ejus uxori subditus, rebusque contentus minimis, habitabat. Rex autem interrogatus, quis esset aut quid in loco deserto quæreret, respondit, se regis esse ministrum et cum eo in prælio victum, atque sic insequentes adversarios fugientem illuc pervenisse; subulcus igitur verbis illius credulus, motus pietate, cura diligenti ei vitæ necessaria ministravit. Contigit autem subulcum, de more, die quadam porcos ad solita cogere pascua et regem solum cum subulci uxore domi residere; cumque mulier illa panes subcinericeos in igne ad coquendum posuisset et aliis intenta negotiis panes adustos conspexit, mox indignata regem increpavit, dicens,

'Urere quos cernis panes, girare moraris,
Cum nimium gaudes hos manducare calentes.'

At rex demisso vultu, mulieris lacessitus con-

[1] *Ethelingeie.*] Athelney, in Somersetshire, near Taunton. The story following appears from an expression used by Asser in reference to Aelfred's reduced condition, 'ut in vita sancti patris Neoti legitur,' to have been taken from the same source.

vitiis, non solum panes giravit, verum etiam bene coctos et integros mulieri resignavit. Cum autem rex Alfredus cum subulco solus demoratus fuisset, convenerunt ad eum ibi multi ex commilitonibus ejus, ubi, rege dictante, firmitatem quandam turribus et propugnaculis munitam construentes assiduas in hostes irruptiones fecerunt.

Ut rex Alfredus a sancto Neotho sanctoque Cuthberto confortatus est.

he is encouraged by SS. Neot and Cuthbert.

Contigit[1] eodem tempore regem Alfredum, sanctum Neothum, qui tunc apud Hamstoke solitariam agebat vitam, ædificationis gratia visitare; quem vir Dei Neothus inter alia familiaritatis colloquia acriter de suis pravis actibus increpavit, pœnas ignis æterni adposuit, potentes potenter tormenta passuros ostendit, et præter hæc omnia fere, quæ ei adfutura erant, præsago spiritu revelavit. 'Ab adversariis, rex,' inquit, 'multa pateris, sed adhuc multa majora patieris; nam regno, quo tumes, quo immoderatam debacchando tyrannidem exerces, unde ante divinæ majestatis intuitum, ubi humilis apparere deberes et non facis, a gentibus Christum ignorantibus infestaberis, et vix ab illis evadens profugus latitabis, sicque per dies aliquot peccatis exigentibus permanebis; sed tamen apud Deum precibus obtinui, quod si te a tuis sævis retraxeris actibus et libidinis incendiis, adhuc misericordiæ suæ vultum super te prætendet, sceptroque pristino et prosperitati restituet.' Rex quoque, cum a famulo Dei hæc exhortationis verba humiliter intellexisset, atque morum emendationem certis sponsionibus promisisset, accepta viri Dei bene-

[1] *Contigit eodem tempore.*] The rebuke of S. Neot, as here related, is not told by Asser or the rest; allusion probably is made to it in the life of Aelfred, p. 31.

dictione ad insulam, de qua egressus fuerat, est reversus. Nocte igitur superveniente, cum dormiret in stratu suo, adstitit ei in visione noctis sanctus antistes Cuthbertus, qui sibi sui regni restitutionem certam repromisit. Ipse quoque rex, aperto viri Dei confortatus oraculo, cum mane surrexisset, pollicitus est Deo se in loco ipso monasterium constructurum, qui semper deinceps hostibus invincibilis et terribilis apparebat; nam eadem hora convenerunt ad regem omnes milites ejus cum Sumersetensibus et Wiltonensibus apud Ethelingeie, quorum fretus auxilio paganos cœpit infatigabiliter debellare. Tandem rex Alfredus, instante sancta solemnitate Pentecostes, ab insula erumpens, ad Petram Egberti, quæ est in orientali parte silvæ, quæ Salwode dicitur, equitavit. Ibi quoque confluebant ad eum omnes, qui [1]in illis finibus remanserant, [immenso gaudio repleti, quod regem incolumem recepissent; mane autem castra moventes, duorum emenso itinere dierum, [2]ad locum, qui Ethendune dicitur, pervenerunt.

Gytro, rex paganus, fidem Christi suscepit.

Baptism of Guthrum king of the Danes;

Invenerunt autem ibi [3]Gytronem, paganorum regem, et exercitum ejus universum, contra quem atrociter et satis animose decertantes, divina cooperante clementia, victoriam reportarunt, atque

---

[1] *In illis finibus remanserant.*] The manuscript is unfortunately imperfect from this point until almost the end of the year 894. The text of Matthew of Westminster is therefore retained as it is found in the Francfort edition of 1601, collated in cases of any doubtful readings with a very valuable and early MS. in the Bodleian library; Laud, 572.

[2] *Ad locum, qui Ethendune.*] The Saxon Chron. and Asser state that he first marched to Ægcley, or Igley, called by Spelman 'Okely,' and thence to Ethendune, by which Carte supposes to be intended Yattendon, in Berkshire; see Hist. i. p. 300, *note*.

[3] *Gytronem.*] 'Gytrum,' Laud. MS.

hostes de loco certaminis fugientes, sine pietate insecuti, arcem quandam, quæ prope erat, ingredi compulerunt, ubi quæcumque extra arcem invenire poterant in equis et armentis rapientes hominesque perimentes, arcem inclusis hostibus obsederunt; ubi cum per dies quindecim obsidio ageretur, pagani fame simul et evadendi desperatione attriti pacem tali conditione petierunt, ut regni et regis infestationem perpetuo abjurarent. Cum quibus etiam Gytro rex eorum in arcto constitutus fidem Christi se suscepturum promisit, quæ omnia, ut promiserat, fideliter adimplevit; nam post dies quindecim idem rex paganus cum triginta electissimis de exercitu suo viris, non longe ab Ethelingeie, in loco qui patria lingua [1]'Alre' dicitur, baptizatus est, et ab Alfredo rege de fonte levatus, a quo etiam in filium adoptionis admissus patrinusque ejus effectus, ipsum mutato nomine Athelstanum vocavit; cujus chrismatis depositio octavo die in villa regia facta est, quæ [2]'Wadmor' nuncupatur, et rex nuper baptizatus, cum aliis qui cum ipso fidem Christi susceperant, duodecim diebus cum rege Alfredo in magna lætitia remanserunt; quibus rex in recessu suo multa donaria et pretiosa conferens, principi eorum Athelstano Est-angliam, in qua sanctus regnaverat Eadmundus, de se tenendam concessit.

Ut Gytro rex Est-angliam inhabitaverit.

Anno Domini DCCCLXXIX. nefandus paganorum acervus Cirencestriam relinquens ad Anglos orientales perrexit, ubi Gytro rex nuper baptizatus regionem illam inter suos dividens, inhabi- A.D. 879. He rules in Essex.

[1] *Alre;*] supposed to be Aller, near Athelney.

[2] *Wadmor.*] 'Wetmor,' Sax. Chron.; 'Waedmor,' Asser.

tare cœpit. Quo etiam tempore rex Alfredus [1]Seaftoniam, quondam urbem nobilem, quæ modo vicus est, ædificavit, ubi postea Algiva, regina Eadmundi regis, qui pronepos fuit istius Alfredi, sanctimonialibus cœnobium construxit. Eodem anno [2]Ludovicus Francorum regnum regendum suscepit. Eodem anno [3]Carolus Romanum adeptus imperium imperavit annis duodecim. Per idem tempus defuncto [4]Dunberto, Wentanæ urbis episcopo, [5]Dunewlfus ei in episcopatum successit. Hic est subulcus ille, ut fama refert, quem rex Alfredus, paganorum violentiæ cedens, in Ethelingeia porcos pascentem invenit, et cum ipso, ut supra retulimus, aliquandiu hospitatus est; cujus rex ingenio singulari comperto, statim ut regno restitutus est, literis illum tradidit informandum, quem postmodum perfectius institutum Wintonensem fecit præsulem consecrari.

Ut eclipsis lunæ fuerit facta tertio idus Octobris.

A.D. 880. The Danes at Fulham. Anno Domini DCCCLXXX. magnus paganorum exercitus de partibus adveniens Gallicanis, in

[1] *Seaftoniam.*] The other chroniclers make no mention of the building of this town, nor of the nunnery founded there by the queen of Eadmund; neither is it easy to determine what place is here intended, unless it may be Seafford, or, as it is also called, Sifford, or Shifford, near Bampton, in Oxfordshire, where Aelfred is said to have held an assembly of the clergy, nobles, and others, upon the government of the kingdom; Hearne speaks of it nearly in the words of the text, as 'a small village at present, but formerly a considerable town.' Spelman's life of Aelfred, p. 126.

[2] *Ludovicus,*] the third; he died from a rupture, in August 882.

[3] *Carolus,*] le Gros; he was crowned emperor on Christmas-day 880, and died the 12th or 13th Jan. 888. The succession of Arnulph is recorded below in 889; the 'duodecim annis' is therefore to be rejected.

[4] *Dunberto.*] Dumberto, *L.*

[5] *Dunewlfus.*] Denewlfus, *L.* —He succeeded Dunbert bishop of Winchester in this year; Flor.: the fabulous notion of his having been the cowherd is confuted by Wharton, i. p. 208. The appointment of Frithestan his successor is recorded below and by Malmsbury in 905, but, as appears to Wharton, erroneously; consult Angl. Sacr. i. pp. 209, 210, *note.*

fluvium Thamesim venit, et apud [1] Fulenham hyemavit. Eodem anno facta est [2] eclipsis lunæ post mediam noctem, tertio idus Octobris.

De multorum depopulatione cœnobiorum in Gallia.

Anno Domini DCCCLXXXI. [3] plurima in regno Francorum monasteria a paganis demolita sunt et concussa; unde fratres Floriacensis cœnobii, beati Benedicti abbatis reliquias de sepulchro extrahentes, hostes fugiendo hac illacque discurrebant. Eodem quoque anno rex Alfredus multos paganorum populos navali prælio vicit et interfecit, et nonnullos ad subjectionem coegit. A.D. 881. Destruction of French abbeys by the Danes.

Ut sedes episcopalis a Lindisfarna in Cestriam translata sit.

Anno Domini DCCCLXXXII. [4] sanctus Cuthbertus Eadredo abbati in visione nocturna adsistens, præcepit ut diceret episcopo regionis, quatenus Cuthredum, filium Hardecnuti, quem Dani cuidam viduæ in servum vendiderant apud [5] Wintigeham, dato pretio redimerent et redemptum sibi in regem promoverent. Quo facto, anno regis Alfredi tertio decimo ipso in regem coronato, sedes episcopalis, quæ prius in Lindisfarnensi fuerat insula, apud Cestriam transfertur, A.D. 882. See of Lindisfarne removed.

---

[1] *Fulenham.*] Fulham, Middlesex. The Sax. Chron. and Asser place this invasion in 879.

[2] *Eclipsis lunæ.*] An eclipse of the sun is noticed in the Sax. Chron. and by Asser as occurring in the preceding year, and both an eclipse of the sun and moon by Calvisius in 778.

[3] *Plurima in regno Francorum monasteria.*] Asser and the Sax. Chron. refer these ravages to the same army that had wintered at Fulham. Compare Chron. Sithien. S. Bertini, Bouquet, ix. p. 70, where the names of the several monasteries are recorded.

[4] *Sanctus Cuthbertus.*] Compare Chron. de Mailros, ad an. 883, with the story as told by Hoveden, p. 418. Simeon, in the year 883, merely notices, 'Guthred ex servo factus est rex et sedes episcopalis in Cunkecestra restauratur,' but afterwards in the Recapitulation records it at full.

[5] *Wintigeham.*] Wintingeham, *L.*

quæ antiquitus Cunegecestria dicebatur. Nam et idem sanctus per abbatem prædictum mandaverat, ut quicumque ad ejus corpus fugeret in articulo necessitatis, pacem per mensem haberet; hanc quoque legem tam rex Alfredus, quam rex Cuthredus, censuerat perpetuo conservandam. Ad hoc insuper in augmentum prioris sedis episcopatus, totam terram inter flumina Tyne et Teyse præfati reges concesserunt sancto Cuthberto jure perpetuo possidendam, et illius institutionis violatores pœnis infernalibus addixerunt. Eodem tempore episcopatus Hagustaldensis ecclesiæ cessavit propter insolentias paganorum.

Ut Marinus papa reliquias miserit Alfredo regi.

A.D. 883. Pope Marinus sends presents to Aelfred.

Anno Domini DCCCLXXXIII. [1] Marinus sedit in cathedra Romana anno uno et mensibus quinque. Hic scholam Anglorum Romæ, Alfredo rege deprecante, a tributo liberam fecit; qui etiam regi præfato donaria transmittens plurima, dedit ei inter cætera portionem non modicam illius crucis salutiferæ, in qua Dei Filius pro salute mundi pependit. Eodem anno defuncto Assero, Scireburnensi antistite, [2] Suithelmus successit. Hic regis Alfredi eleemosynam ad sanctum apostolum Thomam in Indiam deferens indeque prospere rediens multos regi pretiosos lapides reportavit.

De magistro Johanne Scoto.

Johannes Scotus.

Eodem anno venit in Angliam magister [3] Johannes, natione Scotus, vir perspicacis ingenii et

[1] *Marinus.*] He died in the month of May 884. His present to Aelfred is also noticed in the Saxon Chron., and the remission of Romescot by Asser, ad an. 884.

[2] *Suithelmus.*] So also Florence. The Sax. Chron. and Malmsbury, de Gest. Pontif., call him Sighelm; the former joins with him in his mission Aethelstan.

[3] *Johannes, natione Scotus,*] call-

facundiæ singularis; hic, dudum relicta patria, ad partes Gallicanas transiens Carolum Calvum adiit, atque in magna ab eo dignatione susceptus, individuus comes ei fuerat et mensæ et cubiculi. Hujus autem ingenii et scientiæ magnitudo ac leporis exempla usque hodie manent; adsederat namque ad mensam ante regem ex opposito die quadam, ubi, consumptis ferculis poculisque discurrentibus, Carolus fronte hilarior est effectus. Rex denique cum magistrum Johannem vidisset quiddam egisse, quod comitatem Gallicanam offendere videretur, increpavit eum satis urbane dicens, 'Johannes, quid distat inter Scotum et sotum?' Ille respondit, et dixit regi, 'Mensa tantum;' sicque magister Johannes solenne convitium retulit in auctorem. Quid hoc responso facetius? Interrogaverat namque de morum differenti studio et respondit Johannes de loci distante spatio; nec vero rex verbis ejus commotus est, sed potius ipsum, cum adsessoribus suis, commovit ad cachinnum. Item alia vice, cum regi convivanti minister quidam patinam obtulisset, quæ duos pisces prægrandes, adjecto minusculo uno, continebat, dedit ille magistro Johanni, ut duobus clericis ad mensam recumbentibus distribueret competenter; erant enim pisces immensæ magnitudinis et ipse magister Johannes corporis perexilis. Tunc ille, qui semper honesti aliquid comminiscebatur unde lætitiam convivantium excitaret, retentis sibi duobus piscibus majoribus, unum minorem duobus clericis dedit; arguente rege magistrum Johannem, quod non æque pisces distribuisset, respondit, 'Bene,' inquit, 'et æque distribui; Johannes Scotus.

ed also Erigena; the date of his death is not known. The following account is taken from Malmsbury, lib. v. de Pontificibus. See Jo. Scot. de Divis. Nat. ed. Gale, in calc. Præfat.

Johannes Scotus.

nam hic est unus parvus,' de se dicens, 'et duos grandes,' pisces tangens; item conversus ad clericos ait, 'Hic sunt duo magni,' clericos innuens, 'et unus parvus,' piscem intelligens.

Iste igitur Johannes, rogatu ejusdem regis, Hierarchiam[1] Dionysii Areopagitæ de Græco in Latinum transtulit, quo fit ut vix intelligatur Latina litera, cum volubilitate magis Græca quam positione construitur Latina. Composuit etiam librum, quem Peri physicôn merismatos, id est, de naturæ divisione, intitulavit, propter perplexitatem quarundam quæstionum solvendarum bene utilem, si tamen ignoscatur ei in quibusdam, in quibus a Latinorum tramite deviavit, dum in Græcos acriter oculos intendit, unde et hæreticus a quibusdam putatus est; scripsit enim contra eum quidam Florus, qui et ejus scripta depravando damnavit; sunt enim revera in libro Peri physicôn perplurima, quæ, nisi diligenter discutiantur, a fide catholica aliena judicantur. Hujus autem opinionis particeps esse dignoscitur pontifex Romanus, qui in epistola ad Carolum missa dixit, 'Relatum est apostolatui nostro, quod opus Dionysii Areopagitæ, quod de divinis nominibus et de cælestibus ordinibus Græco descripsit eloquio, quidam vir Johannes, genere Scotus, nuper transtulit in Latinum; quod juxta morem ecclesiæ nobis mitti et nostro judicio debuit approbari, præsertim cum idem Johannes, licet multæ scientiæ esse prædicetur, olim non sane sapere in quibusdam frequenti rumore dicatur.' Propter hanc ergo infamiam idem Johannes Franciam relinquens regem Alfredum petivit, cujus

[1] *Hierarchiam Dionysii.*] His metrical letter and preface to Charles le Chauve are printed in Ussher, Veterum Hibernicarum Epistolarum Sylloge, p. 57.

munificentia illectus et magisterio,[1] ut ex scriptis ejusdem regis intelligitur, Melduni magister resedit; ubi post aliquot annos a pueris, quos docebat, graphiis perforatus animam exhalavit tormento gravi et acerbo. Jacuit autem aliquandiu in humili sepultura, in beati Laurentii basilica corpus ejus collocatum; sed ubi divinitus cecidit super ejus sepulturam radius ignis cælestis, monachi de talibus animati revelationibus in majorem eum transtulerunt ecclesiam, et ad sinistram altaris partem honorabiliter locaverunt. Eodem anno[2] Marino papæ successit [3]Adrianus anno uno et mensibus tribus. Johannes Scotus.

Ut rex Alfredus multos ex hostibus interfecit.

Anno Domini DCCCLXXXIV. [4]nefandus exercitus paganorum in duas se turmas dividens, una in Franciam secessit, altera vero in Cantiam rediens Roffensium civitatem obsedit; sed civibus viriliter repugnantibus Alfredus superveniens obsidionem dissolvit et paganos ad naves redire coegit, ubi multis ex eis interfectis [5]spolia eorum inter suos commilitones distribuit. Quo etiam anno classis valida ab Alfredo rege in East-angliam directa invenit in [6]ostio Sturæ fluminis sedecim naves piratarum, quas classis præfata acriter invadens naves cum spoliis comprehendit, A.D. 884. Rochester besieged by the Danes.

[1] *Ut ex scriptis ejusdem.*] Probably the passage in Aelfred's preface to the Pastorale of Gregory is here intended; Asser, p. 90.

[2] *Eodem anno,*] omitted, *L.*

[3] *Adrianus,*] the third; he died in the September of the following year.

[4] *Nefandus exercitus.*] The events contained in this chapter are related by Asser, and found also in the Saxon Chronicle.

[5] *Spolia eorum,*] consisting of the prisoners they had taken, and all the horses they had brought with them from France; Asser, p. 37.

[6] *Ostio Sturæ.*] Hearne shows that Spelman was mistaken in supposing this to have been the river Stoure, in Kent, and agrees with Lambard in fixing the spot at what is now called Harwich haven; Spelman's life of Aelfred, p. 74.

prædonibus omnibus interfectis; sed qui ex Danis ad naves fugere potuerunt, iterum cum Anglis conserto navali prælio, ubi [1]Merci somno dormiebant, occisa est ex eis inermis multitudo et Dani victores ex hostibus recesserunt.

Visio Caroli imperatoris de purgatorio.

A.D. 885. Vision of Charles le Gros.

Anno Domini DCCCLXXXV. [2]Stephanus sedit in cathedra Romana annis quinque et diebus octo. Eodem anno [3]Carolus, Ludovici filius, monarchiam imperii Romanorum et regni Francorum adeptus, admirabilem, quam vidit, visionem convocatis episcopis et regni nobilibus in hunc modum detexit; 'In nomine Dei, summi Regis omnium regum, ego Carolus, rex Francorum et patricius Romanorum, sacra nocte Dominicæ diei, post nocturnum officium celebratum, dum irem cubitum et vellem dormitionis capere somnum, venit vox ad me terribiliter dicens, 'Carole, exibit a te modo spiritus tuus in hora non modica,' et statim raptus fui in spiritu, et qui me sustulit in spiritu fuit candidissimus, tenuitque in manu sua glomus lineum, clarissimi jubar luminis emittens, sicut solent cometæ facere quum apparent, cœpitque illum dissolvere, et dixit ad me, 'Adspice filum glomeris micantis, ac liga et noda firmiter in pollice dexteræ manus tuæ, quia per illud duceris in labyrintheas infernorum pœnas.' Et, hoc dicto, præcessit me velociter distorquens filum luciflui glomeris, et duxit me in profundissimas valles et igneas, quæ erant plenæ puteis ardenti-

[1] *Merci.*] *L.* has 'inerti,' which probably is the true reading.

[2] *Stephanus,*] the fifth; he died, according to M. Fleury, 19 September 891.

[3] *Carolus, Ludovici filius.*] Charles le Gros, son of Louis of Bavaria. The vision has by some been attributed to Charles le Chauve; Bouquet, ix. p. 60, *note* [a]. It is told by Malmsbury, p. 160, and in the annals ascribed to Asser.

bus pice et sulphure, plumboque, cera et adipe. Ibi inveni pontifices patris mei et avunculorum meorum, quos cum pavens interrogarem, propter quid paterentur tam gravia tormenta, responderunt mihi, ‘ Fuimus episcopi patris tui et avunculorum tuorum, et cum debuimus illos et populos illorum de pace et concordia admonere et precari, seminavimus discordias inter eos et malorum fuimus incensores, unde nunc incendimur in istis tartareis suppliciis et nos et alii homicidiorum et rapinarum amatores; huc etiam tui episcopi et satellites venient, qui similiter facere nunc amant.’ Et dum hæc tremebundus auscultarem, ecce nigerrimi dæmones, cum uncis igneis advolantes, volebant apprehendere filum glomeris, quod tenebam, et ad se trahere, sed reverberantibus radiis illius glomeris, filum contingere non valebant. Deinde post tergum meum currentes, voluerunt me aduncinare et in ipsos sulphuris puteos præcipitare, sed ductor meus, qui [1]glomus portabat, projecit super scapulas meas filum glomeris et duplicavit illud traxitque post se vehementer; sicque adscendimus super montes altissimos et igneos, de quibus oriebantur flumina ferventia et paludes et omnia genera metallorum bullientia; ubi reperi innumeras animas hominum et principum patris mei et fratrum meorum præcipitatas, alias usque ad capillos, alias usque ad mentum, alias usque ad umbilicum, atque ejulando clamaverunt ad me dicentes, ‘ Dum viximus amavimus tecum et cum patre tuo et cum fratribus tuis et cum avunculis tuis facere prælia et homicidia et rapinas pro cupiditate terrena, et ideo in ista bullientia flumina et metallorum diversorum genera sustinemus tormenta.’ Et cum ad hæc ti-

Vision of Charles le Gros.

[1] *Glomus.*] Glomerem, *L.*

Vision of Charles le Gros.

midus intenderem, audivi retro me animas clamare, 'Potentes potenter tormenta patientur;' et respexi et vidi super ripas fluminis bullientis fornaces piceas et sulphureas plenas magnis draconibus et scorpionibus et serpentibus diversi generis, et ibi vidi aliquos principes patris mei et meos et fratrum meorum, necnon et avunculorum meorum, dicentes mihi, 'Heu nobis, Carole, heu nobis! Vides quam gravia habemus tormenta, propter nostram malitiam et superbiam et mala consilia, quæ regibus nostris et tibi dedimus, propter cupiditatem;' cumque hæc dolendo congemiscerem, cucurrerunt ad me dæmones apertis et plenis faucibus igne et sulphure et pice volentes me inglutire, at ductor meus triplicavit super me filum, a cujus radiis claritatis superata sunt ignea ora eorum, et protexit me validius. Et descendimus in unam vallem, quæ erat in una parte tenebrosa, ardens velut clibanus ignis, ex alia vero parte tam amœnissima et splendidissima ut nulla ratione dicere valeam; vertique me contra tenebrosam et flammivomam partem, vidique ibi aliquos reges mei generis in magnis suppliciis. Et tunc nimia perturbatus angustia, putavi me statim in ipsis demergi suppliciis a gigantibus nigerrimis, qui ipsam vallem cunctis ignium generibus inflammabant; et valde tremens, glomeris filo illuminante oculos meos, vidi a latere vallis paulisper albescere lumen, ibique duo fontes fuere, quorum unus nimium calidus erat, et alter clarus et tepidus, et duo dolia ibi erant; cumque illuc irem, filo glomeris regente gressus meos, intuitus super unum, ubi erat fervens aqua, vidi ibi genitorem meum Ludovicum stare usque ad femora, dolore nimis aggravatus et languore percussus, et dixit ad me, 'Domine mi, Carole, noli timere; scio quia revertetur rur-

sus spiritus tuus ad corpus tuum et permisit te Deus huc venire, ut videres propter quæ peccata ego et omnes, quos vidisti, talia supplicia toleramus; uno enim die sum in isto ferventis dolii balneo et altero die transmittor in istud suavissimum aquæ dolium, et hoc fit sancti Petri sanctique Remigii precibus, quorum patrociniis hactenus regale genus nostrum regnavit; et si cito mihi subveneris, tu et mei fideles episcopi et abbates et omnis ordo ecclesiasticus, missis, oblationibus, psalmodiis, vigiliis, et eleemosynis, velociter liberatus ero de isto dolio aquæ bullientis; nam frater meus Lotharius, et ejus filius Ludovicus, sancti Petri sanctique Remigii precibus exempti sunt ab istis pœnis, et jam ducti sunt in gaudium paradisi;' et dixit ad me, 'Respice sinistrorsum;' cumque respexissem, vidi ibi duo dolia altissima bullientia; 'Ista,' inquit, 'sunt tibi præparata, nisi te emendaveris, et pœnitentiam egeris de tuis nefandis delictis.' Et tunc cœpi graviter horrere, cumque cerneret ductor meus in tanto pavore esse spiritum meum, dixit ad me, 'Sequere me ad dextram luculentissimæ vallis paradisi. Et dum graderemur, contemplatus sum in ingenti claritate cum gloriosis regibus sedere Lotharium, avunculum meum, super lapidem topazium miræ magnitudinis, diademate pretioso coronatum; videns me cominus accersivit, blanda voce dicens, 'Carole, successor meus nunc [1] tertius in imperio Romanorum, veni ad me; scio quod per pœnalem locum venisti, ubi est pater tuus, frater meus, positus in pœnis sibi destinatis, sed per misericordiam

Vision of Charles le Gros.

[1] *Tertius in imperio.*] Louis the third is probably here omitted, otherwise Charles le Gros would be the fourth from Lothaire; Louis II, Charles le Chauve, Louis III, Charles le Gros.

Vision of Charles le Gros.

Dei citissime liberabitur ab eis, sicut et nos liberati sumus, meritis beati Petri sanctique Remigii precibus, cui Dominus magnum apostolatum dedit super reges et super gentes Francorum; qui nisi quisquiliis nostræ propaginis suffragatus fuerit et juverit, jam deficiet nostra genealogia regnando et imperando; unde scito quoniam tolletur ocius potestas imperii de manu tua et postea brevissimo tempore in seculo vives;' tunc conversus contra me Ludovicus, dixit mihi, 'Imperium, quod hactenus tenuisti jure hæreditario, debet recipere Ludovicus, [1]filius filii tui;' et, his dictis, visum est mihi adfore infantulum præsentem, et intuens eum Lotharius, avus ejus, dixit mihi, 'Redde illi potestatem imperii, per illud filum glomeris, quod in manu tenes.' Disnodans ergo filum de pollice dexteræ manus meæ, donavi illi omnem monarchiam imperii per ipsum filum, et statim ipsum glomus fulgidum sicut jubar solis coadunatum est totum in manu illius; sicque post [2]mirabile factum hoc, reversus est spiritus meus in corpus meum, valde fessus et contristatus.' Post hanc quoque visionem idem Carolus vix annis duobus imperio functus; successit ei Ludovicus ille, qui postea filiam Eadwardi regis Anglorum duxit [3]uxorem; sed [4]hæc infra. Eodem anno [5]Esnæ, Herefordensi episcopo, [6]Ceolmundus successit.

---

[1] *Filius filii tui.*] Filius filiæ meæ, *L.* rightly.—Louis, surnamed l'Aveugle, son of Boson king of Provence, by Hermengarde, daughter of the emperor Louis the second. He died about the year 929.

[2] *Mirabile factum hoc.*] Hoc factum mirabile, *L.*

[3] *Uxorem.*] In uxorem, *L.*

[4] *Hæc infra.*] See below, ad an. 901.

[5] *Esnæ . . . episcopo.*] Post Esne, Herefordensem episcopum, *L.*

[6] *Ceolmundus.*] The time of his death is uncertain; Malmsbury calls him 'Celmund.'

Ut rex Alfredus monarchiam Angliæ adeptus fuerit.

Anno Domini DCCCLXXXVI. rex Alfredus, post incendia urbium et strages multimodas populorum, [1] civitatem Londoniarum, quæ caput regni fuit, obsidione vallavit, ubi omnes Anglorum nationes ad ipsum confluentes subjectionem fecerunt; nam prius dispersi fuerant per loca deserta et nemorosa propter frequentes Danorum irruptiones, et sine omni defensore volubiles usquequaque et instabiles vagabantur. Fœdere itaque homagiis confirmato et juramentis, rex eorum fultus auxilio insultus acerrimos contra civitatem ordinavit, erectisque machinis in gyrum, mœnia dissolvere laboravit; cives vero metuentes contendere contra regem, apertis valvis civitatis, ipsum honorifice susceperunt. Tunc rex, civitate restaurata mœniisque reparatis, tradidit eam sub custodia [2] Athelredi, comitis Merciorum, qui regis filiam nomine [3] Elfledam habuit uxorem, et erat de regio semine illius gentis. Rex itaque Alfredus omni deinceps tempore vitæ suæ monarchiam totius regni Angliæ adeptus est præter illas regionis partes, quas sibi subjugaverat barbarica gens Danorum; occupaverant enim Northanhumbriam totam cum Estanglia et aliis regionibus plurimis, ex quibus Alfredo regi gravissimas irruptiones et assiduas intulerunt.

A.D. 886. Aelfred takes London.

Recapitulatio regnorum et regum Angliæ.

Nunc ergo quum ad regem monarcham tractando pervenimus, libet omnium regum Angliæ,

Catalogue of the kings of England.

[1] *Civitatem Londoniarum.*] Asser and the Sax. Chron. agree in placing the taking of London in this year.

[2] *Athelredi.*] 'Ethelredi,' *L*; 'Aetheredi,' Asser and Sax. Chron. See Dugdale, Baronage, i. p. 7.

[3] *Elfledam.*] Alfledam, *L.*

qui hucusque regnaverunt, et nomina et regna distinguendo recapitulare, ut successiones singulorum per ordinem repetentes lectoribus gratiores existamus, et historiæ series clarius illucescat. Wodenus igitur ex antiquorum prosapia Germanorum originem ducens, post mortem inter deos translatus est; quem veteres pro deo colentes, dedicaverunt ei quartam feriam, quam de nomine ejus 'Wodenesday,' id est, diem Wodeni, nuncuparunt. Hic habuit uxorem, nomine Fream, cui similiter veteres sextam feriam consecrantes, 'Freday,' id est, diem Freæ, appellarunt. Genuit autem Wodenus ex uxore Frea septem filios inclytos, ex quorum successione septem reges traxerunt originem, qui in Britannia potenter, expulsis Britannis, postea regnaverunt. Ex filio Wodeni primogenito, nomine Wecta, reges Cantuariorum; ex secundo, [1] Frehegeath, reges Merciorum; ex tertio, Baldao, reges West-saxonum; ex quarto, Beldago, reges Northanhumbrorum, sive Berniciorum; ex quinto, [2] Wegdago, reges Deirorum; ex sexto, Kasero, reges orientalium Anglorum; ex septimo, [3] Saxuad, reges orientalium Saxonum originem habere dicuntur; octavus vero, id est, rex australium Saxonum, ex eadem gente, sed non ex eadem stirpe originem sumpsit.

De regibus Cantiæ.

Kings of Kent.

Hengistus [4], Osricus Aesc, [5] Octa, Ermenricus, Aethelbertus primus Christianus, Eadbaldus, Erconbertus, Egbertus, Lotharius, Eadricus, Withredus [6] et Siwardus, Aethelbertus, Eadbertus,

---

[1] *Frehegeath.*] Fethelgeat, *L.*

[2] *Wegdago.*] Wegdai, *L.*

[3] *Saxuad.*] Nascad, *L.*

[4] *Hengistus.*] Horsus, Hengistus, *L.*

[5] *Octa,*] omitted, *L.*

[6] *Et Siwardus,*] omitted, *L.*

[1]Aethelbertus, Eadbertus Pren, Cuthredus, Baldredus, Aethelstanus. Ab Aethelstano translatum est regnum Cantiæ ad reges West-saxonum.

De regibus Merciorum.

Creodda, Wibba,[2]Cearlus, Penda, Peada primus Christianus, Wlfherus, Aethelfredus, Kinredus, Ceolredus, Aethelbaldus, Beornredus, Offa magnus, Egfridus, Kenulphus, Kenelmus, Ceolulphus, [3]Bertulphus, Ludicanus, Wiglafus, Bertulphus, Burhredus. A Burhredo translatum est regnum Merciorum ad reges West-saxonum. Kings of Mercia.

De regibus West-saxonum.

[4]Cerdicus, Kenricus, Ceaulinus, Ceolricus, [5]Ceolulfus, Kinegilsus [6]et Quichelmus, Kinewalcus, Sexburga, Eascwinus, [7]Kentwinus, Cedwalla, Ina, Aethelhardus, Cuthredus, Sigebertus, Kineulfus, Brithricus, Egbertus, Aethelulfus, Aethelbaldus, Aethelbertus, Aethelredus, Aelfridus. Iste Aelfridus primus monarcha fuit regni Angliæ, cujus successio regni ad regem Gulielmum, qui Angliam subjugavit, se extendit. Kings of Wessex.

De regibus Northanhumbrorum.

Ida, Adda, Glappa, Theodwaldus, Fretheulphus, [8]Theodoricus, Aethelfridus, Eadwinus rex Deirorum primus Christianus, [9]Eanfridus, Oswaldus, Oswius, Egfridus, Ealfridus, Osredus, Kenredus, Osricus, Ceolwlfus, [10]Eadbertus, Os- Kings of Northumbria.

---

[1] *Aethelbertus . . . Cuthredus.*] Egferthus, Egbertus, Cuthredus, *L.*

[2] *Cearlus,*] omitted, *L.*

[3] *Bertulphus.*] Bernulfus, *L.*

[4] *Cerdicus.*] Certicius, *L.*

[5] *Ceolulfus.*] Kenulfus, *L.*

[6] *Et Quichelmus,*] omitted, *L.*

[7] *Kentwinus,*] omitted, *L.*

[8] *Theodoricus, Aethelfridus.*] Theodricus, Eadricus, Ethelfridus, *L.*

[9] *Eanfridus.*] Kinfridus, *L.*

[10] *Eadbertus.*] Egbertus, *L.*

ulfus, Athelwoldus Mollo, [1]Ealdredus, Aethelredus, Alfwoldus, Osredus, Aethelredus iterum, Osredus, Eardulfus, Alfwoldus, Eandredus, Aethelredus, Readwlfus, Osbertus, Ella, Egbertus, Ricsius, Egbertus, Cuthredus.

De regibus Deirorum.

Kings of Deira.

Ella, iste Ella regnavit in Deira dum octo reges collaterales regnabant in Bernicia. [2]Aethelfridus, Eadwinus, Osricus, Oswinus. Ab Oswino translatum est regnum Deirorum ad [3]Oswium regem Berniciorum, et factum est unum regnum Northanhumbrorum, cujus fines ab Humbro flumine ad aquilonem se extendunt usque ad mare Scoticum. Et hoc tandem regnum ad reges Westsaxonum translatum est.

De regibus orientalium Anglorum.

Kings of East-Anglia.

Uffa, Titillus[4], Redwaldus, [5]Wibertus, Eorpenwaldus, [6]Sigebertus, Egricus, Anna, Aethelherus, Aethelwaldus, Ealdulfus, Ealfwaldus, Beorna, Aethelredus, [7]Aethelbertus, Eadmundus, Gytro Danus. A Gytrone Dano translatum est regnum orientalium Anglorum ad reges West-saxonum.

De regibus orientalium Saxonum.

Kings of Essex.

Erkenwinus, Sledda, Sebertus, Sexredus [8]et Siwardus, Sigebertus Parvus, Suithelmus, Sigeherus et Sebba, Sigehardus [9]et Seofridus, Offa,

---

[1] *Ealdredus.*] Elredus, *L.* where they are thus continued, 'Ethelbertus, Alwoldus, Osfredus, Ethelbertus, Osbaldus, Eandulfus, Alwoldus, Eandredus, Ethelredus, Osricus, Osbertus et Elle.'

[2] *Aethelfridus . . . Oswinus.*] Eadricus, Eadwinus, Osuuinus, *L.*

[3] *Oswium.*] Oswinum, *L.*

[4] *Titillus.*] Eanic, inserted in *L.*

[5] *Wibertus, Eorpenwaldus,*] transposed in *L.*

[6] *Sigebertus,*] omitted, *L.*

[7] *Aethelbertus.*] Egelbertus, *L.*

[8] *Et Siwardus,*] omitted, *L.*

[9] *Et Seofridus,*] omitted, *L.*

Selredus, Suithredus. A Suithredo translatum est regnum orientalium Saxonum ad reges West-saxonum.

De regibus australium Saxonum.

Ella, Cissa, Aethelwaldus, Berthunus, Aldhunus. Ab Aldhuno translatum est regnum australium Saxonum ad reges West-saxonum. Kings of Sussex.

De regionum depopulatione transmarinarum.

Anno Domini DCCCLXXXVII. [1]Hasteinus, sive Hastingus, natione Danus, Angliam hostiliter pervagatus, cum exercitu infidelium bellatorum potentissimo partes petens Gallicanas, Vermundensem applicuit ad portum, ubi ex navibus exsilientes increduli totum tradunt ignibus comitatum, sancti quoque [2]Quintini martyris cœnobium comburentes, de populo cædem nefariam commiserunt, Noviomensis episcopus, [3]Emmo nomine, eorum ensibus obtruncatur, fitque ibi cædes in populo, proprio orbato pastore; exinde apud Gemeticum classem dirigentes, cœnobium nongentorum adurunt monachorum; abhinc cum A.D. 887. Devastations of Hasting the Dane.

[1] *Hasteinus,*] or Hastingus. It is not easy to determine the identity of this individual, whether he was the same with him who desolated France in the early part of the reign of Charles le Chauve, or his son, or altogether of a different family. It seems, however, clear that Wendover has considered him to be the same person, since he uses the very phrase employed by William of Jumiéges when recounting the invasion of Vermandois in 851. Ordericus Vitalis speaks of an invasion by Hasting in 846. The chronicle of S. Bertin mentions that Louis III. had received into his friendship 'Astingum, unum ex Normannorum principibus,' in 880; and the same name is continually found in the different chronicles from the middle of the ninth to the beginning of the tenth century. Compare Malmsbury, p. 182, *note* [3].

[2] *Quintini martyris cœnobium.*] William of Jumiéges places the destruction of this monastery in 851. In an account of the burial of SS. Quintin and Victoricus, it is there said that the church of S. Quintin was burned by the Danes in 883; Du Chesne, ii. p. 483.

[3] *Emmo,*] bishop of Noyon, was present at the council of Toussy in 860.

navibus non modicis Rothomagensem adeuntes urbem, ipsa cremata et spoliata, neci populum tradiderunt. Inde vero Galliæ interiora petentes, a Genuabensi urbe, per transversum Lutetiam cuncta usque Parisios barbarica feritate consumunt; deinde stationem navium suarum in insula quadam sancti Florentii cœnobio vicina componentes, totam circumcirca provinciam deleverunt; urbem quoque Nameticam incendio tradentes, Andegavensemque regionem perlustrantes cunctaque cædibus polluentes, cum omnibus Pictavensium castellis et urbibus populantur. Turonorum novissime adeunt civitatem, quam innocentium cædibus commaculantes, ad ultimum eam ignibus tradiderunt; indeque superiora Ligeris navibus expetentes, Aurelianis pervenerunt, quam rebus omnibus depopulatam tandem urbem combustione consumunt. Quid Aquitanicæ gentis afflictionem referam, cum in ipsis, non oppidum, non vicus, non denique civitas aut castellum, libertatem obtinuerunt, quod non horum ferali rabie conciderit paganorum? Testantur[1] hæc Pictavi, hæc Sanctones, hæc Engolismum, hæc Petragoricum, hæc Lemovices, hæc Avernus, hæc Avaricum, caput Aquitanicæ regionis.

Qualiter prædo Hasteinus urbem Limis subjugaverit.

The Danes in France.

His igitur atque hujusmodi miseriis, ut prælibavimus, Galliis contritis, Hasteinus, prædo nequissimus, ad urbem [2]Limis navibus devectus deliberavit eam irruptione subita obtinere; sed

[1] *Testantur hæc Pictavi.*] So William of Jumiéges, lib. i. cap. 8.

[2] *Limis.*] The same authority says that he was baptized at Luna, in Italy, i. § 9.

cives tanta classe paganorum perterriti propugnacula murorum clypeis muniunt et jaculis, atque semetipsos ad resistendum hortantur; quorum audaciam Hasteinus ut comperit, omni nisu, quo pacto eam posset obtinere, tentavit. Denique episcopo civitatis et comiti per ministros suos mandavit se lethali pressum languore, et se ab eis Christianum fieri humiliter supplicavit; his episcopus et comes auditis, gaudio magno exhilarati pacem firmant cum pacis inimico, et fit utrique populo communis urbis ingressus. Tandem iniquus ille Hasteinus ad ecclesiam fertur, sacro fonte immergitur, quem in sui perniciem episcopus et comes de lavacro susceperunt, indeque ministrorum manibus ad naves refertur sancto chrismate delibutus. Post hæc, intempestæ noctis medio loricatus in feretro collocatur, innuens sociis ut suas sub tunicis vestirent loricas; deinde cum luctu simulato commilitonum ad ecclesiam de navi effertur, sacris antistes indumentis ornatur sacrosanctam pro defuncto hostiam mactaturus; sed ecce Hasteinus, perditionis filius, de feretro repente prosiliens, episcopum et comitem gladio detruncavit, dehinc lupina rabie cum suis grassatur in plebe; his in hunc modum a funesto perpetratis, jugulantur juvenes, trucidantur senes, depopulatur civitas, a fundamentis mœnia subvertuntur. Peracta igitur urbis subversione, Hasteinus Carolum regem Francorum adiit, et pacem ab eo postulans impetravit deditque illi pro stipendio urbem Carnotensem, et sic Gallia a tumultuum fragoribus aliquamdiu respiravit. Hæc autem ideo hoc in loco recitavi, ne quis solam Angliam crederet hac Danica persecutione fatigari.

De fundatione cœnobiorum, et eleemosynis Alfredi.

A.D. 888. Liberality of Aelfred.

Anno Domini DCCCLXXXVIII. [1]Athelmus, Wintoniensis episcopus, regis Alfredi et West-saxonum eleemosynas Romam deportavit; quo utique tempore duo monasteria fundavit, unum monachorum apud [2]Ethelingeiam, id est nobilium insulam, ubi idem rex quodam cum subulco exulavit, quo in loco [3]Johannem presbyterum abbatem ordinavit; aliud quoque monasterium ad orientalem plagam [4]Schaftesburie habitationem sanctimonialium fabricari præcepit, in quo filiam propriam, nomine [5]Algivam, abbatissam constituit, virginem Domino consecratam, et hæc monasteria divitiis et possessionibus abundanter ditavit. Denique consilio divinitus ordinato, [6]omnes census suos bifarie dividere fecit, quarum primam partem in tres portiones distribuit; harum

---

[1] *Athelmus, Wintoniensis episcopus.*] It is unfortunate that our MS. is here imperfect, as it might probably have corrected the error into which Godwin has fallen respecting the individual mentioned. In two MSS. of the Flores Historiarum, both, however, very carefully written in the beginning of the fourteenth century, the reading is, 'Athelmus Wintoniensis cor,' which, compared with the statement of the Sax. Chron. that 'Aethelhelmus comes,' and with that of Simeon, that 'Ethelhelm comes Wiltunensium' was the bearer of Aelfred's alms, leaves us but little grounds for supposing that such a bishop of Winchester as Athelmus existed at this time.

[2] *Ethelingeiam.*] A Benedictine abbey, dedicated to the Saviour, SS. Peter and Paul. Hearne concludes, from a charter in the Monasticon and Reyner, (Apost. Benedict. ii. pp. 132, 133,) that this monastery had been built before the time of Aelfred, and was only enlarged or rebuilt by him; Spelman, life of Aelf. p. 166.

[3] *Johannem presbyterum.*] He is supposed by Mabillon to have come over with Grimbald at the instance of Aelfred in 883; Annal. Bened. lib. 38, num. 68. Compare Malmsb. p. 188, *note* [1].

[4] *Schaftesburie.*] An abbey for Benedictine nuns, dedicated at first to the Virgin, but after the burial of S. Eadward, king and martyr, called by his name.

[5] *Algivam,*] before called Aethelgiva; according to Asser, Aethelgeofu. She has been confounded with Elfgiva, wife of king Eadmund; Spelm. Aelf. p. 167, *note* [1].

[6] *Omnes census suos.*] Compare the account following with Asser, Vit. Aelfr. p. 64, *seqq.*

autem portionem unam suis bellatoribus, qui in tribus turmis dividebantur, assignavit, ita ut prima cohors, quæ equestris erat, mense uno in curia regis ministraret, dum aliæ duæ bellicis expeditionibus insudarent, sicque mense finito, illis de prælio redeuntibus, novi bellatores illis succedebant, et sic omni tempore vitæ suæ has vicissitudines observabat; secundam vero partem operariis multis, quos in omni opere terreno eruditos habebat, distribuit; tertiam autem advenis, qui ex diversis nationibus ad eum confluebant, impendit. Secundam denique partem, quæ ex annuo ad eum censu spectabat, in tres dividens portiones, primam pauperibus, secundam cœnobiis, quæ fundaverat, tertiam scholæ, quam ex multis Galliæ aliisque regionibus remotis congregaverat, clericis et doctoribus, secundum singulorum sufficientiam deputavit. Ex cera quoque, ad pondus septuaginta duorum denariorum, sex candelas æquales fieri præcepit, ita ut singulæ duodecim uncias longitudinis haberent, quæ per viginti quatuor horas, die noctuque sine defectu, coram plurimorum sanctorum reliquiis arderent. In exsequendis judiciis adeo discretus erat indagator, ut quæ in absentia ejus fiebant, si essent justa vel injusta inquireret, et, si aliquam iniquitatem intelligere posset, judices interrogabat, utrum per ignorantiam vel malevolentiam, aut amore vel odio, timore vel favore, vel pro pecuniæ cupiditate ita judicassent; et si confiterentur se talia judicasse, eo quod rectius judicare nesciebant, tunc discrete ac moderate illorum redarguens imperitiam aiebat, ‘ Miror sane vestram insolentiam, cum, Dei dono ac nostro, sapientium gradum et ministerium usurpastis et sapientiæ studium neglexistis, aut terrenarum ministeria rerum dimittatis aut sapientiæ, multo

devotius quam hactenus fecistis, insistere studeatis.' His judices auditis perterriti ac veluti pro maxima vindicta correcti ad æquitatis discendæ studium totis viribus se vertere nitebantur, ita ut illiteratos literis studere faceret et torpentes reduceret ad sapientiæ disciplinam; unde et ipsi senes, ad literalem scientiam suspirantes, felices arbitrabantur illius temporis juvenes, qui liberalibus artibus poterant erudiri, et se infelices, qui indocti remanserunt, eatenus judicabant.

De eleemosynis magni regis Alfredi.

A.D. 889. Aelfred sends alms to Rome.

Anno Domini DCCCLXXXIX. defuncto Ethelredo, Dorobernensi archiepiscopo, [1]Plegmundus successit. [2]Eodem anno rex Alfredus præcepit omnibus Angliæ episcopis et viris religiosis fidelium eleemosynas colligere, collectasque Romam atque Hierosolymam destinare; rex quoque de thesauro suo non modicam portionem, fidelium eleemosynis unitam, ad loca præscripta transmisit.

De obitu Ethelsuithæ sororis regis Alfredi.

A.D. 890. Death of Guthrum the Dane.

Anno Domini DCCCXC. [3]Gytro Danus, rex orientalium Anglorum, diem clausit extremum, qui regnum illud, Alfredo rege donante, acceperat, cum ab eo Christianitatem accepit. Eodem anno

---

[1] *Plegmundus,*] or Plemundus. Malmsbury states that he held the see of Canterbury thirty-three years. The Saxon Chron. records his death in 923, whilst it will be found below in 915. Compare Angl. Sacr. i. p. 99, with Hearne's note in Spelm. life of Aelfr. p. 137.

[2] *Eodem anno.*] The Sax. Chron. and Simeon notice the carrying of alms to Rome by Beocca, earl of Wessex, in 888, and Beornhelm, abbot, in 890. Florence places Beocca's visit in 889, which probably is here intended. No others mention Jerusalem.

[3] *Gytro,*] or Guthrum, mentioned above as having been baptized at Wadmor, and named by Aelfred 'Aethelstan.' Florence places his death in 891.

soror regis Alfredi, [1]Ethelsuitha, Burhredi regis Merciorum quondam regina, apud [2]Ticinum in habitu religionis defuncta est et ibidem honorifice sepulta.

Miraculum.

Anno Domini DCCCXCI. [3]Arnulfus, tutor Ludovici, Romanum adeptus imperium annis duodecim imperavit. Eodem anno tres homines de Hibernia ad regem Alfredum venientes, solitariam pro Christo vitam ducere cupiebant; construxerant namque sibi ex tribus coriis bovinis et dimidio naviculam quandam brevissimam sine omni navis instrumento, qui, adjuncto sibi unius septimanæ victu, clam mare sunt ingressi, quocumque fortuna concederet, ire disponentes; qui, Domino ducente, septimo suæ ingressionis die in Cornubia applicantes, pro miraculo et novitate inaudita regi præsentantur; [4]nomina autem eorum fuerunt Dubslane, [5]Manchetus et [6]Manslinum. Eodem anno circa tempus Rogationum cometa apparuit, quæ Anglice [7]'Vexete sterre' nuncupatur. A.D. 891. Miracle.

De armillis aureis in biviis suspensis.

Anno Domini DCCCXCII. [8]magnum examen pa- A.D. 892. Incursion of the Danes.

[1] *Ethelsuitha.*] According to Simeon and the Sax. Chron. she died on her journey towards Rome, in 888; Florence says, in 891.

[2] *Ticinum,*] now Pavia.

[3] *Arnulfus.*] He died 29th November 899, having completed the twelfth year of his reign as king of Germany, and in the fifth year of his empire; Malmsbury speaks of his having reigned fifteen years, § 112.

[4] *Nomina autem.*] The Sax. Chron., where under the same year this adventure is registered, records their names, Dubslane, Maccbethu, and Maelinmun.

[5] *Manchetus.*] Machetu, *L.*

[6] *Manslinum.*] Maslinituin, *L.*

[7] *Vexete sterre.*] Vexede sterro, *L.*

[8] *Magnum examen.*] Compare the account as given in the Sax. Chron. and by Florence.

ganorum ex Galliis adveniens, cum equis et navibus ducentis quinquaginta, Cantiam transvectum in ostio [1]Limenii fluminis, quod de silva magna 'Andredeswald'[2] appellata decurrit, applicuit et quatuor milliariis sursum naves direxit, ubi quandam arcem a paucis accolis inhabitatam diruentes, aliam sibi firmiorem, in loco, qui [3]'Appeltre' dicitur, construxerunt; nec multo post Hasteinus ex eisdem partibus, cum navibus octoginta ostium Thamesis fluminis intrans, [4]munitionem sibi in villa regia, quæ Middeltona dicitur, magnis sumptibus consummavit. Sed cum undique regi Alfredo hostium incursiones imminerent [5]et, ut quidam asserunt, leges inter arma sileant, ipse tamen inter stridores buccinarum et fragores bellorum et armorum fremitus leges tulit et observandas tradidit, quibus sui et divino cultui et disciplinæ adsuescerent militari: et quia barbarorum occasione etiam indigenæ ad rapinas anhelaverant, ita ut vix ulli tutus esset locus vel sine armorum præsidio commeatus, centurias, quas Hundredos, et decimas, quas Tithingas, appellant, instituit, ut omnis Angligena legaliter vivens et centuriam haberet et decimam; quod si quis alicujus delicti argueretur incommodo, statim exigeretur ex centuria, et qui eum vaderetur et decima; qui vero hujusmodi vadem non

[1] *Limenii.*] Limine, *L.*—The Rother, or Rowther, that now empties itself into the sea at Rye, but then, as Hearne supposes, was at New Romney; consult his note in Spelm. life of Aelf. p. 78.

[2] *Andredeswald.*] Andredesweald, *L.*

[3] *Appeltre.*] Apuldre, Sax. Chron.; Apultrea, Florence; now Appledore, six miles from Romney.

[4] *Munitionem sibi in villa regia, quæ Middeltona.*] Milton, or Middleton; not far from Sittingbourne. The site of these fortifications is still visible on Kemsley Down; Hasted, Hist. Kent, ii. p. 631.

[5] *Et, ut quidam asserunt.*] Cicero, Orat. pro Milone, iv. The remainder of this section is taken from Malmsbury, § 122. Compare Carte, Hist. i. p. 309, with Spelman's life, p. 108.

haberet, legum severitatem subiret; et si quis ante vadationem vel post aufugeret, omnes ex centuria ejus et decima regis mulctam incurrerent. Hoc quoque commento pacem infudit provinciis, ut etiam per publicos aggeres, ubi semitæ finduntur in quadrum, armillas juberet aureas appendi, ut viantium aviditatem irritarent, cum non esset qui eas abriperet.

De clementia regis Alfredi et falsitate Danorum.

Anno Domini DCCCXCIII. [1]pagani, qui North- A D. 893. The Danes in Kent. anhumbriam et qui East-angliam incoluerunt, pacem cum Alfredo rege juramentis et obsidibus statuerunt; sed, rupto fœdere, quandocunque exercitus paganorum in Cantia residens prædandi causa de suis munitionibus exivit, ipsi cum illis vel per se, ubicunque potuerunt prædas agere, non cessabant; quo cognito, rex Alfredus cum exercitu suo Cantiam proficiscens, inter duos paganorum exercitus castrametatus est, ut, si forte campum aliquem prædæ causa vel prælii peterent, ipse cum eis certamen iniret. At illi nunc equestres, nunc pedites, latrocinando illas partes frequentabant, ubi regis exercitum abesse sciebant; quibus tamen rex subitis sæpe incursionibus obvians, cædes infert assiduas. Unde Cantiam relinquentes, ad Hasteinum concivem suum, qui apud Middeltonam hyemaverat, confugerunt; quos rex viriliter insecutus, non cessavit donec ipsos cum Hasteino Dano crudelissimo in municipium, quod idem Hasteinus nuper ibidem construxerat, violenter intrusit; quo rex cum pervenisset, municipium obsidione vallavit, erectisque in gyrum machinis, illud subjugare

[1] *Pagani, qui Northanhumbriam.*] The events of this and the following year are by the Sax. Chron. and Florence recorded together in 894.

vacavit. Hasteinus vero Danus omnem spem resistendi amittens, cogitavit quo ordine regem clementissimum deciperet suis artibus fraudulentis; et nuntios ad regem dirigens promisit, juramentis et datis obsidibus, quod ab ejus et regni Angliæ inquietatione cessaret in posterum, si pacifice recedere sineretur; et ad majorem insuper securitatem, misit regi duos filios suos pueros, ut, si vellet, fidei illos et baptismatis imbueret sacramentis. Tunc rex piissimus, qui semper paganorum animas potius liberare quam interficere sitiebat, ejus petitionibus adquievit, et, pueris sacro fonte renatis, Hasteinum patrem eorum cum omnibus aliis infidelibus pacifice, juxta quod pactum fuerat, abire permisit.

Quomodo rex Alfredus Danicum regem de prælio fugaverit.

A.D. 894. Aelfred defeats the Danes.

Anno Domini DCCCXCIV. rex Alfredus cum ingenti exercitu contra paganos processit, quos supra[1] in ostio Ligei fluminis applicuisse diximus, qui jam cuneis divisis conabantur omnes regionis illius provincias subjugare; quo rex cum pervenisset, misit se cum exercitu suo inter duos cuneos paganorum, ut, si forte loca nemorosa deserentes planitiem aliquam petere decrevissent, ipse contra eos arma moveret; sed barbari jam fame et longa fatigati inedia, dum nihil proficerent sed potius deficerent, disposuerunt concives suos, qui nuper in East-sexia applicuerant, adire, ut fortiori milite stipati irruptiones Christianorum possent facilius sustinere. Cumque

[1] *Supra in ostio Ligei fluminis.*] Above, in 892, correctly called 'Limenii,' or the Rother. In the abridgment of the account of the troubles of this period from the Saxon Chronicle, Florence, and Huntingdon, some of the events appear to have been transposed. The reader will therefore do well to consult the above-named authorities upon this portion of the history.

furtim castra moventes ad [1]Farnam villam pervenissent, Thamesim fluvium transire cupientes, a regia ibidem fortitudine sunt præventi, commissoque cum illis gravi prælio pagani in fugam sunt conversi, quos fugientes Christiani sine pietate prosternunt, atque ex obstantibus maxima strage illata regem eorum crudeliter vulnerarunt; quem vix commilitones, in equo positum, sine vado et ponte trans Thamesim fluvium, multis ex eis submersis, duxerunt, ubi tandem inter Thamesim et Coleneam quandam brevissimam nacti [2]insulam pro oppido illam aliquamdiu habuerunt; Christiani vero naves ibidem non habentes obsidionem facere nequiverunt, maxime cum sibi victualia deficerent et terminum suæ stationis complevissent. Illis itaque recedentibus, rex Alfredus cum exercitus sui medietate illuc properabat; sed antequam iter explevisset inceptum, nuntiatur ei paganos, qui Northanhumbriam et East-angliam incolebant, quosdam Exoniam, quosdam ex eis arcem quandam in Devonia sitam obsedisse; nec mora, rex Alfredus omnem, quem habere poterat, exercitum reducens, Exoniam adivit, paucis tamen ad debellandum hostes, quos insequebatur, relictis. Pagani vero interim, rege eorum convalescente, ad concives suos in East-sexiam profecti, invenerunt Hasteinum proditorem nequissimum, qui jam contra pactum, quod cum Alfredo rege pepigerat, apud [3]Beamfleotam oppidum fossatis altis et spatiosis firmatum inhabitabat, a quo etiam assiduas agens irruptiones, omnem patriam devastavit; sed etiam pagani, qui apud Appeltre,

[1] *Farnam villam.*] 'Fearnhamme,' Sax. Chron.; supposed by Camden to be Farnham, Surrey.

[2] *Insulam,*] supposed to be the Mersey, at the mouth of the Coln, in Essex; but in the text the river of that name, from which Colnbrook takes its name, is clearly intended.

[3] *Beamfleotam.*] Benfleet, on the river Leigh.

ut prædictum est, resederant, ad Hasteinum venientes ibidem magnum confecerunt exercitum bellatorum. Tunc illi, quos rex Alfredus ad illos expugnandum dimiserat, junctis sibi civibus Londoniensibus, aliisque viris bellicosis, qui ex finibus Northanhumbrorum et East-anglorum ad mandatum regis advenerant, ad Beamfleotam hostiliter accedentes, Hasteinum in oppido non invenerunt; sed tamen contra socios ejus, qui ex oppido adversus eos exierant, gravissimo prælio commisso, in prima congressione in fugam eos compellunt, oppidum invadentes destruunt, uxorem Hasteini cum duobus filiis ejus vinculis constringunt, naves quasdam incendunt, quasdam ad urbem Rofensem adducunt, uxorem Hasteini cum suis filiis ad urbem Londonias transmittunt. Et, his ita gestis, rex Alfredus paganis, pro quibus Exoniam ierat, levi negotio superatis, dilaceratis et ad naves fugatis, reversus est ad Londoniensem civitatem, ubi comes Ethelredus uxorem Hasteini cum duobus filiis regi præsentavit, petens adjudicari quid de uxore ejusdem proditoris et filiis foret agendum, qui pactum, quod cum rege pepigerat,] [1] violavit. Tunc cum ab omnibus judicatum fuisset ipsos morte turpissima esse dignos, rex noluit eis quicquam mali facere, eo quod idem rex unum ex pueris suis, ut superius relatum est, de sacro fonte susceperat et alium comes Ethelredus, sed tam matrem quam pueros liberos abire permisit.

De gravi quadam persecutione, qua Dani contriti sunt.

A.D. 895. Anno Domini DCCCXCV. [2] Formosus papa sedit

[1] *Violavit.*] At this point we return to the manuscript.

[2] *Formosus papa.*] The chronology of Formosus and the six following popes is incorrect, as is clear from the statement above

in cathedra Romana annis tribus et mensibus sex. Eodem anno Wlfero archiepiscopo Eboracensi defuncto [1]Ethelbaldus successit. Eodem tempore Hasteinus iniquus et cæteri pagani, quos exercitus regis Alfredi de Beamfleote fugaverat, disposuerunt transire ad concives suos, qui in occiduis partibus Angliæ habitabant; arrepto igitur clam itinere per provinciam Merciorum, ad villam quandam super flumen Sabrinæ sitam, [2]'Buttingetune' appellatam, pervenerunt, ubi a confratribus suis reverenter sunt recepti, atque in oppidum, quod ibidem construxerant, introducti. Cumque hæc regi Alfredo nuntiata fuissent, congregavit exercitum quasi invincibilem et veniens ad oppidum præfatum, quod Sabrinæ fluctibus erat undique perfusum, paganos tam navali quam terrestri exercitu circumcinxit. At hostes post diutinam obsidionem, victu sibi deficiente, equos suos novissime devorabant; tandem omnibus consumptis, ab oppido necessitate compulsi exierunt contra exercitum, qui erat in orientali parte fluminis, pugnaturi, ubi ex parte regis in prima

Aelfred victorious in Mercia.

in 885, where it is recorded that Stephen the fifth reigned five years. The correct dates appear to be as follows: Formosus was consecrated in September 891, and died in April 896; he was succeeded by Boniface the sixth, who survived his election only fifteen days; upon his death, Stephen the sixth received the papal crown in August 896, and was strangled in prison fourteen months afterwards; to him succeeded Romanus four months; to him Theodore the second twenty days; to him John the ninth, who died in November 900, after a reign of two years and five months; his successor was Benedict the fourth, who, dying in October 903, was followed by Leo the fifth, whose accession is correctly recorded below in that year.

[1] *Ethelbaldus.*] Of the time of his death nothing is known. His consecration is placed by Simeon in 900.

[2] *Buttingetune.*] 'Dudingtune juxta Severnam,' Hunt. called by Spelman 'Buttington,' or 'Boddington,' upon a little branch of the same river in Gloucestershire, or Buttington in Montgomeryshire; Camden, ii. p. 46. See Hearne's note on Spelman, p. 85.

congressione cecidit Ordein minister ejusdem regis et multi alii cum eo; sed Christiani demum prævalentes in fugam adversarios compulerunt, quos fideles sine pietate insequentes, multos in undis submergebant et nonnullos gladiis detruncabant, et qui ex hac clade evadere potuerunt, fugiendo ad [1]Legecestriam, quæ Anglice 'Wyrhale' dicitur, pervenerunt, ubi in quodam municipio ex concivibus suis plurimos reperientes, in eorum consortium sunt admissi; quo rex cum pervenisset, non potuit ibi obsidionem tenere, unde omnia, quæ extra oppidum in frugibus sive victualibus reperit, igne concremavit.

De altercatione facta inter Anglos et Danos.

A.D. 896 Danes defeat the Londoners;

Anno Domini DCCCXCVI. nefandus paganorum exercitus, Legecestriam deserens, Northanhumbriam petivit, ubi navibus adquisitis per mare sursum navigare cœperunt. Tandem in ostio Linc fluminis, [2]non longe ab urbe Londoniarum applicantes, prædis et rapinis, extractis ad terram navibus, institerunt; quod cives Londoniarum cum cognovissent, conjunctis sibi provincialibus populis ad locum venientes præfatum, invenerunt hostes quoddam sibi jam municipium construxisse; illis autem hinc et inde hostiliter concurrentibus, cives Londonienses compulsi sunt in fugam, quatuor ex regis militibus interfectis.

compelled to retire.

Sed non multo post superveniente Alfredo rege, compulsi sunt pagani locum deserere et noctu

---

[1] *Legecestriam, quæ Anglice Wyrhale;*] 'in Wirheale, quæ Legaceaster dicta est,' Sax. Chron. Wendover has here confounded Wirral with the city of Chester, whereas the place so called is 'a large peninsula enclosed on one side with the æstuary Dee, and on the other with the river Mersey.' Camden, i. p. 484.

[2] *Non longe ab urbe Londoniarum.*] The Saxon Chronicle has .xx. mila buran Lunden-byrig. The river Leigh, in Essex, is here intended.

recedentes per provinciam Merciorum non cessabant donec ad villam super Sabrinam, quæ Quantebregge[1] dicitur, pervenerunt. Illis autem recedentibus, jussit rex eorum naves igne concremare.

Ut rex Alfredus custodes in regno constituerit.

Anno Domini DCCCXCVII. Bonifacius sedit in cathedra Romana anno uno et diebus sedecim. Eodem anno rex Alfredus [2]custodes regni constituit contra Danorum irruptiones, in Cantia Ceolmundum primicerium, in urbe Roffensi Suithulfum episcopum, in East-sexia comitem Brithulfum, in urbe Londoniarum Ethelredum comitem, in Dorkacestria Halardum episcopum, in Suth-sexia Eadulfum, in Wintonia [3]Bertulfum episcopum, et in locis diversis alios multos, quos longum esset per ordinem recitare; quo etiam tempore fecit rex Alfredus [4]longas naves, quas ciulas sive galeias appellant, fabricare, in quibus armatis jussit maris semitas observare, ut tam navali quam terrestri prælio regni sui tranquillitati et sibi subjectis populis provideret.

A.D. 897. Guardians of the kingdom appointed.

---

[1] *Quantebregge.*] 'Quadruge juxta Savernam,' Huntingd.; 'Quatbrig,' Flor.; 'Cwatbricge juxta Sabrinam,' Sax. Chron. Supposed to be Quatford, near Bridgenorth; see Spelman, life of Aelfr. p. 88, *note.*

[2] *Custodes regni constituit.*] This appointment of guardians of the kingdom is mentioned by no other early historian; and the origin of its introduction here seems to have been, that the individuals mentioned are recorded in the Saxon Chronicle and by Florence to have died in this year of a plague which visited England at this time, and are spoken of by both these authorities as 'nobilissimi regis thani,' and 'regis ministri.'

[3] *Bertulfum episcopum,*] called above 'Denewlfum,' the reputed herdsman with whom Aelfred took refuge. The Sax. Chron. and Florence for 'Bertulfum' read 'Beornwlfum oppidi Wintoniensis præfectum, picgenera.'

[4] *Longas naves,*] some of which had sixty oars, and others more; Sax. Chron.

De Rollone primo Normannorum duce et ejus visione.

Rollo I. duke of Normandy.

Circa[1] dies istos, Rollo quidam, natione Danus, maxima stipatus militia, in Angliam veniens, locorum depopulationi vacavit. Est autem Dania, sive Danemarchia, maris insula, rerum et maxime hominum fertilitate fœcunda, cujus reges antiquitus sancita lege statuerunt, ut, dum nimis insula esset hominibus repleta, viri audaciores de propriis migrare sedibus cogerentur. Ex hac denique expulsorum sorte Rollo supradictus fuisse asseritur, vir strenuus et potens, quem pater, retento primogenito filio ut sibi succederet, Rollonem a se transmisit, ut hæreditatem armis, quocunque sors concederet, obtineret; illo igitur, ut prædictum est, in Angliam appulso, indigenæ statim prælium cum ipso commiserunt, sed, multis suorum interfectis, cæteri de loco certaminis aufugerunt. Rollo igitur cum post maris pericula, ob sui suorumque recreationem, in Anglia hyemaret, visum est sibi de nocte dormienti supra se et exercitum suum examen apum subito volitare et cum stridore australem petere regionem perque maris medium ad terram volando pervenire, ubi etiam congregatim in frondibus arborum diversarum insidentes omnemque mox regionem perlustrantes, cœperunt in locis diversis variorum flores colorum in locum unum congregare. Evigilans itaque Rollo, primo visionem secum pertractat, ejus interpretationem diligenter examinans requiem sui laboris suorumque in eisdem partibus, ubi

[1] *Circa dies istos, Rollo.*] Malmsbury and other English chroniclers speak of the invasion of Neustria, or Normandy, by Rollo in the year 876, in which year the Annals ascribed to Asser record the dream mentioned below. The account in the text is taken from William of Jumiéges, ii. §§ 5. 9.

apes viderat descendisse, conjectat. Mare igitur ipse et ejus commilitones ingrediuntur, flanteque ad votum vento, emensis fluctibus pelagi, Gemeticum veniunt, ubi quandam virginem sacram, nomine Ameltrudem, quam ab Anglia adportaverant, in capella sancti Vedasti super altare relinquunt. Quorum adventum Franco, Rothomagensis archiepiscopus, cognoscens et de possibilitate resistendi diffidens, decrevit utilius fore pacem ab eis quærere, quam illos ad arma in sui perniciem provocare; qui festinus viator ad illos veniens pacem petens impetravit, eamque fœdere fidelissimo confirmavit. Suscepto itaque Rollo regionis dominio Rothomagum adiit et eleganter destructæ civitatis mœnia reparavit, circumjacentes regiones occupavit, castella in locis congruis formavit, et terram totam, quæ tunc Neustria, modo vero Normannia ab ipsis Norensibus dicitur, sub sua potestate recepit. Ex hoc quoque Rollone inclyti Normannorum duces originem traxerunt, sicut suo loco sequens historia declarabit.

De strage ab Anglis illata Danis.

A.D. 898. The Danes repulsed by Aelfred.

Anno Domini DCCCXCVIII. Stephanus sedit in cathedra Romana anno uno. Eodem anno defuncto Eastano, Londoniensi episcopo,[1] Theodredus successit. Eodem tempore pagani cum sex galeis in ostium fluminis, cui[2] 'Uthermare' nomen

[1] *Theodredus,*] surnamed the Good; the time of his death is uncertain. He was buried in a crypt under the present church of S. Faith; see Huntingd. Gest. Pontif. p. 236.

[2] *Uthermare ;*] probably a mistake, originating in a misunderstanding of the Saxon text, where it is stated that the Danes came about this time with six ships to the Isle of Wight, and extended their devastations to the coast of Devonshire, upon which Aelfred ordered out nine of his newly-built vessels against them, which might cut them off, and prevent their getting to sea, ⁊ ꝼoꝼ-ꝼoꝼon him þone muðan ꝼoꝼan on uꝛeꝼ meꝼe. Sax. Chron. ad an. 897.

est, applicantes, prædis ibidem vacabant et rapinis; quod regi Alfredo cum nuntiatum fuisset, prædonibus festinanter occurrit, eorumque laceratis agminibus, prædam excussit et eos ad naves fugere coegit; quos rex cum suis viriliter insecutus sexies viginti ex eis interfecit, ubi etiam ex familia regis quadraginta duo milites ceciderunt; paganis igitur ad mare fugientibus, ventis in contrarium fugientium piratarum spirantibus, fractis navibus naufragium pertulerunt, quos ministri regis comprehendentes et vinculis arctioribus constringentes, ipso rege jubente, omnes patibulo suspenderunt. Deinde omne tempus, quo rex supervixit, regnum in pace tractans, totus conversabatur in restaurationibus ecclesiarum, in largitione eleemosynarum, in compositione legum, quibus milvorum rapacitas reprimeretur et simplex fidelium devotio firmaretur.

Regnum West-saxonum sine episcopali cura fuit.

A.D. 899. Succession of popes. Anno Domini DCCCXCIX. Romanus sedit in cathedra Romana mensibus quatuor et diebus viginti duobus; cui succedens Theodorus, sedit in cathedra diebus viginti sex. Successit ei eodem anno Johannes duobus annis et diebus quindecim. Eodem anno, defuncto [1]Ethelwaldo, Scireburnensi episcopo, remansit provincia occidentalium Saxonum sine episcopis et cura pastorali, vi hostilitatis, septem annis.

De morte magni regis Alfredi et successione Eadwardi.

A.D. 900. Anno Domini DCCCC. [2]Carolus regnum susci-

[1] *Ethelwaldo.*] Wharton is of opinion that the see of Sherborne was held by Asser from 879 until his death, which did not take place before 909; Angl. Sacr. i. p. 554. There is no trust-worthy evidence to prove the contrary.

[2] *Carolus ... regnavit annis vi-*

piens Francorum regnavit annis viginti septem. Eodem anno clementissimus [1]rex Anglorum Alfredus, postquam viginti novem annis et mensibus sex regnum tenuisset, quinto kalendas Novembris, quarta feria, indictione quinta, pro regno temporali commutavit æternum. Sepultus est autem Wintoniæ in [2]novo monasterio, quod ipse fundaverat, et stola beatæ immortalitatis indutus, ubi generalem exspectat resurrectionem, tunc ibidem denuo coronandus. Death of Aelfred.

De raptu cujusdam sanctimonialis virginis.

Anno Domini DCCCCI. [3]Eadwardus, Alfredi regis primogenitus, literarum [4]cultu patre inferior sed potentia pariter et dignitate gloriosior, regni Angliæ est diademate insignitus. Cumque in regio esset fastigio sublimatus, [5]Ethelwaldus Clito, patruelis ejus filius, qui se, rege genere, non credebat inferiorem nec potentia minorem, omni nisu adspirabat ad regnum, et villas regias Oxbeam[6] et Wynburnam nuncupatas invadens, valvis obseratis, sese in eas cum suis temere intromisit. Hoc autem in loco, ut supra dictum est, [7]sancta Cuthburga, Inæ regis germana, A.D. 901. Succession of Eadward.

---

ginti septem.] Whether we place the accession of his successor, Raoul or Rodolphe, in 923 or 929, the statement in the text must be incorrect. Charles le Simple was crowned in 893, imprisoned in 923, and died in 929.

[1] *Rex Anglorum Alfredus.*] His death is placed by Simeon in the preceding year; but the best authorities record it as having happened on the 26th October 901.

[2] *Novo monasterio;*] 'on its removal called Hyde Abbey;' Sharpe's Malmsbury, p. 140.

[3] *Eadwardus.*] Eadward the Elder was crowned on the 16th May, Whitsunday, in 902, and died at Faringdon in 924.

[4] *Cultu patre inferior;*] 'literarum scientia multum patre inferior.' Malmsb. § 125.

[5] *Ethelwaldus Clito.*] He was the son of Aethelberht, the elder brother of Aelfred.

[6] *Oxbeam et Wynburnam;*] for 'Tweoxbeam,' or according to the Sax. Chron. 'Tweaneam,' or Christ-Church, and 'Baddan-byrig,' or Badbury, near Winburne.

[7] *Sancta Cuthburga.*] The account following is taken from the Sax. Chron. and Florence.

monasterium virginum Deo devotarum construxit, quarum idem Ethelwaldus unam abusive rapiens, eam sibi matrimonio copulavit. Tunc rex Eadwardus, cognita veritate de temeritate Ethelwaldi, exercitum ingentem collegit et veniens apud Bathoniam, non longe a Winburna castrametatus est; quod cum Ethelwaldus cognovisset, de nocte fugam iniit, Northanhumbriam petiit, Danosque qui ibi degebant suppliciter exposcit, ut se commilitonem recipientes unum ex suo collegio ad regem Eadwardum expugnandum esse velint, qui mox in regia dignitate est ab omnibus constitutus. Rex vero Eadwardus de ejus fuga commotus, ubi cognovit se ipsum tunc comprehendere non posse, sanctimonialem illam, quam rapuerat, jubet ad suum monasterium reduci. [1]Ethelwaldus, parato navigio, transfretavit ad Gallias, ut fortiori rediens milite stipatus regem inquietaret.

De filiis et filiabus regis Eadwardi.

His family. Interea rex fines regni sui latius quam pater ejus dilatavit, civitates et oppida ædificavit, nonnullas destructas reparavit. Ex [2]concubina nomine Egwynna filium suum primogenitum Ethelstanum suscepit; ex secunda regina sua, nomine Alfleda, Elfelmi comitis filia, duos filios [3]Ethel-

[1] *Ethelwaldus.*] The Sax. Chron. does not mention the time of his flight into France, but in 904 speaks of his return from beyond sea.

[2] *Concubina nomine Egwynna.*] Malmsbury calls her 'illustris fœmina,' and more than once implies his disbelief in this account of the stain on Aethelstan's birth. The story of Egwinna is told at length by Malmsbury, § 139. This same writer mentions also a daughter, whose name he had forgotten, (called Beatrix by the Scotch historians,) married to Sihtric king of Northumberland, who is in the text erroneously said to have married Edgitha, daughter of Elfleda.

[3] *Ethelwardum et Eadwinum.*] The former died at Oxford a few days after his birth, and was buried at Winchester; Eadwin was drowned at sea in 933, as Simeon adds, by the command of Aethelstan; compare Malmsb. § 139.

wardum et Eadwinum generavit; peperitque ei insuper sex filias, quarum [1]Eadfleda sanctimonialis cum sorore Ethelhilda apud Wiltoniam requiescit, cæteræ vero quatuor nuptiis traditæ referuntur, quarum prima, id est [2]Eggiva, Othoni Romanorum imperatori copulata est; alteram, id est Eadhildam, Carolus rex Francorum, tertiam Siricius rex Northanhumbrorum, id est sanctam [3]Edgitham, quartam, id est Algivam, Hugo filius ducis Roberti habuerunt sibi matrimonio copulatas. Ex conjuge quoque Edgitha idem rex genuit Eadmundum et Eadredum.

Anno Domini DCCCCII. Ethelwaldus Clito supradictus, [4]de partibus rediens transmarinis, congregavit exercitum copiosum ex paganis, qui in Northanhumbria et in East-anglia aliisque locis diversis habitabant cum illis, et quos de finibus adduxerat transmarinis, et [5]Merciam hostiliter ingressus ferro et flammis quæque sibi obvia consumpsit. Tandem cum præda maxima inoffensus cum redire disposuisset ad propria, rex Eadwardus multo militum stipatus collegio superveniens, Ethelwaldum versus East-angliam

A.D. 902. Rebellion of Aethelwold.

---

[1] *Eadfleda.*] She was afterwards abbess of Ramsey, Hants.

[2] *Eggiva.*] The similarity of the names of Eadward's daughters has probably led to the confusion in the text. According to Malmsbury, Edgifa, or Eadgiva, was married to Charles le Simple; Ethilda, to Hugh, count of Paris, son of Robert I. king of France; Edgitha became the wife of the emperor Otho; and Aldgitha, or Elfgiva, was married to Eblus, son of Rainulph, count of Poitou and duke of Aquitaine; Bouquet, ix. 21, *note* e.

[3] *Edgitham,*] called by Malmsbury 'Edgiva,' who relates that she also had two daughters, Edburga, a nun, and Edgiva, 'speciositatis eximiæ mulier,' who was married to Louis l'Aveugle, emperor, and king of Arles. The sons above mentioned successively succeeded their father in his kingdom. Compare Malmsbury, § 126.

[4] *De partibus rediens transmarinis.*] The events of this year are recorded by the Sax. Chron. Florence, and Huntingdon, as having taken place in 904 and the year following.

[5] *Merciam hostiliter ingressus,*] as far as Cricklade, Sax. Chron. Huntingd. 'Creccanforde,' Florence.

fugientem insequitur, et inter duo fossata sancti Eadmundi illum cum suis omnibus ad campestre prælium præparatum inveniens, facta suis exhortatione, irruit viriliter in ipsos; sed in prima congressione ceciderunt in parte regis Sigulfus et Sichelmus primates, [1]Eadwaldus et Kenulfus abbates, [2]Sibertus et Eadbaldus proceres, et cum illis multi nobiles corruerunt; in parte vero adversariorum, ceciderunt Ysopus [3]hold et Osketel hold, Brithricus et Sinothus comites, rex Eanich, et Clito Ethelwaldus, et multa millia cæterorum; rex vero Eadwardus, cum fortiores hostium suorum peremptos cognovisset, sese de loco certaminis sapienter subtraxit, nec multo post rex Eadwardus pacem composuit cum paganis in loco, qui [4]' Ittingeford' nuncupatur. Et his ita gestis, rex quosdam sibi per Angliam rebelles et maxime cives Londonienses et Oxonienses, ad debitam subjectionem revocavit. Eodem anno Benedictus papa creatus sedit anno uno et mensibus sex.

Ludovicus imperator efficitur.

A.D. 903. Louis IV. emperor.

Anno Domini DCCCCIII. Ludovicus Romanum adeptus imperium annis decem imperavit; quo etiam anno, defuncto papa Benedicto, [5]Leo sedit in cathedra Romana diebus quadraginta, cui succedens Christoforus post sex menses diem clausit extremum.

---

[1] *Eadwaldus,*] 'regis minister,' Flor.; 'baro regis,' Hunt.

[2] *Sibertus et Eadbaldus proceres.*] 'Sigebryhtus Siwlfi filius, et Eadwaldus Accæ filius;' Sax. Chron.

[3] *Hold,*] an officer of high rank. See Spelm. Gloss. ad *voc.*

[4] *Ittingeford;*] supposed by Tyrrel to have been Ifford, near Christ-Church, and by Gibson, Ickford on the Thame, in Bucks. Simeon writes that Eadward was compelled by necessity to make peace, ad an. 906.

[5] *Leo,*] the fifth. He was imprisoned by his successor, Christopher, in the end of November this year, who was also driven from the papal throne by Sergius in the year following.

Sanctus Grimbaldus migravit ad Dominum.

Anno Domini DCCCCIV. sanctus presbyter Grimbaldus,[1] magnæ vir sanctitatis, et unus magistrorum Alfredi regis, gaudia conscendit regni cælestis. Eodem anno religiosa Christi famula regina, [2]mater Eadwardi regis, quæ monasterium Wintoniæ construxerat sanctimonialium, ex hac luce migravit. A.D. 904. Death of S. Grimbald.

De concilio in regione West-saxonum celebrato.

Anno Domini DCCCCV. [3]Sergius sedit in cathedra Romana annis septem et diebus sedecim. Eodem[4] anno rex magnificus Eadwardus et Plegmundus Cantuariensis archiepiscopus collegerunt concilium grande episcoporum, abbatum et fidelium populorum in provincia Gewiseorum, id est, in illa parte Angliæ, quæ in plaga australi sita est fluminis Thamesis. Fuerat autem regio illa jam per septennium, propter hostilem incursionem, episcoporum solicitudine et cura pastorali destituta; unde in hoc concilio salubriter constitutum est, ut pro duobus episcopis, quorum unus apud Wintoniam et alter apud Scire- A.D. 905. Council in England.

[1] *Grimbaldus.*] He had formerly been a monk in the monastery of S. Bertin. His death is placed by the Sax. Chron. on the 8th July in the previous year.

[2] *Mater Eadwardi regis.*] Ealhsuuith, or Aethelsuuitha, of the royal family of Mercia; she founded the nunnery called Nunnaminster, in Winchester. The Sax. Chron. places her death in 905.

[3] *Sergius.*] This, from the notice above regarding Christopher, and the date of his successor, should manifestly have been placed in the preceding year. Sergius the third died in August 911.

[4] *Eodem anno.*] Malmsbury, from whom the account of this council seems to have been taken, prefaces it with the remark that it was summoned in obedience to a command of pope Formosus, (who had now been dead eight years,) complaining that Wessex had been so long without episcopal jurisdiction. Upon this apparent forgery the reader may consult Spelman, p. 387, and Angl. Sacr. i. p. 554.

burniam sedes habuerunt, quinque crearentur antistites, ne grex Domini absque cura pastorali luporum incursionibus quateretur. Canonica igitur electione celebrata, in sede Wintoniensi constituerunt Frithstanum et in Scireburnensi Ethelmum, in Wellensi Eadulfum, in Cridiensi Werstanum, in Cornubiensi Herstanum; electi sunt præterea duo episcopi, videlicet ad sedem Dorkacestrensem Kenulfus et australibus Saxonibus, quorum antistites sedem habent apud Cicestriam, ordinatus est Berthegus; hi omnes una die apud Cantuariam ab archiepiscopo Plegmundo consecrationis munus adepti sunt. Et non multo post facta parochiarum distributione, remanserunt episcopo Wintoniensi provinciæ Hamtonensis et Sutherensis cum insula Vecta, Scireburnensis vero habebat Somersetam, Wellensis Dorsetam et provinciam Berrocensem, Cridiensis habebat provinciam Devoniensem, Cornubiensis Cornubiensem; post paucos vero annos, in pago Wiltoniensi proprius factus est episcopus, qui in Ramesberia sedem habuit. De episcopis quoque, qui istis quinque præsulibus successerunt, suo loco dicetur; sed hoc non est tacendum, quod multis mirum videtur, in viculis supradictis et tam exiguis sedes pontificales tanto tempore perdurasse. Cornubienses sane pontifices [1]apud sanctum Petrocum juxta Wallenses aquilonales super flumen Heilemuthe sedes habuerunt.

De cometæ significatione.

A.D. 906. Anno Domini DCCCCVI. [2]cometa apparuit fere

[1] *Apud sanctum Petrocum.*] The place here intended is probably Padstow, from Petrocstow, at the mouth of the river Alan. Of the river Heilemuthe, if Alanmuthe is not intended, we have no notice. For 'aquilonales,' admitting Padstow to be the place in question, 'australes' should be substituted.

[2] *Cometa;*] placed by the Sax. Chron. in the preceding year.

per dimidium anni circulum, significans fortasse nimiam sanguinis effusionem et occisionem, quæ paulo post in prælio inter Danos et Anglos damnose commissa est, in quo utriusque gentis tot nobiles corruerunt. Comet.

Ut rex Eadwardus plures regiones sibi subjugaverit.

Anno Domini DCCCCVII. rex magnificus Eadwardus, congregato exercitu copioso, [1]subjugavit sibi East-sexiam, East-angliam, Merciam, Northanhumbriam cum multis aliis provinciis, quas Dani multo tempore possederant, et omnes ex eorum dominio potenter extorsit; Scotorum etiam, Cumbrorum et Galwalensium, omniumque occidentalium Britonum fines et eorum reges in deditionem accepit, et sic cum gloria et honore ad propria remeavit. A.D. 907. Conquests of Eadward.

Civitas Legecestrensis restauratur.

Anno Domini DCCCCVIII. civitas Legecestrensis, quæ Danorum incursione destructa fuerat, solicitudine Ethelredi, ducis Merciorum, et Elfledæ uxoris ejus, restaurata est. A.D. 908. Leicester rebuilt.

Ut rex Eadwardus Norenses domuerit.

Anno Domini DCCCCIX. rex Eadwardus misit expeditionem[2] militarem in Northanhumbriam contra Danos ibidem rebellantes, quos per dies fere quadraginta crudeliter persequentes regii milites, multos ex eis interemerunt et nonnullos captos turpiter abduxerunt. A.D. 909. Eadward subdues Northumberland.

---

[1] *Subjugavit sibi East-sexiam.*] No notice of these expeditions occurs in the other historians; on the contrary, the peace of Ickford is placed by the Saxon Chronicle and Florence in this year.

[2] *Expeditionem militarem in Northanhumbriam;*] according to the above-named authorities, in the following year.

Miraculum de camisia sanctæ Mariæ.

A.D. 910. Miracle. Anno Domini DCCCCX. [1]sancti Oswaldi, regis et martyris, ossa de Bardeneia reverenter sunt in Merciam transportata. [2]Eodem tempore Rollo, Normannorum princeps, Carnotensem urbem hostiliter aggressus, furtivo eam disposuit impetu subjugare, quam cum crebris insultibus subvertere niteretur, cives ad ejus defensionem murorum propugnacula adscenderunt; sed cum tandem ne deficerent desperarent, saluberrimo usi consilio, supparum, id est camisiam, Dei genitricis, quam Carolus magnus de Hierosolymis veniens ibidem in monasterio ejusdem virginis posuerat, in editiori murorum civitatis loco pro vexillo statuentes, Rollonem et ejus commilitones ad cachinnum commoverunt; sed, ut virtus Dei genitricis incredulorum temeritatem effrænaret, tantus subito terror ipsum Rollonem cum suis omnibus occupavit, ut omnibus, quæ in obsidione habebant, festinanter relictis spem in sola fuga conciperent evadendi; quos cum cives fugientes conspexerunt, insecuti sunt eos in ore gladii et multa ex eis millia prosternentes ipsum Rollonem ad Rothomagensem civitatem, laceratis agminibus, fugere compulerunt.

Duo reges perierunt.

A.D. 911. Anno Domini DCCCCXI. [3]Anastasius sedit in cathedra Romana annis duobus et totidem men-

---

[1] *Sancti Oswaldi.*] His translation is placed by Florence in this, and by the Sax. Chron. in the previous year.

[2] *Eodem tempore.*] Compare Will. of Jumiéges, ii. § 15. Bouquet places the siege of Chartres in 911; ix. p. 256.

[3] *Anastasius,*] the third. He died in October 913.

sibus. Eodem anno [1]Dani, Merciam hostiliter ingressi, prædas ibidem egerunt et rapinas; quod cum regi Eadwardo nuntiatum fuisset, cum strepitu militari prædonibus obviavit et in [2]Wodensfeld, id est, in campo Wodeni, duos paganorum reges, Eowils et Haldene, cum duobus comitibus Scurfam et Other et novem eorum proceribus, commisso prælio, interemit. Battle of Wodensfeld.

De ædificatione burgi Hertfordensis.

Anno Domini DCCCCXII. eximiæ probitatis Merciorum subregulus [3]Ethelredus diem clausit extremum; post cujus obitum uxor ejus [4]Elfleda, Alfredi regis filia, provinciam Merciorum totam præter Londoniarum civitatem et Oxoniam, quas rex Eadwardus frater germanus sibi retinuit, multo tempore serenissime gubernavit. [5]Eodem utique anno rex Eadwardus fecit ædificare burgum Hertfordiæ inter tria flumina, id est, Memaran, Beneficche et Linam, et in East-sexia burgum, quod 'Witham' nuncupatur, circa festum sancti Martini. A.D. 912. Death of Aethelred earl of Mercia.

De baptismate Rollonis primi Normanniæ ducis.

Eodem anno [6]Rollo, Normanniæ dux et occupator, mente nimis elatus Parisiacam petens Acts of Rollo duke of Normandy.

[1] *Dani Merciam.*] The army in Northumberland broke the treaty whilst Eadward was in Kent; Sax. Chron. ad an. 911.

[2] *Wodensfeld.*] The name occurs in the Calendar. Inquisit. post mortem as a place in Staffordshire. By Bromton it is called Wilmesford.

[3] *Ethelredus,*] or Aetheredus, called by Florence 'subregulus Merciorum;' in the Sax. Chron. ealdorman.

[4] *Elfleda,*] called by Florence 'Aegelfleda,' and in the Sax. Chron. 'Aethelflæd.'

[5] *Eodem...anno.*] According to the Sax. Chron. these towns were both built in this year. Florence places the building of the first in 913, and of Witham in 914.

[6] *Rollo, Normanniæ dux.*] In this chapter is embraced a period of nearly forty years, from the taking namely of Bayeux by Rollo in 885 until his re-union with Popa in 923. Compare Will. of Jumiéges, ii. §§ 12—18.

hostiliter civitatem, prædis undequaque collectis, eam disposuit obsidione vallare; sed cum tandem situm loci et mœnia civitatis quasi inexpugnabilia judicaret, Baiocacensem divertit ad urbem, quam omni defensore vacuam reperiens urbem cepit, et spolia suis commilitonibus distribuit, ejus habitatoribus interfectis. In hac urbe quandam puellam genere nobilissimam, nomine Popam, filiam scilicet Berengarii ducis illustris viri rapiens, non multo post eam sibi matrimonio copulavit, ex illa quoque filium nomine [1]Willelmum genuit et filiam [2]Gerloc, puellam valde decoram; deinde Lutetiam Ebroicamque urbes expugnans cives peremit et maximam inde prædam reportavit, sicque ad Francorum infestationem prorumpens, ecclesias Christi succendit, populum trucidavit, mulieres captivas abduxit. [3]His denique Franci calamitatibus oppressi, questuosis clamoribus Carolum regem adeunt unanimiter conquerentes, populum Christianum ob ejus inertiam paganorum incursionibus deperiisse; quorum rex querimoniis vehementer permotus, Franconem, Rothomagensem archiepiscopum, misit ad Rollonem mandans, quod si Christianus efficeretur, terram maritimam ab Epte flumine usque ad Britanniæ limites, cum Gilla filia sua, se illi fore daturum. Archiepiscopus quoque, legatione suscepta, pagano duci per ordinem pandit cuncta, cujus verba Rollo consilio suorum gratanter excipiens, die statuto ad sanctum Clerum conveniunt, rex scilicet Francorum cum[4] duce Roberto, trans Eptem fluvium, Rollo

[1] *Willelmum,*] surnamed Longaspatha, who succeeded his father.

[2] *Gerloc,*] or Adela, married to William count of Poitiers.

[3] *His denique Franci.*] The complaints are supposed to have been made to Charles le Simple in 911. Bouquet, ix. p. 257.

[4] *Cum duce Roberto.*] Robert, brother of king Eudes.

vero circavallatus cuneis bellatorum, ubi nuntiis alternatim discurrentibus pax firmatur inter eos, Rollone regi fidelitatem faciente et rege illi filiam cum terra prætitulata concedente; superaddidit etiam ei Britanniam totam, cujus principes Berengarius et Alanus Rolloni sacramenta fidelitatis fecerunt. His igitur nobiliter executis, hortantur adstantes Francigenæ Rollonem, ut pedem regis pro tanto oscularetur dono; at Rollo genua flectere dedignatus, pedem regis apprehensum truculenter traxit ad os suum, ipso rege in terram resupinato; sed Francigenæ factum reprehendentes, Normannos moverunt ad risum, videbatur enim Rolloni indignum, ut terram, quam armis potenter subegerat, dono cujuslibet possideret. Pacto itaque tandem in hunc modum firmato, rex Francorum ad sua regreditur, et Rollo cum duce Roberto Rothomagum regrediens baptizatus est cum suis omnibus a Francone, archiepiscopo Rothomagensi, quem dux Robertus de fonte sacro suscipiens, ei imposuit nomen suum, [1]anno ab incarnatione Domini nongentesimo duodecimo. Sicque magnificus dux Robertus, præparato nuptiarum apparatu magno, regis filiam in conjugium et societatem tori, Christiano more, suscepit; sed illa deinceps post annos paucos immatura morte sine liberis prævenţa, dux Robertus [2]repudiatam Popam sibi repetens copulavit.

Baptism of Rollo.

De genealogia ducum Normanniæ.

Quoniam igitur ex hoc magnifico duce Roberto inclyti duces et reges traxerunt originem,

Descent of the dukes of Normandy.

[1] *Anno ab incarnatione.*] Compare William of Jumiéges, ii. § 18.

[2] *Repudiatam Popam sibi repetens.*] This is supposed to have been about 920. Rollo died about 927.

dignum videtur ad historiæ claritatem, ut [1]ejus genealogiam brevi epilogo perstringamus. Japhet, tertius Noe filius, filium genuit, quem Magog appellavit, cujus Gothica progenies de similitudine ultimæ syllabæ paterni nominis vocabulum trahens, duos ex se Gothorum populos armis robustissimos produxit. Ex quibus unus Scythiam ulteriorem invadens occupavit, et contra reges Ægyptos bella diutissime attentavit; quorum uxores postmodum Amazones vocatæ, diuturnam virorum suorum ibidem moram moleste ferentes, eorum repudiata copula, arma capessunt, duas reginas cæteris audaciores sibi prærogantes; quæ, dextris mamillis ob telorum jactus adustis, totam Asiam aggressæ sunt, et per centum fere annorum curricula gravissimo eam dominationis jugo domuerunt. Alter Gothorum populus, ex Scanza insula cum suo rege Berig nomine egressus, mox navibus egressi, ut terram attigerunt, Scanzam loco nomen dederunt, ob memoriam terræ de qua recesserunt; indeque remotius exeuntes, Germanicos sinus et paludes Mæotidas invaserunt, plurimas regiones circumquaque occupantes, quarum Dania et Norwegia multos postea reges inclytos habuerunt et potentes. Isti Martem deum apud se exortum prædicant, quem humani sanguinis effusione placare curabant; jactant etiam Trojanos ex sua stirpe processisse, Antenoremque ab urbis excidio aufugisse ob proditionem ab eo perpetratam, et in Germaniam applicuisse, qui postmodum in Dania sive Danemarchia regnans de nomine suo provinciæ nomen dedit. His quoque de causis, ex Gothis originem habere noscuntur Dani, qui tantis post ibidem adole-

[1] *Ejus genealogiam;*] taken from William of Jumiéges, i. §§ 3, 4.

verunt incrementis, ut dum insulæ nimis essent hominibus repletæ, sancita a regibus lege, viri audaciores de propriis migrare sedibus cogebantur, ut sibi suisque successoribus adquirerent hæreditates et mansiones æternas.

De ædificatione duorum castrorum.

Anno Domini DCCCCXIII. [1] Conradus Romanum adeptus imperium imperavit annis septem. Eodem tempore Alfleda, Merciorum domina, cum exercitu magno apud [2] Strengate veniens, ædificavit ibi arcem munitam, et in plaga occidentali Sabrinæ fluminis, in loco qui [3] Bregges dicitur, aliam restauravit. A.D. 913. Acts of Aethelflaed countess of Mercia.

De strage Danorum.

Anno Domini DCCCCXIV. Alfleda, Merciorum domina, burgum Tamewrthe appellatum restauravit; deinde ad Stamfordiam progrediens, in aquilonali plaga fluminis Weilond turrem restauravit. Eodem anno facta est Danorum strages maxima in finibus [4] Luitonæ et provincia Hertfordensi. A.D. 914.

De Danorum gravi depopulatione.

Anno Domini DCCCCXV. [5] Johannes sedit in cathedra Romana annis quatuor, mensibus duobus et diebus tribus. Eodem anno defuncto Pleg- A.D. 915. Succession of bishops.

---

[1] *Conradus.*] He was elected emperor in October 912, and died in December 918; according to Sigebert, in the year following: his death is placed below in 920, but erroneously.

[2] *Strengate.*] 'Sceargate,' Sax. Chron. Flor.

[3] *Bregges.*] 'Bricge,' Sax. Chron.; now Bridgenorth.

[4] *Luitonæ.*] Luton, in Bedfordshire.

[5] *Johannes.*] The chronology of this and the following pope is incorrect. Laudo first occupied the chair from the end of 913 to April 914, when John the tenth succeeded, and held it fourteen years, until the accession of Leo, rightly recorded below in 928.

mundo, Cantuariensi archiepiscopo, [1]Athelmus, Wellensis antistes, ad sedem Cantuariensem translatus est, et loco ejus [2]Wlfelmus in ecclesia Wellensi est episcopus ordinatus; quo etiam anno Werferd, Wicciorum antistite, viam universæ carnis ingresso, [3]Ethelhunus, abbas Berkeleiæ, loco ipsius successit. Eodem tempore Alfleda, Merciorum domina, [4]Fadesbyri et Warham villas construxit. Eodem anno pagani australium Britonum fines invadentes, omnia ibidem ferro et flamma consumunt, episcopum quoque [5]Camelec in [6]Irchenefeld captum ad naves abducunt, sed non multo post rex Eadwardus ipsum redemit pro quadraginta libris sterlingorum; deinde iidem pagani provincias Herefordensem, Wigorniensem et Glovernensem aggressi, provinciales illos ad prælium provocarunt, factoque conflictu gravissimo, ceciderunt in parte Danorum[7] frater Other regis et dux Rohaldus cum exercitus eorum maxima parte. Eodem anno rex Eadwardus, cognomento Senior, Bukingeham perrexit, ubi ex utraque parte Usæ fluminis munitiones ædificari fecit. Eodem anno defuncto Cuthardo, Lindisfarnensi antistite, [8]Milredus successit.

The Danes in South Wales.

---

[1] *Athelmus.*] His death is recorded below in 924; compare Angl. Sacr. i. p. 99.

[2] *Wlfelmus.*] Upon the death of Athelm he succeeded to Canterbury, and died, as recorded below, in 934.

[3] *Ethelhunus,*] called by Malmsbury 'Ecelin,' and Ralph de Diceto 'Adehunus,' died, according to the text and Florence, in 922.

[4] *Fadesbyri et Warham.*] Eadesbury and Warwick are probably here intended; see Sax. Chron. ad an. 915.

[5] *Camelec.*] 'Camelegeac,' Huntingd. and Flor.

[6] *Irchenefeld.*] Irchinfield, in Herefordshire.

[7] *Danorum frater Other regis et dux Rohaldus;*] 'dux hostium Rhoaldus fraterque ducis alterius Ohteri,' Flor.; 'occideruntque Rahal consulem et Geolcil fratrem Utheri consulis,' Hunt. The Sax. Chron. places these events in 918.

[8] *Milredus.*] 'Tilredus,' Flor. and below in 927, where his death is recorded.

De ædificatione trium villarum.

Anno Domini DCCCCXVI. [1]Laudo sedit in cathedra Romana anno uno; quo utique anno Alfleda, Merciorum domina, tres villas, [2]Cherenberich, Weadbirich et Runcofam, construxit. A.D. 916. Towns built by Aethelflaed.

Maldona construitur.

Anno Domini DCCCCXVII. [3]Johannes papa creatus est. Eodem anno rex Eadwardus apud Maldonam burgum et arcem [4]ædificavit, et ea sub militum custodia deputavit. A.D. 917.

De altercatione inter Anglos et Danos.

Anno Domini DCCCCXVIII. [5]rex Eadwardus Touecestriam et [6]Wiggingemere villas condidit et eas armata manu replevit, sed pagani apud Touecestriam hostiliter venientes illam expugnare conantur; illi e contrario, qui intus erant, cum populis provincialibus, sese viriliter defendentes, omnes in fugam compulerunt; qui in provinciam Bukinghamensem irruentes homines capiunt, de armentis prædam agunt, multosque plebeios inter silvam Bernewode et villam Eilesberi peremerunt. Deinde multo conatu conglobati plures Anglorum provincias invadunt, et gravi eas depopulatione conterentes innumeras in locis diversis prædas agunt; sed rex Eadwardus, multitudine armatorum collecta, paganos A.D. 918. Wars with the Danes.

---

[1] *Laudo.*] See above, ad an. 915, *note*.

[2] *Cherenberich, Weadbirich et Runcofam.*] Cherbury, Weddesborough, and Runckhorn.

[3] *Johannes papa.*] See above, p. 379, *note* [5].

[4] *Ædificavit,*] 'reædificavit,' Flor. Sax. Chron.

[5] *Rex Eadwardus Touecestriam.*] The events of this year, with the exception of Aethelflaed's expedition to Derby, are recorded by the Sax. Chron. in 921; Florence agrees with the text.

[6] *Wiggingemere;*] supposed by Carte to be Waymere Castle, on a small island near Bishop's Stortford; Hist. i. p. 320.

hostiliter invasit, illisque in fugam conversis, insequitur eos fugientes rex Eadwardus, atque in fugiendo Togleas ducem eorum cum filio suo Mannano et fratrem ejus interemit, et maximam fortitudinem illorum cepit et vinculis mancipavit, et inde paganorum paulatim vires decrescere cœperunt. Eodem anno Alfleda, Merciorum domina, [1]Doroberniam hostiliter petens obsedit et obtinuit, Danosque, qui in ea erant, pro parte neci tradidit; quo etiam tempore rex Eadwardus obsessam Colecestriam cepit et paganos omnes præter paucos, qui per fugam elapsi sunt, immisericorditer trucidavit. Deinde rex ad Maldonam a paganis obsessam transiens, ipsos fugavit, et ex fugientibus inimicis multa millia interfecit; tunc rex ad Huntendunam progrediens villam et castellum restauravit, et manum armatam ibidem reliquit, et, paucis interjectis diebus, Colecestriæ muros reparavit et viros in ea bellicosos posuit, et certum eis stipendium assignavit. Tunc Dani in locis multis per Angliam constituti, videntes regis potentiam et sapientiam, læto se ei animo subdiderunt, et illum in patronum et dominum elegerunt. Eodem anno, defuncto Werstano, Scireburnensi episcopo, [2]Ethelbaldus successit.

De obitu Alfledæ Merciorum dominæ.

A.D. 919. Death of Aethelflaed.

Anno Domini DCCCCXIX. Alfleda, Merciorum domina et soror regis Eadwardi, insignisque prudentiæ matrona, octavo anno ex quo sola regnum Merciorum strenuo justoque rexerat moderamine,

---

[1] *Doroberniam.*] 'Deoraby,' Sax. Chron. and Florence, with greater probability, as being within the kingdom of Mercia.

[2] *Ethelbaldus.*] Malmsbury records his accession; but nothing more appears to be known of him.

nono decimo kalendas Julii [1]diem clausit extremum; cujus corpus apud Gloverniam delatum est et in ecclesia beati Petri apostoli honorifice tumulatum. Reliquit unicam filiam, nomine Algivam, ex Ethelredo Merciorum subregulo legitime susceptam, regni sui hæredem; de cujus partu, quo se sensit graviter læsam, nimis perterrita per annos fere quadraginta, quibus supervixit, a viri toro sese et commixtione carnali subtraxit, dedignans ulterius, animi nobilitate ducta, laboriosi partus iterum experiri dolores.

De ædificatione plurimorum burgorum.

Anno Domini DCCCCXX. [2]Henricus Romanum adeptus imperium imperavit annis octodecim. Eodem [anno] rex Eadwardus, burgis de [3]Tealwella et Manecestria restauratis et militibus munitis, cepit Algivam, sive Alwinam, neptem suam, et eam in West-saxiam adduci præcepit. Eodem anno defuncto Ethelstano, Wiltonensi episcopo, [4]Odo successit; hic ex Danica gente exstitit oriundus, et aliquanto tempore sub Eadwardo rege militans, post officium clericatus adeptus et attonsus, crescentibus [meritis] ad honorem pontificatus est sublimatus.

A.D. 920. Towns rebuilt by Eadward.

Ut rex Scotorum Eadwardo regi pacificatus fuerit.

Anno Domini DCCCCXXI. rex Eadwardus ad villam Notingham veniens, in australi plaga

A.D. 921.

[1] *Diem clausit extremum.*] Her death is recorded in the Sax. Chron. in the following year; Florence agrees with the text. She died at Tamworth.

[2] *Henricus,*] surnamed l'Oiseleur. He died in the beginning of July 936. His accession and death are ante-dated in the text by two years.

[3] *Tealwella.*] Thelwell, on the Mersey.

[4] *Odo.*] His translation to Canterbury is recorded below in 934, where by mistake he is called bishop of Wells, and his death in 958. He was afterwards canonized, and his death commemorated on the 4th July. His life is in the Nov. Leg. fol. ccxliv.

Trent fluminis, villam contra burgum, quod in altera ripa amnis erat, ædificavit, et inter villas firmum pontem fieri mandavit; indeque ad [1]Bedecanwellam transitum faciens, non longe ab ea burgum construxit, et in eo milites ordinavit.

Submission of the Scotch to Eadward.

Quo[2] utique anno rex Scotorum, Reginaldus rex Northanhumbrorum ex natione Danorum, [3]dux Galwalensium, ad regem Eadwardum venientes, subjectionem fecerunt et cum eo fœdus firmissimum pepigerunt.

De morte fratris Eadwardi regis.

A.D. 922. Death of Aethelweard.

Anno Domini DCCCCXXII. [4]Ethelwardus, Eadwardi regis frater germanus, defunctus est, et Wintoniæ sepultus. Eodem anno, defuncto Wicciorum episcopo Ethelhuno, [5]Wilferth successit.

Nota de corpore Domini.

A.D. 923.

Anno Domini DCCCCXXIII. sanguis Domini venit in Angliam sexto idus Novembris, qui fluxit de imagine Christi, cum secundo in imagine sua a Judæis pateretur priora.

De morte regis Eadwardi, et successione Ethelstani filii ejus.

A.D. 924. Death of Eadward.

Anno Domini DCCCCXXIV. rex Anglorum Eadwardus, cognomento Senior, qui cunctis Britanniam incolentibus Anglorum, Walanorum, Scotorum, Cumbrorum, Galwalensium, Danorum populis potenter præfuit, post multas res egregie

---

[1] *Bedecanwellam.*] Bakewell, in Derbyshire.

[2] *Quo utique anno.*] The Sax. Chron. has these events in 924. In the Chron. de Mailros, Sihtric is joined with Rainald in the kingdom of Northumberland.

[3] *Dux Galwalensium;*] Straecladwallorum, or Strath-cluyd Britons, inhabitants of Galloway.

[4] *Ethelwardus.*] This was the son whom Asser tells us had been 'sub diligenti cura magistrorum traditus.' De Gest. Aelf. p. 43.

[5] *Wilferth.*] His death is recorded below in 930; by Flor. in the preceding year.

gestas, [1]anno regni sui vigesimo quarto in villa regia, Farnduna nuncupata, diem clausit extremum, et Wintoniæ in novo monasterio more regio est sepultus. Ethelstanus quoque filius ejus primogenitus apud Kingestonam, regiam villam, rex creatus, ab Athelmo, Dorobernensi archiepiscopo, consecratur. Hujus vero regis temporibus in West-saxoniæ finibus insignis puer oritur [2]Dunstanus. Eodem anno defuncto Athelmo, Dorobernensi archiepiscopo, Wlfelmus successit, Wellensis antistes, et Wlfelmo ad Wellensem ecclesiam successit [3]Elfeius. Succession of Aethelstan.

Ut Ethelstanus rex sororem suam maritaverit.

Anno Domini DCCCCXXV. Ethelstanus, rex Anglorum, [4]Eathgitam, sororem suam, Sithrico Danica natione progenito, Northanhumbrorum regi, matrimonio honorifice copulavit; qui, ob amorem virginis paganismum relinquens, fidem Christi suscepit, sed non multo post beatam virginem repudians ac Christianitatem abjiciens, idolorum culturam restauravit, et post modicum temporis apostatus vitam miserabiliter terminavit. Sancta itaque puella, virginitate sibi reservata, apud [5]Pollesberiam in jejuniis et vigiliis, in A.D. 925.

[1] *Anno regni sui vigesimo quarto,*] reckoning, that is, from Aelfred's death in 901, not from his own coronation in the following year. The Sax. Chron. places Eadward's death in 925.

[2] *Dunstanus.*] The Sax. Chron. places his birth in the following year.

[3] *Elfeius,*] or Elfegus, or Elfeh, according to Malmsbury. The time of his death is uncertain; the name of his successor, however, is found affixed to a charter of Eadmund, bearing date 944.

[4] *Eathgitam,*] or Eadgytham. The text is here in error, since Eadgitha had become the wife of Eblus, son of Rainulph, count of Poitou. The name of this sister, who was married to Sihtric, is not mentioned by the English historians. According to Malmsbury, she was Aethelstan's own sister, being the daughter of Egwinna, and not Elfleda, as was Eadgitha; § 126.

[5] *Pollesberiam.*] On the margin 'Polleswrth,' or Pollesworth, in Warwickshire, a Benedictine nunnery.

orationibus et in eleemosynarum studiis, usque ad finem vitæ suæ bonis pollens operibus perseveravit; transiit autem post laudabilis vitæ cursum ex hoc mundo ibidem idibus Julii, ubi usque hodie divina miracula non desinunt celebrari.

De igneis radiis in aere visis.

A.D. 926. Conquests of Aethelstan. Anno Domini DCCCCXXVI. [1]ignei per totam Angliam visi sunt radii in aquilonali plaga cæli, portendentes mortem turpissimam regis Sithrici supradicti, qui non multo post male periit; cujus regnum rex Ethelstanus, expulso Guthferth filio ejus, suo copulavit imperio. Deinde omnes Angliæ regulos, [2]Hunwal scilicet regem Britonum, Constantinum regem Scotorum, [3]Wlferth regem Wentorum, prælio vicit et fugavit, Alfredum quoque filium Eadulfi de castello Bebbenberich exturbavit; et hi omnes, cum provincialibus aliis, videntes se ejus strenuitati non posse resistere convenerunt, petentes pacem ab eo atque idololatriæ renuntiantes [4]fœdus cum ipso firmissimum pepigerunt.

Soror regis Ethelstani matrimonio copulatur comiti Hugoni.

A.D. 927. Anno Domini DCCCCXXVII. [5]Hugo, filius Roberti comitis, sororem regis duxit uxorem; quo utique [anno] Tilredus, Lindisfarnensis episcopus, obiit, et [6]Witredus successit.

---

[1] *Ignei per totam.*] Compare the section following with the account by Florence in the same year.

[2] *Hunwal,*] or Howel, called by Malmsbury 'Judwal.'

[3] *Wlferth,*] called by Florence 'Wer.'

[4] *Fœdus cum ipso,*] 'in loco qui dicitur Eamotum quarto idus Julii,' Flor.; supposed by Camden to be the river Eimot, in Cumberland.

[5] *Hugo,*] count of Paris, surnamed the Great. He was the father of Hugh Capet, king of France.

[6] *Witredus,*] or Wigredus; his death is placed by Flor. in 944, by Simeon in 941.

De amicitia inter règem et ducem Normannorum exorta.

Anno Domini DCCCCXXVIII. [1]Leo sedit in cathedra Romana mensibus sex. Eodem anno, defuncto Tunfrido, Lichefeldensi præsuli, [2]Elle successit. Eodem tempore tanta [3]inter regem Ethelstanum exorta est amicitia et ducem Normanniæ Robertum, quod uterque in rebus dominaretur alterius et in rebus bellicis mutuis congauderent auxiliis. A.D. 928. Friendship of Aethelstan and Robert of Normandy.

Nota miraculum de medone.

Anno Domini DCCCCXXIX. rex Ethelstanus, reliquias sanctorum regni sui orationis gratia petere decernens, Glastoniæ cœnobium imprimis devotus petivit. Erat autem ibi quædam nobilis matrona, nomine Elfleda, neptis ejusdem regis, quæ marito defuncto vidualem ducere vitam exoptans, ad occidentalem cœnobii plagam elegerat mansionem; hæc fœmina religiosa regi Ethelstano prandium studiose paravit, quem gratia orationis Glastoniam venturum præscivit; præcursores vero regiæ administrationis, scientes quod rex nepti suæ [se divertendi causa hospitandi licentiam concessisset, die] præcedenti venerunt ad videndum si omnia necessaria præparata fuissent; et, omnibus diligenter inspectis, dixerunt ad illam, 'Universæ administrationis sufficientiam habes, si tibi medonis copia non deesset, quem rex super omnes liquores potare A.D. 929. Aethelstan visits Glastonbury.

[1] *Leo,*] the sixth, died early in February 929.

[2] *Elle,*] called also Alfwinus; he died, according to Chesterfeld, in 944.

[3] *Inter regem Ethelstanum exorta est amicitia.*] This fabled alliance between the two sovereigns occurs in the history of William of Jumiéges, ii. § 6, and is recorded as having taken place before 876, forty-eight years before Aethelstan ascended the throne.

adfectat.' Et illa, 'Non patiatur mater Domini mei Jesu Christi, ut in mensa regis medo deficiat,' et Dei genitricis ecclesiam intrans, Deum et ejus matrem rogatura se prostravit. Quid ergo? Venit rex multo stipatus militum comitatu, et post missarum celebrationes invitatus ad prandium introivit; sed, in primo propinatu, vasculum illud exhausere avidi potatores ad unius palmulæ mensuram, et post, Deo augente et beata fœmina promerente, nihil minuens tota die propinantibus substitit pincernis, ita ut, cunctis mirantibus, sufficeret universis; quod miraculum cum rex relatu ministrorum cognovisset, mente immutatus ait ad suos, 'Peccavimus nimis, hanc Dei famulam superfluitate maxima aggravantes;' et surgens, salutata nepte, perrexit viam sanctam. Eodem anno [1]Stephanus papa creatus sedit annis duobus et mense uno.

Miracle.

A.D. 930. Anno Domini DCCCCXXX. defuncto Wilferth antistite, [2]Kinewoldus successit.

De obitu Eadulfi episcopi.

A.D. 931. Bishops of Crediton. Anno Domini DCCCCXXXI. Eadulfus, Cridiensis præsul, diem clausit supremum, cui [3]Ethelgarus successit; hi quoque præsules Devoniensi provinciæ præsunt. [4]Johannes papa [sedit] annis quatuor.

A.D. 932. Frithstan bishop of Winchester. Anno Domini DCCCCXXXII. [5]eximiæ vir sanctitatis Frithstanus, Wintoniensis episcopus, ordinato pro se in episcopatu [6]Birstano viro religioso,

[1] *Stephanus papa,*] the seventh; he died in March 931.

[2] *Kinewoldus,*] or Coenwaldus, or Coenwalchus, died, according to Florence, in 957.

[3] *Ethelgarus,*] called by Malmsbury 'Edelgar,' and by Florence 'Algar,' as he is designated below in 952, where his death is recorded.

[4] *Johannes,*] the eleventh; he died at the end of 935.

[5] *Eximiæ vir sanctitatis.*] This section is taken verbatim from Florence, who places the death of Frithstan in the following year.

[6] *Birstano.*] He died two years afterwards, on the 1st November, according to the Sax. Chron. See Angl. Sacr. i. p. 212.

in urbe Wintoniensi pauperem vitam transegit. Hic præsul sanctissimus quotidie pro defunctorum requie missam celebravit et psalmos pro animarum salute assidue decantavit; quadam denique nocte, cum de consuetudine cantando cœmiteria circuiret et psalmos recitaret, et, expletis omnibus, 'Requiescant in pace' subjungeret, subito voces, quasi infiniti exercitus, audivit respondentium de sepulchris, 'Amen, amen.'

Rex Ethelstanus regnum Scotorum devastat.

Anno Domini DCCCCXXXIII. rex Anglorum Ethelstanus, quia rex Scotorum fœdus, quod cum illo pepigerat, violaverat, cum classica manu pervalida et equestri exercitu non modico ad[1] Scotiam perrexit, eamque ex maxima parte depopulatur; unde rex Scotorum Constantinus, vi compulsus, filium suum obsidem cum dignis muneribus illi tradit, paceque redintegrata, rex ad propria remeavit. Eodem anno sanctus Frithstanus decessit.

A.D. 933. Invasion of Scotland.

Ut rex Ethelstanus fratrem suum in mare submergi præcepit.

Anno Domini DCCCCXXXIV. rex Ethelstanus fratrem[2] suum Eadwinum jussit in mare submergi, cujus factionis causa hæc fuisse asseritur; Erat in quadam villa West-saxoniæ opilionis filia, elegantis speciei puella, cui dormienti visum est lunam de suo ventre splendere, et hoc

A.D. 934. Death of the king's brother Eadwin.

[1] *Ad Scotiam perrexit.*] This expedition into Scotland is referred by Flor. and the Chron. de Mailros to the following year. The latter authority states that Aethelstan with his troops penetrated as far as Dunfoeder and Westmore, and with his fleet reached Caithness.

[2] *Fratrem suum Eadwinum.*] Compare the account following of the birth of Aethelstan and the death of Eadwin with Malmsbury, who says that he had learned it 'magis cantilenis per successiones temporum detritis, quam libris ad instructiones posteriorum elucubratis;' §§ 138, 139.

lumine totam Angliam illustrari; quod cum cuidam matronæ, quæ pueros regis nutrire consueverat, retulisset, puellam recepit in domum suam, et filiæ loco illam suscipiens cibis delicatis nutrivit et vestibus eam cultioribus vestiens gestu et moribus informavit. Et non multo post, Eadwardus, Alfredi magni regis filius, casu per villam transiens ad domum divertit, credens famæ suæ detrimentum referre, si nutricem, quæ ipsum educaverat, videre fastidiret, ubi visæ puellæ captus amore, nocte dormivit cum ea, unoque complexu [reddidit] gravidatam. Tempore partus peperit filium, quem propter fidem somnii vocavit Ethelstanum. Itaque rege Eadwardo, ut supra dictum est, defuncto, filius ejus Ethelwardus ex legitima conjuge generatus, patrem [cita morte] secutus est; tunc omnium favore Ethelstanus, licet ex concubina susceptus, in regem electus, spreto Eadwino, nondum ad regnandum propter teneros annos idoneo, in Kingstona, villa regia, ipsum, ut prædictum est, consecraverunt; consecratus autem Ethelstanus, fratrem suum Eadwinum, quem de legitimo matrimonio cognovit generatum, nigerrimo perstrinxit odio, metuens ne per ipsum quandoque a regni solio privaretur. Hac igitur occasione ductus rex, fratrem suum Eadwinum solum cum armigero, in navicula vetustate confracta, in maris medio sine remige et remigio, dimissum miserabiliter Neptuno commisit, ubi adolescens ille inter fluctus maris vitæ pertæsus, voluntario præcipitio undis sese submersit; armiger vero nunc pedibus, modo manibus remigando, corpus domini sui a Dorobernia in Witsand ad terram perduxit. Ethelstanus rex, postquam ab ira deferbuit, tam enorme factum abhorrens, septenni pœnitentia accepta, fratricidium deflevit,

Account of the birth of Aethelstan.

pincernamque suum, qui tale ei consilium dederat, crudeli morte damnavit. Eodem anno, sanctus Birstanus, Wintoniensis episcopus, cælestia migravit ad regna, cui successit vir religione Elfegus[1] insignis; quo utique anno, defuncto Wlfhelmo, Dorobernensi archiepiscopo, Odo, Wellensis[2] antistes, successit, Odoni vero ad Wellensem ecclesiam successit [3]Osulfus.

De morte Roberti primi ducis Normannorum.

A.D. 935. Death of Robert duke of Normandy.

Anno Domini DCCCCXXXV. [4]Robertus, dux Normannorum primus, in senectute bona ex hac luce transiens, Willelmum filium suum, juvenem elegantissimum, sibi constituit successorem.

Ut Ludovicus, nepos regis Anglorum, Franciæ diadema suscepit.

A.D. 936. Coronation of Louis d'Outremer.

Anno Domini DCCCCXXXVI. comes Hugo mittit nuntios in Angliam, pro accersendo [5]Lodowico, Caroli regis filio, ad apicem regni Francorum, quem rex Ethelstanus, avunculus ejus, accepto a legatis Franciæ juramento, cum quibusdam episcopis in Franciam mittit, cui comes Hugo, cum aliis proceribus obviam profecti, in ipsis littoris arenis sese Lodowico committunt, et inde Laudunum ducentes, coronatur ibidem ab Arthaldo archiepiscopo, præsentibus viginti episcopis et principibus regni.

---

[1] *Elfegus,*] surnamed Calvus; his death is recorded below in 946, by Florence in 951.

[2] *Wellensis.*] For 'Wellensis' and 'Wellensem,' read 'Wiltonensis' and 'Wiltonensem.'

[3] *Osulfus.*] His death is placed by Florence in 970.

[4] *Robertus . . . ex hac luce transiens.*] His death is placed in the Chron. Rothom. and by Ordericus Vitalis in 917; but, according to Frodoard, he was alive in 928, and is thought to have died in 931.

[5] *Lodowico,*] Louis IV, d'Outremer, son of Charles le Simple and Eadgyfu, daughter of Eadward the Elder. He was crowned at Laon on the 19th June by William archbishop of Sens, and Artaud archbishop of Rheims. Bouquet, ix. 65.

Ut rex Ethelstanus multos hostes prostravit.

A D. 937. Battle of Brunenburg. Anno Domini DCCCCXXXVII. Hibernensium multarumque insularum rex [1]Anlafus paganus, a Scotorum rege Constantino invitatus, ostium Humbri fluminis valida cum classe ingreditur; cui rex Anglorum Ethelstanus et frater ejus Eadmundus cum exercitu occurrentes, in loco, qui Bruneberih[2] nuncupatur, a diei principio usque in vesperam prælio protracto, quinque regulos et septem duces ex adversariis peremerunt, tantumque sanguinem ibidem fuderunt, quantum in nullo Angliæ prælio fusum eatenus audierunt; reges vero Anlafum et [3]Constantinum ad naves fugere compellentes, cum glorioso triumpho ad propria remearunt.

Ut Otho imperator sororem Ethelstani duxerit.

A.D. 938. Anno Domini DCCCCXXXVIII. [4]Otho Romanum adeptus imperium imperavit [5]annis triginta sex; qui continuo ad imperium promotus, Elgivam, Ethelstani regis sororem, in conjugium suscepit.

Rex Ethelstanus duo cœnobia construxit.

A.D. 939. Anno Domini DCCCCXXXIX. [6]Stephanus sedit in cathedra Romana annis tribus, mensibus quatuor

---

[1] *Anlafus.*] Malmsbury calls him the son of Sihtric. He was descended from Ragnar Lodbrok, the Dane, and married the daughter of Constantine, of Scotland; upon the different chiefs of this name mentioned in history about this period, see Malmsb. p. 206, *note* [9]. Florence and the Sax. Chron. record these events in the following year.

[2] *Bruneberih.*] Hume calls this place Brunsburg, and Carte speaks of the battle having been fought at Weondune, near Brunsbury. Ingulph ascribes this victory chiefly to the valour of Turketul or Turchetel, the chancellor.

[3] *Constantinum.*] Malmsbury says that he fell in the action.

[4] *Otho.*] The chronology here is incorrect; Otho married Eadgitha in 930, was crowned king of Germany in 936, and emperor by John the twelfth in 962.

[5] *Annis triginta sex,*] as king of Germany.

[6] *Stephanus,*] the eighth; he died in November 942.

et diebus quindecim. Per idem tempus rex Anglorum Ethelstanus, pro anima fratris sui Eadwini, quem pravo usus consilio in mari fecerat submergi, duo [1]cœnobia, Middeltonense et Micheleneiense, construi præcepit et ea prædiis multis et possessionibus ampliavit. Monasteries built by Aethelstan.

De morte regis Ethelstani et successione filii [sc. fratris] ejus Eadmundi.

Anno Domini DCCCCXL. Ethelstanus, rex Anglorum magnificus, anno regni sui sexto decimo, apud Gloverniam [2]diem clausit extremum sexto kalendas Novembris. Successit ei in regnum frater ejus et hæres legitimus Eadmundus, fratre apud Malmesberiam translato et ibidem honorifice tumulato, ubi idem rex adhuc vivens sepulturam elegit. Cum vero rex Eadmundus regalibus insignibus [esset] sublimatus, beatum Dunstanum, quem, adhuc fratre superstite, probabilis vitæ et linguæ noverat expeditæ, suis consiliis interesse præcepit, ut inter palatinos regios principesque connumeretur electus; cujus nonnulli militum et clientum bonæ conversationis constantiam intuentes, dicebant 'quia bonus est, alii autem non, sed seducit turbas;' unde quidam, ejus bonitati et prudentiæ invidentes depravare eum cœperunt in oculis regis, quibus ille favorem, non rem bene examinans, præbens jussit illum omni statim honore et cancellarii dignitate privari, et servitium sibi, ubi vellet, alibi adipisci. [3]Rex vero die crastina ibat cum suis, ut fasti- A.D. 940. Death of Aethelstan. Succession of Eadmund. Influence of Dunstan.

[1] *Cœnobia.*] Middleton, or Milton Abbot's, in Dorsetshire, and Michelney, or Muchenay, in Somersetshire. Much doubt exists as to the precise date of the foundation of these monasteries.

[2] *Diem clausit extremum.*] The Saxon Chronicle places the death of Aethelstan in the following year, but Malmsbury and Florence agree, more correctly, with the text.

[3] *Rex vero die.*] The narrative following is found in Osbern's life of Dunstan; Angl. Sacr. ii. p. 100.

dium venando sublevaret; protinus cum in silva corniculantium strepitus resonabat venatorum, latratusque soscallorum, multi cervorum fugam leviter inierunt, ex quibus, rex solus cum caterva insequentium canum, unum miræ magnitudinis insequi cœpit, quem diu per diversa locorum devia canum agilitate fatigatum, ad quoddam præcisi montis præcipitium impellens, una cum canibus cervum sese præcipitem dare coegit; qui omnes pariter ex alto descendentes contriti, in mortem subito corruerunt. Rex autem cervum et canes cum magno volantis equi cursu insectans, viso præcipitio, equum retinere laboravit, sed quoniam effrænis collique contumacis erat et rigidæ cervicis, ipsum omnino refrænare non valuit, omni spe salutis ablata, in voluntate Dei omnipotentis suam animam commendabat; 'Gratias tibi,' inquit, 'ago, Domine Jesu Christe, quod me non memini in his diebus [1]aliquem læsisse nisi solum Dunstanum, et hoc prompta devotione, concesso mihi spatio, sibi me reconcilians, emendabo;' ad hoc dictum, beati viri meritis, restitit equus in ultimo præcipitii loco, et rex in se reductus pro restitutione vitæ suæ Deo gratias referebat; et veniens domum, jussit sibi beatum Dunstanum præsentari, et cum coram rege adductus fuisset, protinus conscensis equis viam, quæ ducit ad Glastoniam, recto tramite tenuerunt. Quo cum pervenissent et cœnobium ingressi fuissent, apprehensa dextera Dunstani manu, osculatus est eam, ducensque ad sedem cathedralem, consentientibus monachis, illum in eam ponens, dixit, 'Esto sedis hujus et

Miracle.

[1] *Aliquem læsisse nisi . . . Dunstanum;*] 'nec reminiscaris injuriarum fideli tuo Dunstano per me illatarum, quoniam si me ipsius meritis a præsenti morte eripueris, quoad vivam, devotum me tui nominis et illius laudatorem habebis.' Vit. p. 100.

ecclesiæ fidelissimus abbas, et si quid tibi defuerit ad sanctæ religionis supplementum, ego illud regia largitate supplebo.' Sicque licet multum renitens beatus Dunstanus, ad officium regiminis a Deo vocatus, omnibus se studuit, salvo rigore religionis, amabilem exhibere.

Ut rex Eadmundus et rex Norwegiæ Anlafus regnum diviserint.

Distribution of the kingdom.

Circa eos dies [1]Anlafus, genere Norwigiensis, qui tempore regis Ethelstani de regno Northanhumbrorum ejectus fuerat, hoc anno, maximo comitatus navigio, Eboracum petivit; deinde australes Angliæ partes hostiliter adiens, subito sibi regnum Angliæ subjugare disposuit. Cumque hæc regi Eadmundo nuntiata fuissent, venit ei obviam cum exercitu copioso et apud Legecestriam duo reges hostiliter concurrentes, plurima diei parte, damnosum nimis hinc inde prælium commiserunt; sed duo archiepiscopi, Otho Cantuariensis et Wlstanus Eboracensis, viso utrinque periculo et regni exterminio, talem inter eos concordiam composuerunt, ut Anlafus totam Angliæ insulam ad borealem plagam stratæ regiæ, quæ Watlinge dicitur, possideret, Eadmundus vero ad australem ejusdem callis partem toto regno pacifice frueretur, et, qui inter eos vitam duceret longiorem, regnum totum post mortem alterius occuparet. Deinde Anlafus Alditham, [2]Ormi comitis filiam, suscepit uxorem,

Battle of Leicester.

---

[1] *Anlafus genere.*] The compact agreed upon between Eadmund and Anlaf, recorded in this chapter, is found also in Simeon of Durham and the Chron. de Mailros.

[2] *Ormi*;] probably the same with Gorm Anglicus, king of the Danes, mentioned in the chronicle of Petrus Olaus as having lost England, which his father Frotho, who had also been baptized there, had held twenty years. Compare Scriptt. Rerum Danicarum, ed. Langebek, i. pp. 115, 231.

cujus consilio et auxilio fultus præfatam victoriam est adeptus. Eodem anno defuncto Alfredo, Scireburnensi episcopo, [1]Wlsius successit.

A.D. 941. Death of Anlaf.

Anno Domini DCCCCXLI. Anlafus rex nuper creatus, dum vastaret ecclesiam [2]beati Balteri et Tinningeham igne cremaret, mox Dei judicio correptus, vitam miserabiliter terminavit, et rex Eadmundus [3]Northanhumbriam petens hostiliter Anlafum, filium Sihrici, et [4]Reginaldum, filium Guthredi regis, inde potenter expellens monarchiam totius Angliæ iterum subjugavit.

Ut rex Eadmundus plures civitates de manibus Danorum eripuit.

A.D. 942. Eadmund sole sovereign.

Anno Domini DCCCCXLII. rex Eadmundus [5]Lincolniam, Snotingeham, Derebi, Legecestriam et Stanfordiam de manibus Danorum eripiens, cum Mercia tota, omnia sub sua potestate redegit.

Nota miraculum de sancto Dunstano.

A D. 943. Miracle.

Anno Domini DCCCCXLIII. [6]cum magnifico regi Eadmundo regina sua Algiva filium peperisset Eadgarum, sanctus Dunstanus audivit voces psallentium et dicentium in sublime, 'Pax Anglorum ecclesiæ, exorti nunc pueri, nostrique tem-

---

[1] *Wlsius,*] called also Alsius, and Wlfsinus. His appointment as abbot of Westminster by Dunstan is recorded below in 958; the time of his death is uncertain.

[2] *Beati Balteri.*] So Simeon; the Chron. de Mailros reads 'ecclesia sancti Baldredi in Tiningham.'

[3] *Northanhumbriam petens.*] The Sax. Chron. and Florence place the expulsion of these kings in 944.

[4] *Reginaldum, filium Guthredi.*] Florence calls him the son of Guthferth, who was the son of Sihtric king of Northumberland. Malmsbury makes him to be the son of Gurmundus, or Gudra, king of the Danes, who after the battle of Ethandun in 878 was baptized at Aller. Malmsbury, § 141.

[5] *Lincolniam.*] The recovery of these towns is recorded in the Sax. Chron. and by Florence in this year.

[6] *Cum magnifico regi.*] Osbern. Vit. Dunstan. p. 101.

pore Dunstani.' [1]Eodem anno rex Eadmundus regem Anlafum de lavacro sanctæ regenerationis suscepit eumque regiis muneribus honoravit, Reginaldum quoque, Northanhumbrorum regulum, dum ab episcopo confirmaretur, tenuit, sibique in filium adoptavit. [2]Martinus papa.

De morte Willelmi ducis Normannorum.

A.D. 944. Death of William duke of Normandy.

Anno Domini DCCCCXLIV. [3]Willelmus, dux Normannorum secundus, proditione Arnulfi, comitis Flandrensis, interfectus est; nam cum idem Willelmus unum ex castris præfati comitis occupasset, Arnulfus, simulata fide, illum ad colloquium evocatum, dum in navi de pace tractarent, per Balzonem ducem obtruncavit. Cui successit filius ejus Ricardus, dux tertius Normannorum.

Ut rex Eadmundus beato Eadmundo multas contulerit mansiones.

A.D. 945. Offerings of the king to S. Eadmund.

Anno Domini DCCCCXLV. rex Eadmundus beato martyri Eadmundo [4]dedit Bedericesworze, villam regiam, in qua usque hodie corpus ejusdem martyris requiescit, deditque eidem martyri circa illum locum terram non modicam, quam subscriptione episcoporum, comitum et baronum pia devotione roboravit.

---

[1] *Eodem anno.*] Florence agrees with the text. The Sax. Chron. refers these events to the previous year.

[2] *Martinus,*] the third; he died in January 946.

[3] *Willelmus, dux Normannorum.*] He was killed, according to William of Jumiéges, on the 16th December in the previous year; Angl. Script. Camden, p. 624.

[4] *Dedit Bedericesworze, villam regiam.*] The charter of this gift is printed in the Monasticon, tom. iii. p. 137, where it is expressed as 'ad monasterium quod situm est in loco, qui dicitur Baderichеswyrthe, in quo sanctus Eadmundus rex et martyr quiescit corpore, terram quæ circa illum locum esse videtur, libenter tribuo.'

Ut rex Eadmundus Cumbriam regi Scotorum dederit.

A.D. 946. Northern expedition.

Anno Domini DCCCCXLVI. [1] Agapetus sedit Romæ annis decem, mensibus sex et diebus decem. Eodem anno rex Eadmundus, [2] adjutorio Leolini regis Demetiæ fretus, Cumbriam totam cunctis opibus spoliavit, ac duobus filiis Dummail, ejusdem provinciæ regis, oculorum luce privatis, regnum illud Malcolmo, Scotorum regi, de se tenendum concessit, ut aquilonales Angliæ partes terra marique ab hostium adventantium incursione tueretur.

De morte Eadmundi regis.

Death of Eadmund.

Eodem anno rex piissimus Anglorum, Eadmundus, dum in festo sancti Augustini, Anglorum apostoli, omnes regni proceres ad magnum convivium in villa regia, quæ [3] Micheleberi dicitur, invitasset, sicut mos erat Anglis singulis facere annis, ob venerationem beati Augustini, per quem fidei lumen Angli sunt adepti, congregatis omnibus et ad prandium regis considentibus, cœperunt epulari et gaudere, ipso rege ad hoc plurimum annitente. Tandem cum rex caput erigeret, ut videret discumbentes, inter cæteros latrunculum quendam nomine Leof, quem ante paucos annos propter latrocinium eliminaverat, in aula stare conspexit, quod rex nimis moleste ferens, innuit pincernæ suo, ut furem illum de palatio quantoties amoveret; sed cum nequissimus ille propter pincernam exire noluisset, rex

[1] *Agapetus,*] the second; he died at the end of the year 955.

[2] *Adjutorio Leolini.*] There seems to be no other authority for this interpolation, nor for the anecdote of the king's cruelty which follows.

[3] *Micheleberi,*] called by Malmsbury and the other historians Pucklechurch (Gloucestershire). In the Sax. Chron. it is said that he was murdered on S. Augustine's day (May 26).

nimia succensus ira de mensa subito exsilivit, atque latronem per capillos arripiens in pavimentum projecit. At proditor ille, cum se læsum regemque in se jacentem sensisset, extracto ocius cultello, quem occulte ferebat, regem, proh dolor! jugulavit. Videntes regis milites et ministri dominum suum mortuum et sanguine tabefactum, irruerunt omnes in latronem illum, atque corpus ejus totum et ossa in frusta minutissima conciderunt; sicque clarum regalis convivii principium nebulosus rerum gestarum exitus terminavit.

De coronatione piissimi regis Eadredi.

Coronation of Eadred.

Defuncto itaque rege Eadmundo, et apud Glastoniam sepulto, [1]Eadredus frater ejus in Kingestona, villa regia, regni diadema a beato Othone, archiepiscopo Cantuariensi, suscepit septimo decimo kalendas Septembris. Reliquit quoque duos filios hæredes legitimos, Eadwinum et Eadgarum, qui, repugnante illegitima ætate, patri succedere non valebant. Hic, ut suus germanus prius egerat rex Eadmundus, Northanhumbriam totam in sui dominium redactam, a rege Scotorum fidelitatem accepit, et insuper Eboracensi ecclesiæ metropolitanæ duo signa non modica devotus donavit; denique, cum a Cumbrorum rege juramentum fidelitatis accepisset et partes illas in securitate posuisset, versus austrum cum suis contendit. Hic autem rex nobilis, non dispar prædecessoribus suis, beatum Dunstanum tanto caritatis ardore dilexit, ut omnes thesauros suos sub ejus custodia commendaret. [2]Beatus interea Elfeius,

[1] *Eadredus frater ejus.*] The date in the text follows Florence and others. Simeon of Durham and Ethelweard place the death of Eadmund and the succession of Eadred in 948. A charter of the latter, dated 947, is in the Cod. Diplom. Angl. Sax. ii. p. 273.

[2] *Beatus interea Elfeius.*] From Osbern's life of Dunstan, p. 102.

Wentanæ urbis episcopus, qui eundem Dunstanum monachatus et presbyteratus ordine decoraverat, ab hoc seculo migravit; cui rex volens subrogare Dunstanum, per reginam, scilicet matrem suam, super his illum convenit; ad hæc ille, 'Rogo,' inquit, 'domina, de precibus hujusmodi cessare, sciens me diebus regis, filii tui, pontificem non futurum,' dixit autem hæc vir Dei regem diligens, cujus consiliis sacerdotii causa noluit deesse; sed sequenti nocte sibi visum est, se Romam adiisse et, adoratis apostolis, illico domum rediisse; cumque ad Montem gaudii applicuisset, ecce sanctus Petrus cum apostolis Paulo et Andrea occurrit, singuli singulos gladios manu tenentes et ei protensis manibus offerentes. In gladio sancti Petri scriptum fuit, 'In principio erat verbum,' et gladii sanctorum Pauli et Andreæ propriis nominibus erant inscripti; tunc ei sanctus Petrus apostolus blande cecinit modulando, 'Tollite jugum meum super vos, et invenietis requiem animabus vestris,' deinde illum arguendo, virgam, quam tenebat, levavit, et levi ictu in palma percutiendo dixit, 'Hoc habeas commonitorium de ulterius non recusando jugum Domini.' Ad hæc evigilans vir Dei, regi mane visionem retulit admiranti; cui rex, 'Cum gladii,' inquit, 'quos ex apostolica largitate suscepisti, armaturam designant Spiritus Sancti, scias pro certo per gladium Petri, verbo Dei inscriptum, archiepiscopatus dignitate cælitus te donandum, per gladium Pauli, simplicem episcopatum, et per gladium Andreæ, alium præsulatum jure te regiminis possessum.' Nam postea juxta somnii interpretationem Cantuariensem rexit ecclesiam, in nomine sanctæ Trinitatis dedicatam, Londoniensem in nomine Pauli, et Roffensem in beati Andreæ nomine consecratam.

Miracula de sancto Elfego episcopo.

Anno Domini DCCCCXLVII. post sanctum Elfegum, Wintoniensem præsulem, [1]Elfsius successit. [2]De beato quoque Elfego legitur, quod in die Cinerum, cum de more pœnitentes ecclesiæ liminibus removeret, hortatus est eos, ut tempore quadragesimali, jejunio et castitati vacantes, diebus illis uxorum etiam deliciis abstinerent; quorum unus, cæteris episcopi jussionibus reverenter obtemperantibus, joculari cœpit, dicens, se abstinere non posse a venere, a cibo pariter et conjugio, cui episcopus, 'Contristas me miser oppido, nesciens quid tibi pariat dies ventura;' et sic homo ille recedens, duram beati Elfegi prophetiam nebulo experitur, dum postera luce in cubiculo sit repertus exanimis, incertum utrum a diabolo suffocatus. Alio quoque tempore, dum sacros ordines celebrasset, tres monachos ad ordinem presbyteratus promovit; completis itaque ordinibus, præsul sanctæ recordationis adstantibus dixit, 'Hodie tribus monachis manus imposui, quorum duo pontificalis ordinis gratiam obtinebunt, unus in civitate Wigorniæ ac deinde in Cantia, et alter meam sedem quandoque adimplebit; tertius, voluptatum petulantia accensus, exitum miserabilem sortietur;' quam utique sancti præsulis prophetiam, ut prædixerat, rerum exitus comprobavit. Eodem anno gens Northanhumbrorum, Eadredo regi fidem infrin-

A.D. 947. S. Aelfeah, bishop of Winchester.

[1] *Elfsius,*] or Elfsinus, or Elfesius. He is said to have gained the see of Canterbury by the influence his riches gave him, and to have died on the Alps in his journey to Rome to receive the pall. Compare Malmsb. de Gest. Pontif. p. 201, with life of Dunstan by Osbern and Eadmer, Angl. Sacr. ii. pp. 109, 214.

[2] *De beato quoque Elfego.*] See his life, and the anecdote following concerning him, in Act. SS. Ord. Benedict. Mabillon, sec. v. p. 233, *seq.*

gentes, [1]Eilricum quendam, Danica stirpe progenitum, super se regem statuerunt.

Ut rex Eadredus hostes suos potenter subjecerit.

A.D. 948. Northumbria submits to Eadred.

Anno Domini DCCCCXLVIII. [2]rex Eadredus pro infidelitate Northanhumbrensium illam provinciam devastavit, in qua et monasterium in Ripun, a sancto Wilfredo olim constructum, est ignibus concrematum; sed, rege recedente, exercitus [3]de Eboraco erumpens, in extrema parte exercitus regis multam fecit stragem. Hoc autem cognito a rege, redire disposuit, et omnes hostes suos usque ad unum delere; sed gens Northanhumbrorum valde perterrita, Eilricum, quem sibi regem constituerat, abjicientes, Eadredi regis injurias honoribus et detrimenta muneribus exsolverunt.

De hæresi Anthropomorphitarum.

A.D. 949. Heresy of the Anthropomorphitæ.

Anno Domini DCCCCXLIX. in Italia exorta est hæresis Anthropomorphitarum, qui corpoream Deum habere formam contendunt, contra quam [4]Ritherius, Veronensium episcopus, eis et verbis reclamabat et scriptis.

De morte Eilrici regis.

A.D. 950. Death of Yric of Northumbria.

Anno Domini DCCCCL. [5]rex Eilricus in quadam solitudine quæ 'Steinmor' dicitur, cum filio suo

---

[1] *Eilricum,*] called in the Sax. Chron. 'Yricus,' and by Florence 'Ircus.' The former places his usurpation in 952, the latter in 949. He was the son of Harold. Chron. Mailr.

[2] *Rex Eadredus pro infidelitate.*] This chapter is taken from Florence, who, however, records the events contained in it in 950.

[3] *De Eboraco erumpens;*] 'in loco, qui dicitur Casterford;' Flor.

[4] *Ritherius,*] called also 'Racherius' and 'Ratherius.' Many of his works have been collected and printed by D'Achery in the first volume of the Spicilegium.

[5] *Rex Eilricus.*] The other English historians are silent concerning the death of Yric and his son.

Henrico et fratre Reginaldo, proditione [1]Osulfi comitis, a Macone consule fraudulenter interempti sunt, ac deinde in partibus illis rex Eadredus regnavit.

Wlstanus, Eboracensis archiepiscopus, incarceratur.

Anno Domini DCCCCLI. rex Eadredus Wlstanum, Eboracensem archiepiscopum, in Uithabiri [2]arctam posuit in custodiam, quia frequenter apud eum accusabatur certis de causis, ut qui cives Theodfordenses plures occidi jussit, in ultionem abbatis Aldelmi injuste ab eis interfecti. A.D. 951. Wlstan abp. of York imprisoned.

Alfwoldus Cridiensis consecratur episcopus.

Anno Domini DCCCCLII. Algaro Cridiensi pontifice defuncto, [3]Alfwoldus, consilio beati Dunstani, successit. A.D. 952. Aelfwold bishop of Crediton.

Wlstanus a carcere liberatur.

Anno Domini DCCCCLIII. Wlstano, Eboracensi archiepiscopo, de custodia soluto, apud Dorkacestriam episcopali restituitur dignitati. A.D 953. Wlstan restored.

Osketel archiepiscopus consecratur.

Anno Domini DCCCCLIV. [4]Osketel, vir bonus et in rebus divinis ad plenum eruditus, factus est archiepiscopus Eboracensis. A.D. 954. Consecration of Osketel.

Rex Eadredus moritur.

Anno Domini DCCCCLV. rex Anglorum potentissimus Eadredus, anno regni sui decimo, cum graviter ægrotare cœpisset, missa celeri lega- A.D. 955. Death of Eadred.

[1] *Osulfi.*] He was created earl of Northumberland on the expulsion of Yric.

[2] *Arctam posuit in custodiam.*] Florence and Simeon place the imprisonment of Wlstan in the following year, his release and restoration in 954, and his death on the 26th December 956.

[3] *Alfwoldus.*] He succeeded, according to Florence, in the following year, and died in 972.

[4] *Osketel.*] His death is recorded below and by Florence in 972.

tione, beatum Dunstanum confessionis gratia accersivit; [1]quo festine ad palatium tendente, vox desuper clare sonuit, ipso audiente, 'Rex Eadredus jam in pace quievit,' ad quam vocem equus, cui insedit, pondus angelicæ vocis ferre non valens, absque ulla sessoris læsione, mortuus in terram corruit. Denique cum venisset ad regem beatus Dunstanus, reperit regem sub eodem tempore [2]defunctum, quo illi angelus in itinere nuntiavit. Regis autem corpus Wintoniam delatum est, et a beato Dunstano in veteri monasterio traditur sepulturæ.

Eadwy succeeds.

Successit ei in regnum Eadwius, Eadmundi regis filius et sanctæ Algivæ reginæ, et apud Kingstonam ab Odone, Dorobernensi archiepiscopo, regiam unctionem suscepit. [3]Huic quædam mulier inepta, licet natione præcelsa, cum adulta filia per nefandum familiaritatis lenocinium adhærebat, ut sese vel filiam suam sub conjugali titulo sociaret; quas ille, ut aiunt, alternatim, quod dicere nefas est, turpi palpatu et absque pudore libidinose tractavit. In die enim qua in regem consecratus est, confestim post regiam unctionem, de mensa subito prosilivit princeps et læta relinquens convivia, ut lascivus voluptatem lenocinii vinolentus compleret; displicuit factum optimatibus et beatum abbatem Dunstanum miserunt ad regem reducendum, ut in regali convivio fieret jucundus assessor, qui juxta principum jussa, adjuncto sibi [4]Cynesio episcopo, cognato suo, thalamum ingressus invenerunt coronam regiam, splendore

[1] *Quo festine ad palatium.*] The same story is related also by Florence, from Osbern's life, p. 104.

[2] *Defunctum.*] Eadred died at Frome on the 23rd November.

[3] *Huic quædam mulier.*] The same story is found in all the lives of Dunstan.

[4] *Cynesio,*] called by Bridferth 'Cynegis;' supposed to be the same with Kinsi, or Kinsinus, bishop of Lichfield at this time.

decoram, procul a capite in terram usque negligenter avulsam, regemque inter utrasque in luti volutabro volutantem. [Dunstanus igitur tam enormi facto permotus, regi inquit,] 'Vestri nos principes ad te rogando direxerunt, ut redeas ad tuæ sedis dignum triclinium, et simul cum eis jucundus existas,' et mulierum pariter ineptias increpans et manum regis dum surgere nollet arripiens, ad regale convivium furibundum reduxit. Tunc meretrix illa, [1]Algiva nuncupata, contra virum Dei ferventi furore consurgens dixit, illum nimis fuisse temerarium, dum regis secreta non vocatus intravit; sicque beatum Dunstanum mulier nequissima persequi non cessavit, donec regis animum contra venerabilem abbatem in odium mortale convertit.

Johannes papa consecratur.

Anno Domini DCCCCLVI.[2]Johannes papa creatus sedit in cathedra Romana annis septem. [3]Algiva supradicta, mulierum turpissima, ex Eadwi regis consensu omnem substantiam monasterii viri Dei Dunstani diripiens, urgente ejusdem regis imperio, tandem ipsum a regno proscripsit, qui [4]Gallicanas secedens in partes exilium coactus petivit; sed mulier virum Dei desiderans prævenire, misit lictores, ut fertur, qui ipsum, si inveniretur, lumen oculorum privarent, sed, eo non invento, confusi ad propria remearunt.

A.D. 956. Banishment of S. Dunstan.

---

[1] *Algiva nuncupata.*] Bridferth alone mentions the name of the woman.

[2] *Johannes papa,*] the twelfth; he was deposed from the papal see in 963.

[3] *Algiva supradicta.*] Compare Dunstan's life by Bridferth, Act. SS. Mai. iv. p. 354.

[4] *Gallicanas secedens in partes.*] He found refuge with Arnoul count of Flanders.

Quod rex Eadwius a regno pellitur.

A.D. 957. Eadwy deposed.

Anno Domini DCCCCLVII. [1]rex Eaduius, quoniam in regimine sibi commisso insipienter egit, a Mercensibus populis et Norensibus est penitus derelictus, nempe sapientes quosque regni et nobiles odio vanitatis disperdens, ignaros nihilominus et iniquos studio dilectionis fovebat. Quo unanimi omnium conspiratione dejecto, elegerunt, Deo dictante, fratrem ejus [2]Eadgarum in regem et, annuente populo, res regni publica dispertita inter fratres, Thamesis fluvius regnum disterminaret amborum; tunc Eadgarus beatum Dunstanum ab exilio reductum, [3]in omni honore restituit pristinæ dignitatis. Excurso dehinc brevi temporis intervallo, [4]Kenwoldus Wigorniensis ecclesiæ episcopus defungitur, et beatus Dunstanus, licet multum renitens, electus, ab Odone Cantuariensi archiepiscopo consecratur.

De archiepiscopo per simoniam promoto.

A.D. 958. Succession of bishops.

Anno Domini DCCCCLVIII. [5]defuncto Brithelmo, Londoniensi episcopo, rex Eadgarus in loco ejus beatum substituit Dunstanum; qui, protinus apud Westmonasterium constructo ad duodecim monachos cœnobio, in loco ubi quondam Mellitus episcopus beato Petro ecclesiam fabricaverat, sanctum Wlstanum ibidem constituit abbatem. [6]Eodem anno sanctus Odo, Cantuariensis archiepi-

---

[1] *Rex Eaduius.*] The same events are recorded by Florence and in the Sax. Chron. in the same year.

[2] *Eadgarum.*] He was at this time only fourteen years of age; Flor. ad an. 959.

[3] *In omni honore restituit.*] Compare Osbern's life, Angl. Sacr. ii. p. 107.

[4] *Kenwoldus,*] or Coenwalchius.

[5] *Defuncto Brithelmo.*] 'Eadgarus Lundoniensem ecclesiam pio pastore viduatam commisit regendam.' Flor.; comp. Act. SS. Mai. iv. p. 355.

[6] *Eodem anno sanctus Odo.*] Compare Flor. ad an. 958, with Osbern, life of Odo, Angl. Sacr. ii. p. 84.

scopus, regem Eadwium et Algivam ab invicem separavit, vel causa consanguinitatis, vel quia illam ut adulteram adamavit. Quo etiam anno idem Odo, Dorobernensis archiepiscopus, vir ingenio clarus, virtute laudabilis et spiritu prophetiæ pollens, humanis rebus exemptus, in paradisum est angelorum manibus deportatus; quo ad cælestia translato, Elfsinus, Wentanæ urbis episcopus, [1]datis muneribus profusis, per internuntios regem Eadgarum circumvenire studens, cum Simone Mago thronum Cantuariensis ecclesiæ, pecuniæ interventu, conscendit. Qui primo intrusionis die abstinere non potuit, quin furias mente diu conceptas evomeret, ad tumulum sancti Odonis accedens, illudque pede conculcans, dixit, 'Pessime senex, nunc animam licet sero emisisti, et meliori locum faciens recessisti, nunc vero quod diu concupiveram teneo, te invito, et inde tibi malas gratias ago;' et sic fatus, cum rabidus ille sopori membra dedisset sequenti nocte, vidit beati Odonis effigiem sibi adstare, et improperare convicium atque velox illi exitium comminari; sed Elfsinus, somnii vanitatem esse quod viderat existimans, non minus ad obtinendum pallium Romam properabat, ubi cum per Alpes viam expediret inceptam, nihil aliud remedii habere potuit, dum nivali tempore esset congelatus, nisi ut exenteratorum equorum adhuc calentibus extis pedes immergeret, quibus sancti viri conculcaverat sepulturam, sed, nec sic algore deficiente sed potius invalescente, vitam flagitiosam morte misera terminavit.

---

[1] *Datis muneribus profusis.*] The history of the succession and death of Alfsin, or Elsin, archbishop of Canterbury, is from Osbern's life of Odo, p. 85; see above, p. 401, *note* [1].

De morte Eadwii regis, et successione Eadgari fratris ejus.

A.D. 959. Death of Eadwy.

Anno Domini DCCCCLIX. rex Eadwius, postquam annis quatuor libidinose simul et tyrannice regnum depressisset Anglorum, justo [1] Dei judicio defunctus, Wintoniæ in novo monasterio sepulturam accepit; cujus regnum frater ejus Eadgarus, ab omni populo electus, suscipiens, divisa regna in unum compaginavit. Quo etiam anno [2] Brithelmus, Wellensis antistes, ad summum sanctæ Dorobernensis ecclesiæ sacerdotium est electus. Erat autem nimis modestus, humilis et benignus, adeo quidem ut tumidos quosque et rebelles sub correctionis verbere non, ut debuit, cohiberet; sed cum hoc a rege compertum fuisset, [3] jussit eum ad relictam redire dignitatem, cujus loco omnium judicio beatus Dunstanus archipontifex subrogatur; a quo nimirum cum cæteris optimatibus et ipse rex Eadgarus decenter instructus, improborum passim temeritatem coercuit, rebelles sub asperitatis correctione redarguit, justos et modestos dilexit, desolatas Dei ecclesias renovans ditavit, abjectis a cœnobiis clericorum secularium neniis, ad laudem summi Creatoris et gloriam, monachorum et sanctimonialium catervas aggregans, plusquam quadraginta monasteria construi præcepit. Hos omnes ut fratres honorabat et ut filios carissimos dili-

Dunstan archbishop of Canterbury.

[1] *Dei judicio defunctus.*] He died on the 1st of October in this year.

[2] *Brithelmus, Wellensis.*] Florence records his death and burial at Wells in 973. In the lives of S. Dunstan he is called bishop of Dorchester.

[3] *Jussit eum ad relictam.*] The cause of Brithelm's removal is thus given by Osbern in his life of Dunstan, and by Florence; 'Is post paucos suscepti pontificatus dies cogitans, quod ad tantam rem minus esset idoneus, jussus a rege et omni populo Cantuaria discedit atque ad relictam nuper ecclesiam suam non sine verecundia redit.'

gebat, admonens pastores, quos ipsis præposuit, ut illos regulariter vivere exhortarentur, quatenus Christo et sanctis ejus omnibus complacerent; erat enim vir Dei Dunstanus mira in omnibus ratione discretus, prudentiamque fortitudinem, justitiam et temperantiam quoad vixit, Deo auxiliante, veraciter custodivit. Eodem anno, Leofwino Lindissæ regionis antistite defuncto, [1]Ailnothus successit, et illi [2]Asowinus, cujus instantia sanctus [3]Oswaldus, Wigorniensis postea episcopus, Rameseiæ cœnobium consecravit.

Ut beatus Dunstanus pallium accepit.

Anno Domini DCCCCLX. sanctus Dunstanus Romam profectus, a papa Johanne pallium suscepit, et per viam pacis ad propria remeavit. Paucis exinde mensibus interjectis, annuit rex Eadgarus, ejus suggestione, ut beatus Oswaldus admitteretur ad Wigorniensis ecclesiæ præsulatum, ubi per beatum Dunstanum episcopus consecratus multis in ea virtutum claruit signis. Circa eosdem dies defuncto Guthardo, Seleseiensi episcopo, [4]Alfredus successit. A.D. 960. Dunstan receives the pall at Rome.

De fundatione cœnobii Tavistoke.

Anno Domini DCCCCLXI. Ordgarus comes [5]cœnobium apud Tavistoke in Devonia construxit, et illud religiosis monachis replevit. Erat autem comes Ordgarus pater Alfridæ, reginæ regis A.D. 961.

[1] *Ailnothus.*] According to Ingulph, he was present at the council held in London in 966, and alive in 974; pp. 45, 48.

[2] *Asowinus.*] On the margin 'Ascwinus.' — He is mentioned below and by Florence in 992 as one of the admirals of the fleet against the Danes.

[3] *Oswaldus.*] See Eadmer's life of S. Oswald, in Angl. Sacr. ii. p. 200.

[4] *Alfredus.*] He died about 970.

[5] *Cœnobium apud Tavistoke.*] It was finished by Ordulf, the son of Ordgar, in 981; Chron. Tinemut.: afterwards burned by the Danes in 997. Sim. Dunelm. ad an.

Eadgari, ex qua genuit Ethelredum, postea regem Anglorum, sicut sequens historia latius declarabit.

Sanctus Wibertus decessit.

A.D. 962. Anno Domini DCCCCLXII. sanctus Wibertus, Gemblacensis cœnobii fundator, migravit ad Christum.

In veteri monasterio Wintoniæ pro clericis monachi substituuntur.

A.D. 963. Family of Eadgar. Anno Domini DCCCCLXIII. defuncto Brithelmo, Wintoniensi episcopo, sanctus [1]Ethelwoldus, abbas cœnobii Abendoniensis et a sancto Dunstano nutritus et moribus informatus, ei in episcopatu successit. Eodem anno, jussu regis Eadgari, [2]expulsis clericis seculariter viventibus, vetus monasterium monachis religiosis et regulariter conversantibus in eorum loco substituit. Rex Eadgarus, cognomento Pacificus, duas fertur [3]successive habuisse reginas; ex prima, Alfleda scilicet candida, cognomento Enede, Ordmari ducis filia, Eadwardum genuit, postea regem et martyrem; post cujus decessum accepit Alfridam, Ordgari comitis filiam, Ethelwoldi comitis orientalium Anglorum relictam, ex qua duos filios, [4]Eadmundum et Ethelredum, suscepit. De Wlfrida concubina, quam certum est sanctimonialem tunc non fuisse, sed timore regis puellam parvulam se velasse, genuit sanctam [5]Editham. [6]Benedictus

[1] *Ethelwoldus.*] He died 1st August 984. See an account of him by Malmsbury, de Gest. Pontif. p. 243.

[2] *Expulsis clericis.*] Compare Florence, ad an. 963.

[3] *Successive habuisse reginas.*] Compare Florence, ad an. 964, with Malmsbury, Hist. § 159.

[4] *Eadmundum.*] He died, according to Florence and the text, in 971; according to the Sax. Chron. in 972, and was buried at Rumsey.

[5] *Editham.*] Her life by Gotselin, a monk of Canterbury, is printed by Mabillon, Act. SS. Bened. sec. v. p. 37.

[6] *Benedictus,*] the fifth. He was elected on the 14th of May,

papa [sedit] mensibus duobus [et diebus quinque.] [1]Leo papa [sedit] anno uno [et mensibus quatuor.]

De restauratione duorum cœnobiorum.

Anno Domini DCCCCLXIV. rex Eadgarus Pacificus in novo monasterio [2]apud Wintoniam et in Middeltona monachos collocavit, et illis Ethelgarum, istis vero Kinewardum, abbates præfecit. A.D. 964. Abbots of Hyde and Middleton.

De admonitione cælesti.

Anno Domini DCCCCLXV. [3]Johannes sedit in cathedra Romana annis septem et mensibus undecim. Per idem tempus sanctus [4]Ethelwoldus, Wentanæ urbis episcopus, cum nocte quadam ad majus ecclesiæ suæ altare ante sanctorum reliquias staret in oratione, tres sibi personæ reverendæ apparuerunt, quarum illa, quæ media videbatur, has voces evidenter expressit, 'Ego sum,' inquit, 'Birstanus, hujus urbis quondam episcopus,' et partem ostendens dextram, 'Hic,' inquit, 'est Birinus, hujus ecclesiæ prædicator et pontifex primus,' et sinistram ostendens, 'Hic est,' ait, 'sanctus Swithunus, spiritualis hujus ecclesiæ et civitatis patronus; noveris quoque, quod sicut me cum eis vides in tua præsentia, ita cum eis in cælo non dispari fruor gloria, cur ergo defraudor mortalium honorificentia in terris, qui magnificor cælestium consortio spirituum in cælis?' Et his dictis, in aerem est elatus cum sociis, pretiosam sui memoriam comprovincialibus relinquens in terris. A.D. 965. Miracle.

upon the death of John the twelfth, and was compelled by the emperor to resign in favour of Leo.

[1] *Leo,*] the eighth: he died in March or April 965.

[2] *Apud Wintoniam et in Middeltona.*] So Florence and Simeon; the Sax. Chron. adds 'Chertsey.'

[3] *Johannes,*] the thirteenth; he died in September, in 972.

[4] *Ethelwoldus.*] His life by Wulstan is printed by Mabillon, Act. SS. Ord. Bened. sec. v. p. 609.

Ut rex Haroldus idola relinquens baptizatus fuerit.

A.D. 966. Baptism of Harold.

Anno Domini DCCCCLXVI. [1]Danis cum Popone clerico in convivio de cultura Dei altercantibus et deorum, Danis asserentibus Jhesum Christum Deum esse, sed majores esse deos et illos esse antiquiores, Popone e contrario affirmante Jhesum Christum solum verum Deum esse, unum in substantia et trinum in personis, rex Danorum Haroldus condixit clerico, ut fidem propositam veritatis testimonio comprobaret. Cum id clericus coram populo se probaturum affirmaret, ferrum ingentis ponderis valde ignitum in manibus ejus ferendum ponunt; quod cum clericus usque ad placitum coram omnibus tulisset absque ulla læsione, rex, penitus [2]abjectis idolis, se suosque ad colendum verum et solum Deum convertit. Clericus vero ad episcopatum promotus est.

Ut rex Eadgarus apud Romeseiam sanctimoniales miserit.

A.D. 967. Abbess of Rumsey.

Anno Domini DCCCCLXVII. rex Eadgarus [3]in monasterio Romeseie, quod avus suus rex Eadwardus construxerat, sanctimoniales congregavit, sanctamque Merwinnam in eo abbatissam ordinavit.

Ut rex Eadgarus apud Exoniam monachos posuerit.

A.D. 968. Monks established in Exeter.

Anno Domini DCCCCLXVIII. rex Eadgarus in Exonia monachos congregans, virum religiosum Sidemannum illis jure abbatis præfecit. Eodem anno, mortuo [4]Lindissæ regionis episcopo, Alfsius vir in rebus ecclesiasticis eruditus successit.

---

[1] *Danis cum Popone.*] Compare Petr. Olai Annal. in Scriptt. Rer. Dan. i. p. 173.

[2] *Abjectis idolis.*] In the text 'abjecta ydola.'

[3] *In monasterio Romeseie.*] So Simeon and Florence, ad an. 967.

[4] *Lindissæ,*] for Lindisfarne. For the succession of the bishops of Lincoln, see above in 959. Aelfsius died in 990, where he is called Mildred.

Ut apud Wigorniam pro clericis monachi sunt constituti.

Anno Domini DCCCCLXIX. rex Eadgarus Pacificus episcopis per Angliam constitutis præcepit, ut in majoribus cœnobiis et ecclesiis cathedralibus, expulsis clericis, monachos subrogarent. Unde sanctus Oswaldus, ex clericis Wigornensibus monachos faciens, habitum religionis assumere coegit; renuentes quidem ab omni beneficio spoliavit. A.D. 969. Seculars driven from Worcester.

De translatione reliquiarum sancti Swithuni.

Anno Domini DCCCCLXX. sancti Swithuni reliquiæ venerandæ, peractis a sepultura ejus centum et decem annis, idibus Julii sublatæ sunt de sepulchro, et [1]a beato Ethelwoldo, ejusdem ecclesiæ episcopo, sicut ei fuerat divinitus imperatum, in basilicam apostolorum Petri et Pauli honorifice sunt translatæ. Quo utique anno mortuo Alfredo, Selesiensi pontifice, successit [2]Eadelmus. A.D. 970. Translation of S. Swithune.

De translatione duorum ducum nobilium.

Anno Domini DCCCCLXXI. [3]Eadmundus, filius regis Eadgari, Elfegus dux Southamtoniæ, et Ordgarus dux Devoniæ, socer regis, diem clausere supremum. A.D. 971. Death of noblemen.

De dedicatione novi cœnobii Wentanæ urbis.

Anno Domini DCCCCLXXII. [4]rex Eadgarus novi A.D. 972.

[1] *A beato Ethelwoldo.*] Florence joins with him in the task Alfstan and Aethelgar, abbots of Glastonbury and Hyde.

[2] *Eadelmus.*] The time of his death is uncertain; he was succeeded by Aethelgar abbot of Hyde in 980.

[3] *Eadmundus.*] The three whose deaths are here recorded were buried respectively in Rumsey, Glastonbury, and Exeter; Flor.

[4] *Rex Eadgarus.*] From Florence, ad an. 972. Eadgar's charter of privileges to Hyde abbey is printed in Spelman, Concil. p. 435.

Dedication of New-Minster.

monasterii fabricam urbis Wentanæ, a patre suo Eadmundo inchoatam et a se perfectam, dedicari fecit. Eodem anno, mortuo [1]Osketello, Eboracensi archiepiscopo, sanctus Oswaldus, ecclesiæ Wigorniensis episcopus, pro eo archiepiscopus consecratur.

Ut rex Eadgarus coronam portaverit.

A.D. 973. Coronation of Eadgar.

Anno Domini DCCCCLXXIII. rex Anglorum Eadgarus Pacificus, [2]anno ætatis suæ trigesimo, die Pentecostes, præsentibus præsulibus Dunstano et Oswaldo, cæterisque totius Angliæ pontificibus ac magnatibus universis, apud Akemanecester, quæ Latine 'Batonia' dicitur, coronam portavit, et ibidem cum gloria et honore regaliter consecratur, datis singnlis donariis consuetis, quæ in regum coronationibus dari magnatibus consuescunt.

Ut rex Eadgarus ab octo subregulis suis fidelitatem accepit.

A.D. 974.

Anno Domini DCCCCLXXIV. [3]Otho secundus Romanum adeptus imperium annis decem imperavit. Eodem anno [4]Domnus papa sedit Romæ anno uno et mensibus sex. [5]Per idem tempus applicuerunt in insulam Tenet mercatores ab Eboraco venientes, qui continuo ab insulanis illis

Acts of Eadgar.

[1] *Osketello.*] So Florence. The Saxon Chronicle places his death in 970.

[2] *Anno ætatis suæ trigesimo.*] The writers of the life of S. Dunstan tell us that Eadgar was not crowned until the seventh year of his reign, because that until that time his penance for an offence upon the person of a nun was not complete.

[3] *Otho secundus.*] He died in December 983.

[4] *Domnus,*] the second: the acts and time of his pontificate are very uncertain; he is supposed to have died at the end of the year.

[5] *Per idem tempus.*] We learn from Huntingdon that in the eleventh year of Eadgar's reign he ordered 'prædari insulam Tenet, quia jura regalia spreverant, non ut hostis insaniens, sed ut rex malo mala puniens.' Scriptt. post Bedam, p. 356.

capti sunt et bonis omnibus spoliati; unde rex Eadgarus ira commotus, in raptores illos ita desævit, quod omnes a rebus habitis spoliavit, nonnullos vero vita privavit. Sub his quoque diebus revelatum est cælitus corpus beatæ Algivæ matris Eadgari regis, in loco, qui Septonia nuncupatur. Eodem anno rex Pacificus Eadgarus, ad urbem Legionum veniens, [1]ab octo subregulis suis, [2]Rinoth scilicet rege Scotorum, Malcolmo Cumbrorum, Macone rege Monæ et plurimarum insularum, Dusual rege Demetiæ, Siferth et Huwal regibus Walliæ, Jacobo rege Galwalliæ, et Jukil Westimeriæ, juramentum fidelitatis. accepit; et in crastino cum illis navem ascendens, subregulis ad remos locatis, ipse gubernaculum arripuit, naviculamque per cursum fluminis perite dirigens, multis admirantibus, simili navigio sequentibus magnatibus universis, a palatio usque ad monasterium sancti Johannis Baptistæ navigavit, ubi, divinis expletis ministeriis, eadem pompa ad palatium remeavit, quod dum intraret, optimatibus dixisse fertur, nunc demum quemque suorum successorum se posse gloriari regem fore Anglorum, cum tot regibus sibi obsequentibus talium pompa potiretur honorum. Eodem anno terræmotus magnus totam Angliam concussit.

De prudentia sive munificentia Eadgari regis.

Anno Domini DCCCCLXXV. rex Eadgarus Pacificus, [3]regni sui prospiciens utilitati pariter et quieti, quatuor millia octingentas sibi robustas congregavit naves; e quibus mille ducentas in plaga Angliæ orientali, mille ducentas in occi- A.D. 975. Acts of Eadgar.

[1] *Ab octo subregulis.*] So Flor. and Simeon; the Sax. Chron. has the number, six, but does not record the names.

[2] *Rinoth;*] evidently an error of the scribe for 'Keneth.'

[3] *Regni sui prospiciens utilitati.*] Compare the following account with Florence, ad an. 975, and Malmsbury, pp. 251, 252.

dentali, mille ducentas in australi, mille ducentas in septentrionali pelago constituit, ut ad defensionem regni sui contra exteras nationes bellorum discrimina sustinerent. Habebat autem præterea omni tempore vitæ suæ consuetudinem per omnes regni provincias transire, ut quomodo legum jura et suorum statuta decretorum a principibus observarentur, et ne pauperes a potentibus præjudicium passi opprimerentur, diligenter investigare solebat, in uno fortitudini, in altero justitiæ studens, et reipublicæ regnique utilitati consulens in utroque; hinc hostibus circumquaque timor, et omnium amor erga eum excreverat subditorum. Deinde per totam Angliam [1]novam fieri præcepit monetam, quia vetus vitio tonsorum adeo erat corrupta, ut vix nummus obolum appenderet in statera. [2]Eodem quoque tempore Alfsius episcopus et comes Eadulfus Kinredum, regem Scotorum, ad regem Eadgarum conduxerunt; quem cum perduxissent ad regem, multa donaria a regia largitate suscepit, inter quæ contulit ei centum uncias auri purissimi, cum multis sericis ornamentis et annulis, cum lapidibus pretiosis; dedit præterea eidem regi terram totam, quæ 'Laudian' patria lingua nuncupatur, hac conditione, ut annis singulis in festivitatibus præcipuis, quando rex et ejus successores diadema portarent, venirent ad curiam, et cum cæteris regni principibus festum cum lætitia celebrarent; dedit insuper ei rex mansiones in itinere plurimas, ut ipse et ejus successores ad festum venientes ac denuo revertentes hospitari

[1] *Novam fieri præcepit monetam.*] Neither this new coinage nor the subsequent grant to Kenneth the third, of Scotland, are noticed by the earlier historians.

[2] *Eodem quoque tempore.*] Upon the visit of Kenneth of Scotland to Eadgar, compare John Wallingford, p. 545, with Tyrrell, Hist. i. pp. xx. cxxxvi.

valuissent, quæ usque in tempora regis Henrici secundi in potestate regum Scotiæ remanserunt.

De morte Eadgari, et successione Eadwardi.

Eodem anno flos et decus regum, gloria et honor Anglorum, rex Pacificus Eadgarus, cujus largitas et magnificentia totam jam Europam repleverat, anno ætatis suæ trigesimo secundo, regni vero sedecimo, [1]ex hac vita transiens pro regno terreno commutavit æternum; cujus corpus Glastoniæ delatum est et ibidem more regio tumulatum. Quo defuncto, ut dictum est, de rege eligendo [2]magna inter regni principes dissensio est exorta; quidam enim filium regis primogenitum Eadwardum, quidam vero fratrem ejus Ethelredum, de secunda uxore generatum, unanimiter elegerunt; quam ob causam duo archipræsules, Dunstanus Cantuariensis et Oswaldus Eboracensis, cum coepiscopis, abbatibus et ducibus in unum convenientes, Eadwardum, ut pater ejus moriens dictaverat, elegerunt, electum consecraverunt, et in regem, quibusdam murmurantibus, inunxerunt; nam noverca ejus [3]Alfdritha filium Ethelredum, vix septennem puerulum, promovere conabatur, ut potius sub ejus nomine regnare videretur. Sicque post decessum regis Pacifici, regni status perturbatus est, et in exsecrationem commutatus; nam principes plurimi et optimates abbates cum monachis de monasteriis, in quibus rex Eadgarus eos locaverat, expulerunt,

Death of Eadgar.

Succession of Eadward.

[1] *Ex hac vita transiens.*] Eadgar died on Thursday, 8th of July 975.

[2] *Magna inter regni principes dissensio.*] In the accounts of the difficulties attendant upon the succession of Eadward the second, all the historians are agreed. The proceedings of the councils of Calne and Winchester are printed by Spelman, pp. 490, 494. Upon the time of their session, see Malmsb. p. 257, *note* [b].

[3] *Alfdritha,*] or Elfrida; on the margin 'Alfrida,' daughter of Count Orgar.

et clericos, ut prius, loco eorum cum uxoribus induxerunt; nam unus eorum, [1]Elferius nomine, omnia pæne monasteria, quæ reverendissimus Ethelwoldus in provincia Merciorum construxerat, magna usus insolentia, subvertit. Sed super his quæstionibus ad beatum Dunstanum delatis, synodum apud Wintoniam congregavit, et in medio partium conflictu disputationis, imago Dominica, quæ altercantibus adstabat in ecclesia, expresse locuta ita allegabat, quod clericos omnes et eorum fautores confusos reddidit et elingues; sed adhuc animis exactorum crudelium non sedatis, alia synodus Calnæ constituitur, ubi cum in cœnaculo, absente rege propter imbecillem ætatem, considentibus totius regni senatoribus, magno conflictu hinc inde allegantium
Miracle. res ageretur, et Dunstanum quasi ecclesiæ murum multorum jacula conviciorum impeterent, nec vincerent, solarium subito totum, in quo considebant, cum axibus dissolvitur et trabibus, omnibusque in terram truculenter elisis, [2]solus Dunstanus stans super unam quæ superstes erat trabem, absque læsione evasit; cæteri omnes partis adversæ vel exanimati sunt, vel languore perpetuo sunt detenti. Hoc miraculum contulit pacem beato Dunstano et monachis ab impetu clericorum et aliorum; gratia hæc, et his similia, operante divina.

Cometa apparuit, et fames secuta est.

A.D. 976. Famine. Anno Domini DCCCCLXXVI. [3]cometa apparuit, et dira fames subsecuta est. Eodem anno [4]Bene-

[1] *Elferius.*] His repentance is noticed below in 978.

[2] *Solus Dunstanus stans.*] Compare the accounts of this miracle, as found in Malmsbury, p. 258, and Osbern's life of Dunstan, p. 112.

[3] *Cometa.*] The comet and famine are found in the Sax. Chron. and Malmsbury.

[4] *Benedictus,*] the seventh; he died, according to Baronius, on the 10th July 983.

dictus sedit in cathedra Romana annis novem et mensibus sex. Eodem anno defuncto Algaro, Cridiensi episcopo, [1]Alwoldus successit.

De benignitate regis Eadwardi.

A.D. 977. Weakness of Eadward's character.

Anno Domini DCCCCLXXVII. Alfdritha, Eadwardi novi regis noverca, filium suum omni nisu in regem promovere studens, Eadwardum verbis adulatoriis circumvenire laboravit. Ille vero paternæ religionis et pietatis vestigia imitatus, [2]regis solummodo sibi nomen retinens, Ethelredo fratri et matri ejus omnia regni negotia ordinare permisit.

De passione sancti Eadwardi, regis et martyris.

A.D. 978. Passion of Eadward, king and martyr.

Anno Domini DCCCCLXXVIII. cum rex Eadwardus [3]die quadam in venatione lassus et siti nimis affectus potum solus quæreret, commilitonibus suis et ministris canes, quocunque casus ducebat, insequentibus, audito quod noverca ejus et frater in villa quadam, quæ [4]'Corvesgate' dicitur, habitarent, concito equitatu illuc pertendit, nihil sinistrum propter innocentiam suspicans, sed aliorum corda ex sui pectoris moderamine ponderabat. At noverca ejus, blandis cum sermonibus venientem alliciens, sibi fecit intendere, et post oscula, sibi porrecto poculo, regem illud avide haurientem per lictoris manus sica transfodit; rex vero, cum se lethaliter vulneratum cognovit, equum calcaribus urgere cœpit, ut rediret ad suos, exundante jugiter cruore, unde suæ

[1] *Alwoldus,*] called by Malmsbury 'Elfwold.' The time of his death is not known.

[2] *Regis solummodo sibi.*] Compare Malmsbury, Hist. p. 258.

[3] *Die quadam in venatione lassus.*] Compare the following account of Eadward's martyrdom with Malmsbury, p. 258, *seq.* and the life in Capgrave, cxv. b. He suffered on the 18th March.

[4] *Corvesgate,*] near Corfe Castle, Dorsetshire.

Death of Eadward.

mortis indicia se quærentibus ministris dedit. Tunc Alfdritha, mulier illa nequissima, ejusque filius Ethelredus, corpus sancti Eadwardi regis et martyris sine honore apud [1]Warham sepeliri jusserunt, publicam lætitiam agentes et festivam, ac si cum corpore pariter et memoriam sepelissent; invidebant enim mortuo ecclesiasticam concedere sepulturam, cui viventi decus regium auferebant. Sed adfuit divinæ miserationis consensus, qui innocenter cæsum miraculorum gratia sublimavit; nam adeo cælestia ibidem visa sunt delapsa fuisse luminaria, ut etiam cum ipsis luminum radiis claudis restituerentur gressus, cœcis visus, loquela mutis, et cujuscumque infirmitatis livore detenti optatæ sanitatis præmia consequuntur. Fit concursus populorum ad martyris sepulturam totius regni, et inter alios ejus interfectrix iter illuc arripuit; jamque equum ascensum cum stimulis urgeret, qui antea ventis promptius auras ipsas præcurreret et dominam ardenter et quasi effrænus portare adsuesceret, tunc Dei nutu stabat immobilis, præcipue cum ministri, hinc verberibus, illinc clamoribus, equum undique stimulis excitarent; inanis labor assumitur, dum, equo mutato, casus idem subsequitur. Tunc Alfdritha, viso Dei miraculo, dire pœnituit, adeo ut multis annis carnem suam in deliciis nutritam apud [2]Warwellam cilicio domaret, solo prostrata somnum caperet et cruciatus, quoscumque potuit, corpori applicavit. Elferius quoque, ille de quo supra meminimus, quod monachorum monasteria destruxisset, de culpa anxie pœnitens, sacrum regis corpus de loco ignobili transferens, [3]apud Septoniam digno honore

[1] *Warham,*] in Dorsetshire.

[2] *Warwellam.*] Wherwell, a Benedictine nunnery dedicated to the Cross and S. Peter, in Hampshire.

[3] *Apud Septoniam,*] at Shaftesbury.

locavit; sed nec sic dignam ultionem effugiens, post annum corpus ejus totum vermibus dicitur esse consumptum. Splendidum quoque beatissimi regis martyrium clare rutilat per infinita sæcula sæculorum. Amen.

De coronatione regis Ethelredi.

Anno Domini DCCCCLXXIX. Ethelredus, frater sancti Eadwardi regis et martyris, et Alfdrithæ filius, juvenis egregius, decorus aspectu, pulcher in vultu, procerus corporis statu, a sanctis præsulibus Dunstano Cantuariensi, Oswaldo Eboracensi, et decem episcopis, die Dominica, [1]octavo kalendas Maii, in Kingstona regni diadema suscepit; [2]in qua coronatione prædixit ei beatus Dunstanus, spiritu prophetiæ plenus, ea quæ de ipso ventura erant, et quod multas tribulationes esset in regno passurus, his verbis; 'Quoniam adspirasti ad regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini, hæc dicit Dominus, 'Non deficiet gladius de domo tua, sæviens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de semine tuo, quousque regnum tuum transferatur in regnum alienum, cujus ritum et linguam gens, cui præsides, non novit, nec expiabitur nisi longa vindicta peccatum tuum, et peccatum matris tuæ, et peccatum virorum illorum, qui interfuere consilio ejus nequam.' Post hanc beati Dunstani viri Dei prophetiam, nubes per totam Angliam nunc sanguinea, nunc ignea, visa est, dehinc in radios diversos, et varios mutata colores, circa auroram disparuit. Eodem anno dux Merciorum Elfe- A.D. 979. Coronation of Aethelred.

[1] *Octavo kalendas Maii.*] According to the Sax. Chron. Aethelred succeeded to the kingdom in 978; Florence says, on the 24th of April in the same year.

[2] *In qua coronatione prædixit.*] Taken from Osbern's life of Dunstan, p. 113.

rius, cum multitudine populi, Warham, ut supra dictum est, venit, et corpus pretiosi regis et martyris Eadwardi de tumulo levari fecit; quod, cum esset nudatum, sanum et incolume ab omni vulneris contagione repertum est, lotumque deinde ac novis vestibus indutum apud Septoniam est [1]honorifice tumulatum.

De Danica persecutione.

A.D. 980. Danes at Southampton.

Anno Domini DCCCCLXXX. [2]Suthamtonia a piratis depopulata, cives ejus fere omnes vel occisi vel captivi sunt abducti; indeque recedentes Tenet insulam devastant, et post urbem Legionum graviter infestant.

De nativitate Eadmundi Irenside.

A.D. 981. Birth of Eadmund Iron-side.

Anno Domini DCCCCLXXXI. rex Ethelredus, [3]cujusdam ducis filiam accipiens uxorem, genuit ex ea filium, quem vocavit Eadmundum. Quo utique anno monasterium sancti Petroci in Cornubia a Danicis devastatur piratis, qui et in Devonia, tunc et Cornubia, frequentes agebant rapinas.

De Danorum persecutione.

A.D. 982. Danes in Portland.

Anno Domini DCCCCLXXXII. tres piratarum naves in provincia Dorsetensium applicantes, Portlandiam totam vastaverunt, et ad naves refugerunt.

---

[1] *Honorifice tumulatum.*] Compare Malmsbury, § 163. The Saxon Chronicle places his removal to Shaftesbury in the following year.

[2] *Suthamtonia a piratis.*] So Florence, who notices also the attack on the coast of Dorsetshire in 982, both of which appear to be comprised by the Sax. Chron. in the intervening year, where it is stated that seven ships arrived at and laid waste Southampton.

[3] *Cujusdam ducis filiam.*] There is some doubt as to who was the mother of Eadmund Iron-side. Malmsbury expressly states that he was not the son of Emma, or Elfgiva, daughter of earl Agilberht, but 'ex quadam alia, quam

De concupiscentia regis Ethelredi.

Anno Domini DCCCCLXXXIII. [1]surrexit inter regem Ethelredum et [2]Roffensem episcopum contentio, sed qua de causa habetur incertum; quocirca rex contra Roffensium civitatem obsidionem componens, eam debellare disposuit; mandavit regi beatus Dunstanus, ut desisteret ab inceptis, ne sanctum Andream, illius civitatis patronum, irritaret, sed nec propter beati viri admonitionem rex discedere voluit, priusquam ab episcopo centum libras accepit. Miratus sanctus Dunstanus regis cupiditatem, hæc per suos verba regi nuntiavit, 'Quia prætulisti argentum Deo, pecuniam apostolo, cupiditatem mihi, velociter venient super te mala, quæ locutus est Dominus, sed hæc, me vivente, non fient.' Jam vero [3]post beati viri obitum, ut ipse prædixerat, Danis omnes portus regni infestantibus, dum nesciretur ubi eis occurri deberet, [4]decretum est a viris prudentibus, [ut] vincerentur argento, qui non poterant ferro. Itaque decem millia librarum soluta Danorum avaritiam expleverunt, ut beati Dunstani vaticinium impleretur.

A.D. 983. Aethelred besieges Rochester.

Danegeld.

---

fama obscura recondit,' whilst Florence declares Elfgiva to have been his mother. The abbot of Rievaulx, however, affirms her to have been the daughter of a noble earl, by name Toret.

[1] *Surrexit inter regem.*] The account following is taken from Malmsbury, § 165; compare Vit. Dunstan. p. 113.

[2] *Roffensem episcopum.*] 'Alfstan,' or 'Athelstan;' Angl. Sacr. i. p. 332.

[3] *Post beati viri obitum.*] Dunstan died on the 19th May 988.

[4] *Decretum est a viris prudentibus.*] Malmsbury, from whose account this passage is taken, (§ 986,) says that it was by the advice of Siricius, or Sigeric, archbishop of Canterbury, that the Danes were bought off, according to the Sax. Chron. with the sum of ten thousand pounds, in an. 991. For an account of this tax, afterwards called 'Danegeld,' see below, ad an. 1002, *note*.

Sanctus Oswaldus [sc. Ethelwoldus], Wintoniensis episcopus, migravit ad Dominum.

A.D. 984. Anno Domini DCCCCLXXXIV. [1]Johannes sedit in cathedra Romana mensibus novem, cui succedens alius Johannes sedit novem annis. Quo Otho III. emperor. etiam anno [2]Otho tertius Romanum adeptus imperium annis decem et novem imperavit. Eodem anno sanctus Oswaldus [sc. [3]Ethelwoldus], Wintoniensis episcopus, migravit ad Dominum, cui [4]Elfegus, abbas Bathoniensis, vir literatus et moribus ornatus, successit.

A.D. 985. Anno Domini DCCCCLXXXV., defuncto Kinewaldo, Wellensi episcopo, [5]Sigarus abbas reverendissimus successit; quo etiam anno dux Merciorum Alfricus, Alferi ducis filius, [6]a regno expellitur.

De tributo Danis soluto.

A.D. 986. Anno Domini DCCCCLXXXVI. rex Anglorum Ethelredus, qui, prohibente sancto Dunstano, centum libras ab episcopo Roffensi extorserat, pro Danegeld. pace brevissima [7]pensionem sedecim millium librarum persolvere compulsus est.

---

[1] *Johannes,*] the fourteenth; he died in prison, in 984, when Benedict the seventh again occupied the see about seven months, and died in March 985; after him John the fifteenth was elected, but died before consecration. To him succeeded John the sixteenth, who died in 996, at the beginning of the eleventh year of his pontificate.

[2] *Otho tertius.*] He died in January 1002.

[3] *Ethelwoldus.*] He died on the 1st of August in this year; see his life by Wulstan, Act. SS. Benedict. sec. v. p. 622.

[4] *Elfegus.*] He was translated to Canterbury in 1006, and suffered martyrdom at the hands of the Danes in 1013. See his life by Osbern, Angl. Sacr. ii. p. 122.

[5] *Sigarus.*] His death is recorded below in 997.

[6] *A regno expellitur,*] in the following year, according to Flor. The Sax. Chron. agrees with the text.

[7] *Pensionem sedecim millium.*] Other historians are silent respecting the immediate payment of this fine. Compare below, ad an. 994.

De afflictione gentis Anglorum.

Anno Domini DCCCCLXXXVII. duæ pestes Anglorum gentem, febres scilicet hominum et mortalitas animalium, afflixerunt, et clade pervalida tam populum afficiendo quam jumenta consumendo, per omnes fines regni graviter contriverunt. A.D. 987. Mortality in England.

De morte sancti Dunstani, Cantuariensis archiepiscopi.

Anno Domini DCCCCLXXXVIII. beatissimus confessor Domini et archipræsul, Dunstanus, laudabilis vitæ cursum felici exitu terminavit quartodecimo kalendas Junii, sabbato;[1] cujus miraculorum gloria in utero matris suæ exordium habuisse legitur. [2]Denique sanctitatem ejus futuram rerum auctor Deus jucundo prodigio præveniens, matri Dunstanum in utero gestanti filium nondum natum, quid esset futurus, ostendit; nam in die purificationis beatæ virginis Mariæ, dum esset in ecclesia, præsenti tumultu civitatis cum candelis accensis, presbytero ad officium altaris solemniter sacris ornamentis adornato, omnium repente luminaria seu casus, sive Dei nutus, exstinxit; omnibus igitur stupefactis, matris Dunstani cereus subito lumen accepit cæterisque, lumine communicato, hilaritatem restituit. Ejus processu temporis, cithara paxillo suspensa, sine humano tactu, 'Gaudent in cælis,' antiphonæ melodiam suaviter resonabat. Ille quoque quascunque diaboli fraudes divino spiritu prævidens, diabolum in specie pulcherrimæ mulieris ad se A.D. 988. Death of S. Dunstan.

[1] *Cujus miraculorum.*] Compare Osbern's life, Angl. Sacr. ii. p. 90.

[2] *Denique sanctitatem.*] In the text this passage is very corrupt; it reads as follows; 'Denique sanctitatis ejus futuræ rerum auctor Deus, jocundo prodigio præveniens, matri Dunstanum in utero gestanti filii nati, quid esset futurus, ostendit.'

S. Dunstan. venientem et in spiritu fornicationis illum tentare volentem, ignitis forcipibus per nasum arripuit, [et] tamdiu tenuit, donec in diversas et terribiles valde transmutatus formas, quod diabolus esset, evidenter ostendit; qui tandem dimissus aerem corrumpendo turbavit, quod adsistentibus fœda vestigia discedens reliquit. Defuncto igitur beatissimo patre Dunstano, successit ei [1]Ethelgarus, qui primus in novo monasterio abbas a beato Ethelwoldo Wintoniensis creatus, postea apud Selesiam pontificatus honorem suscepit, cui ad Selesiensem ecclesiam Ordbrihtus[2] successit.

De Alfrico, Cantuariensi archiepiscopo.

A.D. 989. Aelfric archbishop of Canterbury. Anno Domini DCCCCLXXXIX. defuncto Ethelgaro, Cantuariensi archiepiscopo, successit ei Alfricus,[3] qui prius abbas Abendonensis erat; de quo quod dicunt quidam, ipsum apud Cantuariam perturbatis clericis monachos posuisse, verisimile non videtur; constat enim monachos in ecclesia sancti Salvatoris fuisse a tempore Laurentii archiepiscopi, qui primus beato Augustino successit.

De discordia mota inter regem Ethelredum et Ricardum ducem Normannorum.

A.D. 990. Anno Domini DCCCCXC. [4]Mildredo, Lindisfarnensi antistite, ex hac luce subtracto, [5]Aldhunus ei successit. Per idem tempus, Alfrico, Cantua-

[1] *Ethelgarus.*] He occupied the see one year and three months; Sax. Chron. etc.

[2] *Ordbrihtus,*] called by Malmsbury 'Ordbrich.' The time of his death is uncertain.

[3] *Alfricus.*] His death is recorded in the following year; but it seems more probable that Siricius first held the see for five years, when Aelfric succeeded, until his death in 1005; Sax. Chron. Compare Wharton, Angl. Sacr. i. p. 103.

[4] *Mildredo,*] called above, ad an. 968, 'Alfsius.'

[5] *Aldhunus,*] or Aldwinus; he died at the end of the year 1018.

riensi archiepiscopo, [1]Siricius successit, qui Wiltonensis præsul antea erat. Eodem tempore suborta[2] est discordia inter regem Anglorum Ethelredum et Ricardum ducem Normannorum, hac de causa; Habuit rex Ethelredus Emmam, filiam prædicti ducis, sibi matrimonio copulatam, quæ regi duos filios [3]Alfredum genuerat et Eadwardum. Huic uxori suæ rex adeo protervus erat, ut vix eam in cubiculo admittere dignaretur, illa autem alti sanguinis progenie ducens originem in maritum tumebat, famamque viri sui apud patrem suum non mediocriter denigrabat; unde idem dux quoscumque homines, clericos sive laicos, de regno Anglorum, qui per terram suam transitum faciebant, capiens, quosdam interfecit et nonnullos sub carcerali custodia deputavit. Hoc quoque dissidium cum a papa Johanne fuisset compertum, misit in Angliam Leonem, Treverensem episcopum, qui [4]pacem firmam inter eos reformavit et potentes jam dictos ad unitatem reduxit.

Quarrel with Richard duke of Normandy.

De tributo Danis soluto.

Anno Domini DCCCCXCI. Dani [5]Gipeswicum deprædantes, ducem orientalium Saxonum Brithnothum apud Meldonam interemerunt; quo audito, datum est eis tributum, decem millia librarum, per consilium Siricii, Dorobernensis archiepiscopi, et aliorum nobilium regni, ut a crebris

A.D. 991. Danegeld.

[1] *Siricius,*] called also 'Sigericus' and 'Siricus;' Sax. Chron. His death is fixed by the Obit. Cantuar. on the 28th October.

[2] *Suborta est discordia.*] Compare with Malmsbury, pp. 268, *seqq.*

[3] *Alfredum,*] afterwards treacherously slain by earl Godwin. See William of Jumiéges, p. 631.

[4] *Pacem firmam inter eos reformavit.*] An account of his mission, and the letter of the pope which he took with him, are given by Malmsbury, § 166.

[5] *Gipeswicum,*] now Ipswich. The same events are found in Flor. and the Sax. Chron. in this year. See above, p. 423, *note* [4].

rapinis, cremationibus et hominum cædibus, quæ circa maritima agebant, cessarent.

Sanctus Oswaldus archiepiscopus obiit.

A.D. 992. S. Oswald. Anno Domini DCCCCXCII. sanctus Oswaldus, Eboracensis archiepiscopus, pridie kalendas Martii ex hac vita transiens, regni cælestis gaudia conscendit, et Wigorniæ in ecclesia beatæ virginis Mariæ, quam ipse fundaverat, sepultus, Medeshamensem abbatem, [1]Aldulphum, habuit successorem. [2]Eodem anno, ex præcepto regis Ethelredi, naves multæ militibus electis munitæ, Alfricum, [3]Theodredum, Elstanum et Escwinum duces illis præficiens, præcepit ut irruptionibus resistere laborarent, verum dux Alfricus nuntium ad hostes mittens, rogavit ut ab insidiis sibi paratis præcaverent; sed cum tandem inter partes adversas navale prælium debuit committi, ipse dux proditor Alfricus [4]clam omnibus ad Danicam profugit classem, sed, instante necessitate, fœdam cum eis iniit fugam. Quos fugientes regis satellites insecuti, unam navem ex Danica classe ceperunt et, omni in ea multitudine cæsa, spoliaverunt; sed aliis Danorum piratis fugientibus naves Londonienses occurrerunt et, commisso cum eis prælio, multa Danorum millia peremerunt. Insuper et Alfrici ducis navem cum militibus et armis, ipso vix elapso, ceperunt.

De Danorum persecutione.

A.D. 993. Anno Domini DCCCCXCIII. [5]prædictus pagano-

[1] *Aldulphum.*] He died on the 6th May 1002. He is called in the Sax. Chron. abbot of Bunch, or Peterborough.

[2] *Eodem anno, ex præcepto.*] The same account occurs in the Sax. Chron. and Florence.

[3] *Theodredum.*] 'Thoredum,' Flor.; 'Thorode,' Sax. Chron.

[4] *Clam omnibus ad Danicam profugit,*] on the night before the battle; Flor., Sax. Chron.

[5] *Prædictus paganorum.*] The events of this year in the text

rum acervus Bananburgam fregit et spoliavit, Victory of the Danes. Northanhumbriam et Lindeseiam devastavit; contra quos cum provinciales prælium essent commissuri, duces exercitus Frane et Frithegistus, simul et Godwinus, quia ex Danica progenie nati fuerunt, suis insidias parantes, auctores fugæ primitus exstiterunt. Hoc quoque anno, jussu regis Ethelredi, Algarus, prædicti Alfrici proditoris filius, [1]luminibus est privatus.

De gravi tributo Danis soluto.

Anno Domini DCCCCXCIV. [2]Suanus rex Dano- A.D. 994. Invasion of Sweyn and Anlaf. rum et Anlafus rex Norwegensium, in die nativitatis beatæ Mariæ, cum cogonibus nonaginta quatuor Londonias advehuntur, quam mox acriter invadentes, eam subjugare disponunt; sed a civibus cum magno suorum detrimento repulsi, ad East-sexiæ, Cantiæ, Suth-sexiæ, Suthamtoniæ provincias furorem suum convertentes, eas spoliaverunt, et cæsis populis graviter contriverunt. Tunc rex Ethelredus, consilio suorum, dedit eis pensionem de tota Anglia collectam sedecim [millium] librarum, ut a rapinis et cædibus hominum innocentium cessarent; tunc rex Ethelredus Elfegum, Wintoniensem episcopum, et ducem Athelwoldum ad regem Anlafum destinavit, quem [3]ad villam regiam, ubi rex Ethelredus tunc erat, pacifice perducentes, et ad ejus petitionem sacro fonte intingentes, ab episcopo confirmari fecerunt, quem rex in filium adoptionis suscipiens, regiis eum muneribus honoravit, et deinde

---

agree with the record of the Sax. Chron. and Flor.

[1] *Luminibus est privatus,*] on account of his father's treachery; Malmsb. p. 264.

[2] *Suanus rex.*] All the writers agree in the time of Sweyn's first invasion.

[3] *Ad villam regiam.*] Andeferean, now Andover; Sax. Chron. Flor.

æstate superveniente ad suam patriam pacifice remeavit.

Corpus sancti pontificis Cuthberti in Dunelmum translatum est.

A.D. 995. Translation of S. Cuthbert.

Anno Domini DCCCCXCV. corpus sancti Cuthberti pontificis, sicut oraculo cælesti fuerat præostensum, [1]in Dunelmum translatum est, ubi et sedes episcopalis est deinceps constituta; tempore enim, quo Lindisfarnensis ecclesia ab Hinguare et Hubba devastata est, Eardulphus, tunc illius ecclesiæ antistes, cum rebus quæ in ecclesia erant, corpus etiam beati Cuthberti incorruptum tollens, per aliquot annos in sedibus vagabatur incertis, donec in loco, qui Cunegecester dicitur, episcopalis fuerat cathedra collocata. Acta autem sunt hæc tempore magni regis Alfredi, ut superius est stilo exaratum.

Ricardus dux Normannorum obiit.

A.D. 996. Death of Richard of Normandy.

Anno Domini DCCCCXCVI. [2]Gregorius sedit in cathedra Romana annis duobus. Eodem anno dux Normannorum [3]Ricardus diem clausit supremum, quo apud [4]Fiscannum sepulto, successit filius ejus Ricardus, qui secundus dicebatur.

De misera depopulatione Danorum.

A.D. 997.

Anno Domini DCCCCXCVII. defuncto Sigaro,

---

[1] *In Dunelmum translatum,*] by Aldhun or Aldwine, bishop of Lindisfarne, who had first carried it from Chester to Ripon, from fear of the Danes; see Angl. Sacr. i. p. 701.

[2] *Gregorius,*] the fifth. He was driven from the see by Crescentius, and John the seventeenth, antipope, elected in his room; was restored in 998, and died in the beginning of the following year.

[3] *Ricardus diem clausit,*] on the 20th of November in this year.

[4] *Fiscannum,*] Feschamp, in Normandy.

Wellensi episcopo, [1]Alfwinus successit. [2]Eodem anno septentrionalis Wallia, Dorsetensis, Cornubiensis, Devoniensis, provinciæ, nullo obstante, a Danis igne et ferro cum cædibus hominum et rapinis desolatæ sunt, et cœnobium, quod Tavistoke dicitur, est ignibus devoratum. Devastations of the Danes.

De Gereberto apostata.

Anno Domini DCCCCXCVIII. [3]Johannes sedit in cathedra Romana mensibus decem. Eodem anno successit ei [4]Silvester, qui et Gerebertus, annis quatuor et mense uno. [5]Iste Gerebertus ex Gallia natus apud Floriacum a puero monachus adolevit, qui vel tædio seu cupidine ductus, de nocte fugiens ad Hispaniam, ut astrologiam disceret, convaluit; quo cum pervenisset, junxit se Gerebertus cuidam illius artis perito, qui libros ei astronomicos præbuit ad scribendum. Erat autem inter cæteros codex unus totius artis conscius, quem nullo modo elicere poterat de manibus magistri; ardebat e contra Gerebertus in concupiscentia libri, unde ad preces conversus, ubi nihil profecit, donaria multa offert et plurima pollicetur, sed, omnibus a magistro promissionibus contemptis, Gerebertus nocturnas parat insidias, ut saltem furto codicem surripiat. Itaque magistrum convivantem etiam filia ejus, quam amabat Gerebertus, patrem vino inebriatum lecto componit, volumenque sub cervicali A.D. 998. Gerbert, afterwards Silvester II.

[1] *Alfwinus,*] called also Adelwynus and Elwinus; he died about the year 1000.

[2] *Eodem anno.*] In the same year they also laid waste Wecedport, or Watchet, in Somersetshire, with fire and the sword; Sax. Chron., Flor.

[3] *Johannes,*] the seventeenth, antipope. See above, ad an. 996.

[4] *Silvester,*] the second; he was raised to the papal chair in 999 by the emperor Otho the third, who had been his pupil, and died in May 1003.

[5] *Iste Gerebertus.*] The accounts following are taken from those recorded by Malmsbury, § 167, *seqq.*

History of Gerbert.

stertentis positum Gerebertus arripuit et fugit. Magister somno excussus, indicio stellarum, qua erat arte peritus, insequitur fugientem; Gerebertus quoque ex stellarum inspectione magistrum se insequentem comperiens, sub ponte ligneo, qui prope erat, se abscondit pendulus et pontem amplectens ut nec aquam tangeret neque terram; ita quærentis aviditate frustrata, magister domum et revertitur confusus. Tunc Gerebertus iter expediens venit ad mare, ubi, per incantationes diabolo advocato, homagium ei fecit, ut se a magistro insequente tutum ultra pelagus transportaret, quod factum est; igitur Gerebertus Galliam repatrians publicas ingressus est scholas, ubi multos prædictæ scientiæ habuit discipulos.

His speaking statue.

Fertur[1] de hoc Gereberto, quod fuderit sibi statuæ caput, certa inspectione siderum, cum omnes videlicet planetæ exordia cursus sui meditarentur, et hoc caput non nisi interrogatum loqueretur, sed verum vel negative vel affirmative pronuntiaret; ut verbi gratia, cum diceret Gerebertus, 'Ero apostolicus?' respondit statua, 'Etiam;' 'Moriar antequam missam cantem in Hierusalem?' 'Non.' [2]Hoc illum ambiguo deceptum ferunt, ut nihil ante mortem cogitaret pœnitentiæ, qui confidebat de longo tempore vitæ, nec prævidit, quod est Romæ ecclesia 'Hierusalem' vocata, ubi cantat missam papa, cum prætitulatur statio ad Hierusalem; ubi cum missam cantasset Gerebertus, lecto statim infirmatus decubuit, et statua consulta deceptionem suam et mortem cognovit. Advocatis

[1] *Fertur de hoc.*] Malmsb. Hist. § 172.

[2] *Hoc illum ambiguo.*] Probably the origin of the parallel of Shakspere,

'In that Jerusalem shall Harry die.'

igitur cardinalibus sua diu facinora deploravit, quibus inopinato stupore perculsis nec quicquam loqui valentibus, ille præ dolore hebetata ratione minutatim se dilaniari et membratim foras projici jussit; 'Habeat,' inquit, 'membrorum officium, qui eorum quæsivit homagium, nam animus meus nunquam illud maleficium, immo sacrilegium, adamavit.' History of Gerbert.

De thesauro Octaviani.

In[1] diebus hujus Gereberti fuit prope Romam in campo Martio statua quædam ænea, cujus dextra manus digitum habens extentum, quem indicem dicimus, et scriptum in capite, 'Hoc percute.' Hoc percute, hoc illius temporis homines ita intelligendum putaverunt, quod in statua thesaurum invenirent, multis eam innocentem securium ictibus inaniter laniabant; sed illorum Gerebertus errorem aliter exponens, in meridie sole in centro existente, notavit quo se umbra extenderet et ibi palum fixit. Mox nocte superveniente, solo cubiculario lucernam portante comitatus, eo contendit, ibi terram solitis incantationibus aperiens, latum ingredientibus introitum patefecit, conspexerunt ingens palatium aureos habens parietes, aurea lacunaria, aurea universa, vident milites aureos aureis tesseris, quasi animum oblectantes, regem quoque conspicantur metallicum cum regina discumbentem, apposita fercula, ministros adstantes, pateras multi ponderis et pretii, ubi naturam vincebat opus; in interiori parte domus, lapis carbunculus tenebras noctis fugavit; in contrario angulo stabat puer arcum tenens extento nervo et intenta sagitta, ita quod in omnibus nostrum tentationibus intui-

[1] *In diebus hujus Gereberti.*] Malmsb. Hist. § 170.

History of Gerbert.

tum nihil erat quod impune posset tangi etsi posset videri, continuo enim, ut quis manum ad contingendum aptaret, videbantur omnes imagines illæ prosilire et impetum facere in præsumptorem. Quo timore pressus Gerebertus, a rebus abstinuit concupitis, sed cubicularius cultellum artificiose nimis operatum, quem mensæ vidit superpositum, arripuit, arbitratus in tanta copia parvum latrocinium posse latere; verum mox omnibus imaginibus cum fremitu exsurgentibus, puer emissa sagitta in carbunculum tenebras induxit, et nisi ille monitu domini sui cultellum rejicere accelerasset, graves ambo pœnas pertulissent. Sic, non satiata Gereberti cupidine, reversi sunt confusi, gressus eorum lanterna dirigente.

De Cantiæ depopulatione.

A.D. 999. The Danes in Kent.

Anno Domini DCCCCXCIX. [1] paganorum exercitus nefandus Cantiæ occidentalem plagam ferme totam demoliti sunt, unde ad Roffensium urbem devecti, eam obsidione vallaverunt; contra quos Cantuarienses destinati asperum cum eis conflictum inierunt, sed, hinc inde multis interfectis, Dani tandem victoriam reportarunt; contra quos rex Ethelredus exercitum dirigens, parum vel nihil profecit.

Rex Ethelredus Monæ insulam subjugavit.

A.D. 1000. Aethelred conquers the Isle of Man.

Anno Domini M. classis Danorum præfata Normanniam hostiliter petivit, quo audito, Ethelredus rex Anglorum interim [2] Monæ insulam sibi potenter subjugavit.

---

[1] *Paganorum exercitus.*] Compare the accounts in Sax. Chron. and Florence.

[2] *Monæ insulam.*] It was Aethelred's intention to have subdued Cumberland, but his fleet was prevented by contrary winds. Sax. Chron., Flor.

De persecutione Danica, et inventione sancti Yvonis.

Anno Domini MI. memoratus paganorum exercitus, de Normannia rediens, [1]Exoniensem urbem obsedit, sed, civibus viriliter resistentibus, recesserunt; contra quos Devonienses, Sumersetenses, Dorsetenses congregati, in [2]loco qui 'Penho' dicitur, certamen cum hostibus commiserunt, ubi Dani, multa ex Anglis illata strage, victoriam habuerunt; inde pagani ad Wectam insulam cursum dirigentes, illam totam cum vicinis provinciis, nullo obsistente, rebus omnibus spoliaverunt. Eodem anno inventum est corpus sancti [3]Yvonis, episcopi et confessoris, octavo kalendas Maii. A.D. 1001. The Danes beslege Exeter.

Rex Ethelredus Danis tributum dedit.

Anno Domini MII. rex Ethelredus, consilio primatum suorum, Danis pro bono pacis [4]tributum viginti quatuor millium librarum solvit. Eodem anno Aldulfus, Eboracensis archiepiscopus, sancti Oswaldi archipræsulis reliquias de sepulchro levavit, et septimo kalendas Maii in theca, quam paraverat, honorifice collocavit. Nec[5] multo post idem archiepiscopus, ex hac luce translatus, [6]Wlstanum, Wigorniensem antis- A.D. 1002. Danegeld.

[1] *Exoniensem.*] Exmouth; Sax. Chron., where the account of this year's events is more fully recorded.

[2] *Loco qui Penho;*] probably Pinhoe, in Devonshire, not far from Exeter. Camd. i. p. 164.

[3] *Sancti Yvonis.*] Compare the account by Bromton, col. 883, with the life in Capgrave, cl.

[4] *Tributum.*] These peace-offerings of money to the Danes were the origin of the tax, which was hence called Danegeld, or Hidagium, because for its payment every hide of land was yearly taxed twelve pence. It was discontinued in the reign of Edward the Confessor, but again levied by William I. and II. See Spelman, Gloss. ad *voc.* The massacre of the Danes on St. Brice's day in this year is recorded by Flor. and in the Sax. Chron. Below, p. 444.

[5] *Nec multo post.*] On the 6th of May; Florence.

[6] *Wlstanum.*] His death is re-

titem, habuit successorem, Wlstano ad Wigorniensem ecclesiam successit [1]Leofsius.

Descriptio Eadrici proditoris.

A.D. 1003. Eadric earl of Mercia.

Anno Domini MIII. rex Anglorum Ethelredus ducatum Merciorum [2]Eadrico cuidam proditori, cognomento Streonæ, dedit, cui non nobilitas sed opes regis gratiam emerunt; erat autem iniquus ille fæx hominum, dedecus Anglorum, bilinguis, versutus, secreti disseminator, dissimulare doctus, fingere paratus, sæpe ad hostes missus ut pacis mediator, pugnam accendit; sed de his omnibus infra dicetur.

Dani sine contradictione prædas agunt.

A.D. 1004. Ravages of the Danes.

Anno Domini MIV. [3]Johannes sedit in cathedra Romana annis quinque. Quo utique anno [4]Dani exarserunt crudelitate inaudita Angliam totam sicut locustæ cooperientes, omnia spoliantes, homines neci tradentes, nec fuit inventus quisquam qui hostibus obviaret.

Fames Angliam invasit.

A.D. 1005. Famine in England.

Anno Domini MV. [5]tanta famis miseria Angliam invasit, quantam nullus hominum eam meminit invasisse. Eodem anno [6]Henricus Romanum adeptus imperium imperavit annis viginti duobus.

---

corded below in 1024; by Florence it is placed on the 28th May in the previous year.

[1] *Leofsius.*] He died on the 19th August 1033.

[2] *Eadrico.*] See below, ad an. 1006, and Malmsb. p. 267.

[3] *Johannes,*] the eighteenth. He abdicated the papacy in May 1009, and retired to the abbey of S. Paul in Rome, where he died.

[4] *Dani.*] They landed at Norwich under Sweyn, and were met by Ulfketel, duke of East-anglia. Huntingd., Sax. Chron.

[5] *Tanta famis.*] So Sax. Chron. and Florence.

[6] *Henricus.*] He died in July 1024, having reigned twenty-two years king of Germany, and eleven years as emperor. He was elected king of Germany in 1002.

Nota proditionem in convivio.

Anno Domini MVI. defuncto Siricio Cantuariensi archiepiscopo, Alfegus, Wintoniensis episcopus, successit, et Alfego [1]Elfsius. Eodem anno dux[2] perfidus Eadricus ducem nobilem [3]Ethelstanum apud Scrobesberi ad magnum, quod præparaverat, convivium invitavit, ad quod cum invitatus venisset, quarta convivii die ipsum in silvam venatum duxit, ubi, cunctis circa venationem occupatis, quidam carnifex, nomine Godwinus,[4] quem Eadricus ante donariis corruperat, ex insidiis subito prosiliens, ducem Ethelstanum nefarie nimis peremit. In cujus rei ultionem, [5]duo filii ejus, jussu regis Ethelredi, [6]excœcati sunt. A.D. 1006. Treachery of Eadric.

Rex Ethelredus pecunia pacem obtinuit.

Anno Domini MVII. Suanus, rex Danorum, vir potens et crudelis, cum magna classe venit in Angliam, quem ubique comitabantur prædatio, combustio et occisio; infrenduit Anglia tota, velut arundinetum, Zephyro vibrante, collisum, unde rex Ethelredus confusione magna consternatus, [7]pecunia pacem ad tempus, quam armis non potuit, adquisivit. A.D. 1007. Danegeld.

Ut rex Ethelredus naves fecit fabricari.

Anno Domini MVIII. rex Anglorum Ethelre- A.D. 1008.

[1] *Elfsius,*] called by Florence 'Kenulfus.' According to the same authority, he died in this year.

[2] *Dux perfidus Eadricus.*] Compare Florence, ad an. 1006, with Malmsbury, p. 267.

[3] *Ethelstanum,*] 'Alfhelmum,' Flor.

[4] *Godwinus,*] 'Godwinus Porthund,' Flor.

[5] *Duo filii ejus.*] 'Wulfeagus et Wegeatus,' Flor.

[6] *Excœcati sunt.*] The Danes in this year also ravaged Hampshire and Berkshire, as far as Reading and Wallingford; Sax. Chron., Flor.

[7] *Pecunia pacem.*] Thirty thousand pounds were paid them in this year. Sax. Chron., Huntingd.

Aethelred builds ships.

dus per totam Angliam [1]jussit parari ex trecentis et decem hidis navem unam, et ex hidis octo galeam unam et loricam. Eodem tempore frater perfidi ducis Eadrici Brithricus, homo lubricus et superbus, [2]Wlnothum regis ministrum injuste accusavit, qui, ne caperetur, fugam iniit, et, viginti navibus adquisitis, piraticam vitam egit regemque se insequentem multo tempore vexavit.

Sergius papa creatur.

A.D. 1009. Sergius IV. pope.

Anno Domini MIX. [3]Sergius sedit in cathedra Romana annis duobus et mensibus novem. Eodem anno defuncto Brithrico, Scireburnensi pontifice, [4]Elmarus successit.

De victoria proditione obtenta.

A.D. 1010. The Danes at Ipswich.

Anno Domini MX. [5]novus Danorum exercitus apud Gipeswicum veniens in die Dominicæ ascensionis, prædis ibidem vacabat et rapinis. Congregati sunt contra eum ad pugnam dux Ethelstanus, sororius regis, Oswini et Eadwi et Wlferus consules, et multi cum eis bellatores; sed, Anglis fugam non meditantibus, [6]Turketillus patre Danus fugam primus incepit, unde Dani victoriam adepti East-angliam et Grantebrige cum ipsis paludibus pervagantes, rapinis quæque sibi obvia et incendiis devastabant; deinde versus occidentem divertentes, provincias Huntendu-

---

[1] *Jussit parari.*] So the Sax. Chron., Huntingd. and Flor.

[2] *Wlnothum.*] He was the father of earl Godwin; Sax. Chron. ad an. 1009, where it is stated that the accusation of Wulfurth took place in this year, or a little before.

[3] *Sergius,*] the fourth. He died in 1012, about the middle of the year, before the 6th July; Mansi.

[4] *Elmarus.*] Of the time of his death nothing is known.

[5] *Novus Danorum exercitus.*] The events of this year are told more at length by Flor., Huntingd. and in the Sax. Chron.

[6] *Turketillus,*] 'cognomento Myranheafod,' Flor.; 'id est, caput formicæ,' Huntingd.

nensem, Bedefordensem, Bukingehamensem, Oxoniensem depopulatione misera contriverunt.

De passione sancti Alfegi, archiepiscopi et martyris.

Anno Domini MXI. cum jam dicti iniquitatis ministri præscriptam depopulationem complevissent, [1]Cantuariam obsidione vallaverunt; vicesimo autem obsidionis die, per insidias Almari, ejusdem provinciæ archidiaconi, quem archiepiscopus Alfegus prius, ne morti traderetur, eripuerat, pars civitatis incenditur, deinde tota capitur, homines jugulantur, alii flammis devorantur, alii de muris præcipites dantur, plures per verenda suspensi deficiunt, parvuli a maternis uberibus avulsi, aut lanceis in altum projecti excipiuntur, aut minute in frusta conciduntur, matronæ per plateas cruribus distractæ, demum ignibus injectæ, moriuntur. Inter hæc Alfegus civitatis archiepiscopus capitur, vincitur, trahitur, et variis suppliciis cruciatur; Almarus, abbas sancti Augustini, abire permittitur. Godwinus, Roffensis episcopus, [2]et Leofrona sanctæ Mildredæ abbatissa, cum monachis utriusque sexus turba innumera capiuntur; exinde ecclesia Christi spoliata comburitur, grex monachorum, turba virorum et mulierum necnon parvulorum decimatur, novem trucidantur, vitæ decimus reservatur, quatuor monachis et viris octingentis decimatorum summa completur. Populo itaque cæso, urbe spoliata et tota concremata, archipræsul Alfegus vinctus extrahitur, impellitur,

A.D. 1011. They besiege Canterbury.

[1] *Cantuariam obsidione vallaverunt.*] Florence, from whom the account following appears to have been taken, says that Canterbury was besieged between the feasts of the Nativity of the Virgin and S. Michael, Sept. 8 and 29.

[2] *Et Leofrona;*] Florence also adds, 'Alfredus, regis præpositus.'

Passion of S. Aelfeah.

sauciatur, ad classem perducitur, in carcerem retruditur, et per menses septem ibi torquetur, ut se ad redimendum lacessitus injuriis cogeretur; sed inter hæc omnia, in populum infidelem ira divinæ clementiæ ita desævit, ut ex eis ad duo millia per interaneorum dirissimos cruciatus prostraret; sed cum nec sic proditores nefandi ad pœnitentiam fuissent provocati, Danus quidam, Thrum nomine, cum videret sanctum archiepiscopum tantis affligi tormentis et quasi mori non posse, impia pietate commotus, securim capiti ejus infixit, et ab archiepiscopo constanter Christum confitente martyrem gloriosum efficiens, animam exultantem ad cælos transmisit. [1]In loco quoque passionis, lignum aridum cruore ejus respersum, cum sub unius noctis termino reviruit, et frondes cum foliis emisit, infideles, viso miraculo, perterriti sunt, et corpus sanctissimum certatim deosculantes Londonias illud vehi permittunt, ubi honestæ traditur sepulturæ. Deinde, decurso decem annorum spatio, idem corpus ab omni corruptionis labe immune levatum Cantuariam defertur decentius collocandum, ubi usque in præsens tempus recens durat sanguis, et corporis integritas illibata.

Danegeld.

Post hæc, invalescente per totam Angliam generali persecutionis rabie, perfidus [2]dux Eadricus, et omnes cujuscunque ordinis et dignitatis primates, ante Paschalem solennitatem apud urbem Londoniarum congregati, tamdiu ibidem cum rege moram fecerunt, quousque Danis tributum [3]quadraginta octo millium librarum eo

[1] *In loco quoque.*] The following miracle is from the life of S. Aelfeah by Osbern, p. 141.

[2] *Dux Eadricus, et omnes.*] In the year following, according to the Sax. Chron. and Florence.

[3] *Quadraginta octo.*] So also Florence. The Sax. Chron. and Huntingdon say, only eight thousand.

pacto persolvissent, ut Dani omnes qui in regno erant pacificam haberent cum Anglis ubique cohabitationem, et esset utriusque populi quasi cor unum et anima una. Hac quoque conventione utrobique obsidibus confirmata et juramentis, rex Danorum Suanus reversus est in terram suam, et sic rabies persecutionis aliquandiu respiravit.

De chorea quadam nefanda per inobedientiam facta.

Anno Domini MXII. [1] cum in villa quadam Saxoniæ nomine Colewic, in qua est ecclesia Magni martyris, in vigilia Dominicæ nativitatis parochia convenisset, ut obsequiis interesset divinis, presbyter, nomine Robertus, de more primam missam solenniter inchoavit; et ecce quindecim viri cum tribus fœminis in cœmiterio choreas ducentes, et seculares cantilenas perstrepentes, presbyterum adeo impediebant, ut ipse cantantium tumultus inter sacrosancta missarum solemnia altius resonaret. Denique cum a Roberto presbytero mandatum haberent ut tacerent, et ipsi silere contempsissent, imprecatus est presbyter, iratus dicens, 'Placeat, inquam, Deo et sancto Magno, ut ita cantantes permaneatis usque ad annum evolutum.' Quid ergo? Verba sacerdotis pondus adeo habuerunt, ut Johannes, ejusdem presbyteri filius, sororem suam cum aliis cantantem per brachium arripiens, ut eam abstraheret, cum recedere non potuit, brachium a corpore evulsit, sed inde gutta sanguinis non exivit, ipsa itaque per totum annum cum cæteris permansit, et choreas ducens cantavit; pluvia super illos non cecidit, non frigus, non calor, non fames, non sitis, nec lassitudo illos affecit, indumenta

A.D. 1012. Legend.

[1] *Cum in villa quadam.*] Compare the account following with Malmsbury, § 174, and Bromton, col. 891.

eorum vel calceamenta non sunt attrita, sed quasi vecordes jugiter cantaverunt, prius ad genua, ac demum usque ad femora, in terram dimersi fuerunt; fabrica quasi tecti domicilii aliquando erigebatur, nutu Dei, super eos ut pluvias arceret. Tandem, evoluto anno, [1] Herebertus, Coloniensis archiepiscopus, a nodo, quo manus eorum ligabantur, eos absolvit et ante altare sancti martyris Magni reconciliavit. Filia presbyteri, cum aliis duobus, continuo spiritum exhalavit, cæteri tribus diebus et noctibus dormierunt, aliqui postea obierunt et miraculis claruerunt, quidam vero pœnam suam, membrorum suorum tremore, prodiderunt. Legant hoc illi, qui per votum ad obedientiam sunt connexi, ut quantum sit inobedientiæ [peccatum] cognoscant.

Item aliud exemplum inobedientiæ.

Legend. Imperator[2] Henricus, Dominica, quæ Quinquagesima dicitur, venatum pergens, ad oram silvæ cujusdam solus, dispersis sociis, devenit; juxta quam silvam ecclesiam contemplatus, eo contendit, militemque se esse mentiens, missam simpliciter a presbytero rogavit. Erat autem presbyter ille præclarus religione, sed adeo deformis corpore, ut monstrum potius quam homo videretur; quem cum imperator diligenter inspexisset, cœpit vehementer admirari quare Deus, a quo formosa cuncta procedunt, sineret conficere sua sacramenta hominem tam deformem; sed mox cum, missa inchoata, adversum illum tractus perventum fuisset, quod a puero cantabatur, 'Scitote quoniam Dominus ipse est Deus,' sacer-

[1] *Herebertus, Coloniensis.*] He died in 1021, and was canonized. His life is printed in the Act. SS. March, ii. p. 464.

[2] *Imperator Henricus.*] The legend following is also from Malmsbury, § 175.

dos puerum increpans, quod negligenter cantaret, Legend. excelsa voce dixit, ‘ Ipse fecit nos et non ipsi nos,’ quo dicto repercussus imperator et presbyterum prophetam esse existimans, illum, multum renitentem, in Coloniensem archiepiscopum sublimavit, qui susceptum archiepiscopatum religione simul et dignis sedem moribus exornavit. Nam in monasterio sanctimonialium urbis illius erat puella quædam, parentum studio potius quam propria devotione conversa, quæ gestu seculari et alloquio fallaci amatores ad se plurimos invitabat, quorum unus, quem opum congeries et alta progenies ad libidinem accenderant, puellam abductam loco justæ conjugis tenuit et amavit. Præteriit multum temporis, sed tandem res gesta Hereberto archiepiscopo nuntiatur, sed cum de mandato ejus ovis ovili restituta fuisset, non multo post in absentia archiepiscopi de monasterio abripitur a juvene supradicto ; tunc in illum excommunicationis sententia promulgatur, ita ut nullus concivium suorum cum eo loqui, vel cum eo audeat convivari. Quam juvenis sententiam parvi pendens, ad prædia sua remotiora divertit, ubi cum excommunicata sua vitam flagitiosam protraxit ; sed cum Deus tandem archiepiscopum ad se vocare dignatus est, et gravi dolore detentus lecto decumberet, convenerunt undique compatriotæ, ut extrema beati viri benedictione fruerentur ; solus ille libidinosus venire contemnens subornavit alios, qui pro se loquerentur, ut mereretur absolvi. Sed cum nomen juvenis archiepiscopus audivit, ingemuit, et hæc verba subjecit, ‘ Si miser ille maledictam mulierem deseruerit, sit absolutus, et si obstinatus perstiterit, sit anno sequenti, hac eadem die et hora, qua ego decedam, ante Deum paratus de commissis

reddere rationem; videbitis autem me, quando signum ad sextam horam pulsaverit,de corpore commigrare.' Nec fides defuit verbis viri Dei, et ille hora, qua prædixerat, defunctus est, et miser juvenis ille, anno revoluto, eadem die et hora cum amica percussus fulmine exspiravit. Eodem anno papa [1]Benedictus Romanam adeptus cathedram annis duodecim eam rexit.

De subito Danorum interitu per totam Angliam.

Massacre of the Danes.

Hoc[2] denique anno, Huna quidam, regis Ethelredi militiæ princeps, vir strenuus et bellicosus, videns Danorum insolentiam, qui jam post pacem factam per totam Angliam adeo invaluerant, quod uxores virorum nobilium regni et filias violenter opprimere et ubique ludibrio tradere præsumpserunt, accessit perturbatus ad regem et querelam super his coram eo disposuit luctuosam. Tunc rex, nón mediocriter commotus, per ejusdem Hunæ consilium misit literas in omnes regni fines, mandans nationibus universis, quatenus sub una die, in festo videlicet sancti Bricii episcopi, omnes Dani per Angliam constituti, subito impetu facto, morti traderentur, ita ut nullo superstite simul ac semel omne genus Anglorum ab oppressione Danica liberaretur in ævum. Sicque Dani, qui paulo ante cum Anglis, addito juramento, fuerant confœderati ut pacifice cum illis habitarent, opprobriose nimis sunt peremptí et mulieres cum parvulis ad postes domorum allisæ animas miserabiliter effuderunt.

---

[1] *Benedictus,*] the eighth. He died in July 1024.

[2] *Hoc denique anno.*] The massacre of the Danes on S. Brice's day (13th Nov.) took place in the year 1002, as recorded in the Sax. Chron. and by other historians. It is inserted here, probably, as being the occasion of the ravages made by Sweyn and the Danes in 1013. Compare with this account John Wallingford, edit. Gale, p. 547, and Carte, Hist. i. p. 336.

Cum ergo hujus decreti sententia apud urbem Londoniarum absque pietate exsequeretur, fugerunt multi Danorum ad ecclesiam quandam in civitate, ubi omnes ipsis adstantes altaribus sunt perempti; sed juvenes quidam ex natione Danica, ad navem quandam fugientes, Daniam petierunt, et regi Suano cruenta suæ gentis exitia nuntiantes, ipsum ad lachrymas commoverunt; qui, convocatis cunctis regni principibus, omnem rei gestæ seriem exponens, quid agendum consulerent, diligenter inquirit; qui omnes, quasi uno ore acclamantes, decreverunt propinquorum suorum et amicorum fore sanguinem ulciscendum. Massacre of the Danes.

Auxit autem hujus perturbationis rabiem mors Gunnildis, sororis Suani regis, quæ in hunc modum in Anglia nuper fuerit interfecta; Erat siquidem Gunnildis præfata Palingo comiti Danico, nobili viro, [lege conjugali copulata, quæ prioribus annis, cum viro] Angliam ingressa, fidem Christi ibidem et baptismatis sacramentum susceperat. Hæc virago prudentissima, inter Danos et Anglos pacis mediatrix existens, obsidem sese, cum viro et unico quem habebat filio, Ethelredo regi ad pacis securitatem dedit; hæc cum fuisset a rege Eadrico duci ad custodiendum commissa, post dies paucos in præsentia ejus virum suum cum filio quatuor fecit lanceis idem proditor Eadricus crudeliter jugulare, et illam novissime generosam mulierem decapitari præcepit. Gunnildis vero, forti animo mortis discrimina perferens, moritura non expalluit, nec mortua consumpto sanguine vultus sui serenitatem amisit; veruntamen moriens fiducialiter pronuntiavit, quod sui sanguinis effusio magno toti Angliæ fieret detrimento. His igitur de causis rex Danorum Suanus, vir crudelis, ad sanguinis effusionem pronus, ad vindictam ani-

matus, cunctos suæ potestatis viros bellatores convenire fecit, missisque tum literis suis ad exteras regiones veredariis, milites probos et lucri cupidos, animisque leves, ad hanc expeditionem venire mandavit.

Quod rex Danorum Suanus Angliam subjugavit.

A.D. 1013. Sweyn arrives in England.

Anno Domini MXIII. [1]Suanus, rex Danorum et tyrannus nequissimus, cum classe valida mense Julio mare ingressus, in Anglia ad portum applicuit Sandwicensem; ubi paucis admodum diebus commoratus, East-anglia circumnavigata, Humbri fluminis ostium intravit, de quo Trente flumen ingrediens, ad Geinesburgum vicum navigavit, et ibidem navium suarum stationem composuit; ibi Cnutoni filio suo classe cum armatis non paucis commendata, ipse ad provinciarum depopulationem de navibus exivit. Cui continuo [2]Northanhumbrenses, Lindeseienses, et [3]Fifburgenses primitus subjectionem fecerunt, et mox, cum non haberent defensorem, omnes gentes, qui habitabant a parte aquilonali stratæ publicæ, quæ Watlingstrete dicitur, ad deditionem compulsi, manus dederunt et fidelitatem, datis obsidibus, juraverunt; deinde ad austrum expeditionem di-

His revenge.

rigens, suis omnibus edictum proposuit, ut agros devastarent, villas cremarent, lucos et pomaria succiderent, ecclesias spoliarent, quicquid masculini sexus ad manus veniret jugularent, atque fœminas ad suam explendam libidinem reservarent, sicque ministris ejus ubique ferina rabie debacchantibus, ad Oxoniam tandem pervenit,

---

[1] *Suanus, rex Danorum.*] Compare the campaign of Sweyn in this year with the Sax. Chron., Flor. and Malmsb. § 177.

[2] *Northanhumbrenses.*] They submitted, agreeably to the directions and example of Uhtred, their earl. Malmsb. p. 290.

[3] *Fifburgenses.*] They were the inhabitants of the five towns of Leicester, Stamford, Derby, Nottingham, and Lincoln.

et, civitate levi conatu subjugata, fidelitatem et obsides inde recepit; ac deinde Wintoniam transiens, eam obtinuit, et securitatem a civibus et provincialibus, præstito [juramento], extorsit. Tunc cum gloria magna ad urbem Londoniarum castra dirigens, multis modis eam capere violenter vel dolo studuit obtinere, sed in primo adventu suo multi suorum in Thamesi flumine submersi perierunt, quia, nimia temeritate præventi, nec pontem nec vadum quærere voluerunt. Rex Ethelredus, qui in civitate tunc erat, [1]cum civibus mœnia viriliter defendens, omnem Suano spem obtinendi civitatem ademit; qui festinanter inde recedens, prius apud Walingforde, ac deinde ad Bathoniam, canina rabie sæviendo et obvia sibi quæque conterendo properans, exercitum suum refrigerans ibidem aliquandiu morabatur; ubi comes Devoniensis Almarus, et omnes occidentalis regni potentes, cum regiis ministris, ejus tyrannidem metuentes, venerunt ad eum, et pacem cum datis obsidibus ab eo pepigerunt. Omnibus igitur pro voluntate in regno dispositis, cum neminem sibi resistere cognovisset, regem Angliæ se jussit appellari, cum non esset alius, qui pro jure regni decertaret vel se regem confiteri ausus fuisset.

The country submits to him.

Quod rex Ethelredus in Normanniam transfretavit.

Inter hæc omnia, rex Anglorum Ethelredus jacebat in urbe Londoniarum, inertia torpens, timidus et suspiciosus, atque nulli se committere ausus, [2]de morte fratris sui sancti regis Eadwardi conscientiam habens cauteriatam, metuebat ne

Abdication of Aethelred.

[1] *Cum civibus.*] The safety of London was probably owing in a great measure to the spirit of Thurkil, or Turketel, who was there with Aethelred. Sax. Chron.

[2] *De morte fratris.*] This paragraph appears to be an interpolation by Wendover.

citius divinam sentiat ultionem, exercitum congregare neque contra hostes ducere non audebat, verens ne regni nobiles, quos injuste tractaverat, in prælio illum relinquentes, hostibus traderent ad perdendum; sed rex miser tot perturbationibus confossus, ab urbe Londoniarum clam recessit, et veniens Suthamtoniam, ad Wectam insulam navigavit, et inde reginam suam Emmam in Normanniam ad ducem Ricardum fratrem suum, cum filiis suis Alfredo et Edwardo, et eorum custodibus [1]Halchuno, Dunelmensi episcopo, et abbate de Medmesham Aelfsio dirigens, ab ipso duce cum honore et reverentia sunt recepti; Eadricus quoque, regis Ethelredi consanguineus, cum regina et militibus septies viginti transfretavit, ubi cum ipsa duobus annis residens, ei magnifice ministravit. Sicque mense Augusti illis mare transeuntibus, cum rex Ethelredus audivit eos honorifice receptos, ipse sequenti [2]mense Januario mare transiens infortunium suum duci magnifico revelavit, qui calamitatibus ejus multum compatiens miserias regis ac mœrorem verbis consolatoriis mitigavit.

De morte Suani miserrima et fuga suorum.

A.D. 1014. Death of Sweyn.

Anno Domini MXIV. Suanus, ut prædiximus, tyrannus nequissimus, invasam [3]Angliam urgentibus cædibus et rapinis, substantiam prius provincialium rapiendo, et nobiles postea proscribendo, et sic opes tam privatas quam publicas ad naves cum obsidibus comportabat, quo evi-

[1] *Halchuno, Dunelmensi.*] The better authorities read 'Alfhuno Londoniensi,' who is probably here intended, since Aldwini was bishop of Durham at this time.

[2] *Mense Januario.*] He kept the festival of Christmas-day in the Isle of Wight, 'qua peracta, Northmanniam devehitur.' Flor. Sax. Chron.

[3] *Angliam urgentibus cædibus et rapinis.*] Compare Malmsb. § 179.

denter apparet ipsum naturalem non esse dominum sed tyrannum. Hæsitabat populus quid faceret, quia si bellum quæreret, ductorem non haberet, si subjectionem eligeret, tyrannum rectorem haberet; sed necessitatem patientibus propitia semper divinitas non permisit Angliam diu in tot calamitatibus fluctuare, siquidem idem tyrannus [1]in purificatione beatæ Mariæ, ut quidam scripserunt, incertum quo mortis genere, vitam turpiter terminavit. [2]In libro autem miraculorum sancti regis et martyris Eadmundi scriptum reperitur, quod dum idem Suanus importabile tributum de burgo, ubi corpus dicti martyris requiescit, et terris ejus ubicunque positis exigeret, et ipsum martyrem nil sanctitatis habere affirmaret, ab eodem sagitta sit confossus, atque diro corporis cruciatu [3]tertio nonas Februarii ad tartara transmissus; quo defuncto, omnes Danorum nationes ad Cnutonem filium ejus confugerunt, qui tunc in Lindeseia erat, ubi pater ejus ipsum cum classe et obsidibus dimiserat, et ad eum venientes in regem et dominum elegerunt.

Quod rex Ethelredus in Angliam reversus Cnutonem bello superavit.

His igitur ita gestis, [4]gens Anglorum ad regem Ethelredum in Normanniam nuntios direxerunt, mandantes se nullum plus amare quam ipsum ut dominum suum naturalem, si mitius eos vellet quam prius fecerat tractare; quibus auditis, rex Eadwardum filium suum cum legatis ad eos

Return of Aethelred.

[1] *In purificatione;*] the 2nd of February.

[2] *In libro autem.*] Compare Hermannus de miraculis S. Edmundi, with the accounts by Florence and Simeon.

[3] *Tertio nonas Februarii.*] Candlemas-day; Sax. Chron.

[4] *Gens Anglorum ad regem.*] The account of Aethelred's return is taken chiefly from Florence, ad an. 1014.

dirigens, promisit, quod si in aliquo deliquit, se pro omnium arbitrio correcturum. Ac deinde rex, tempore [1]vernali in Angliam veniens, gratanter receptus, ab omnibus honoratur, atque omnium gratuito consensu, exercitu congregato contra Cnutonem, qui, confœderatis sibi Lindesiensibus, jam castra moverat ad prædandum; sed rex Ethelredus superveniens Cnutonem in fugam compulit, et Lindeseiam totam depopulans quos reperit incolas incunctanter peremit. Cnuto quoque per fugam elapsus cum classe sua ad[2] Sandwici portum, ventis impellentibus, pervenit, ubi in contumeliam gentis Anglorum obsides omnes, qui patri suo dati fuerant, truncatis manibus, auribus naribusque præcisis, abire permisit, et [3]in Daciam profectus numerum armatorum multiplicare curavit. Eodem anno, tertio kalendas Octobris, mare [4]littus proprium egrediens villas per Angliam multas innumeramque populi multitudinem submersit.

De proditione ducis Eadrici.

A.D. 1015. Parliament at Oxford.

Anno Domini MXV. [5]congregatum est apud Oxoniam ingens colloquium Anglorum pariter et Danorum; ubi rex, consilio iniqui ducis Eadrici, multos Danorum nobiles interfici mandavit quasi

---

[1] *Vernali;*] 'quadragesimali,' Flor. Bouquet has the death of Sweyn and return of Aethelred in the following year.

[2] *Ad Sandwici portum.*] 'Sandwich omnium Anglorum portuum famosissimus,' as it is called in the Encomium Emmæ, inter Normann. Scriptt. p. 168.

[3] *In Daciam profectus,*] to take possession of his father's kingdom. The death of Sweyn and succession of Cnut are placed in the Annal. Dan. Pet. Olai in 1020. Dan. Scriptt. Langebek, i. p. 173.

[4] *Littus proprium egrediens.*] In the text, 'littus proprios egressus.'—So Sax. Chron. and Flor. Malmsbury calls it 'fluctus marinus, quem Græci Euripum, nos Ledonem vocamus;' where he is clearly in error, Ledo being the neap, and not the spring tide. See Spelman, Gloss. ad *voc.*

[5] *Congregatum est.*] So Malmsbury and the Sax. Chron. The other events of this year occur in all the historians.

de regia proditione notatos, quorum clientes, dum necem vellent dominorum suorum vindicare, armatorum præsidio repulsi et graviter insecuti turrem ecclesiæ sanctæ virginis Frotheswithæ ingredi sunt compulsi, unde dum ejici nequirent, incendio sunt combusti; sed mox, rege jubente, ecclesia reconciliata est et in pristinum statum redacta. Inter alios quoque nobiles interfecti fuerunt Sigeferth et Mercherus, Northanhumbrorum comites, filii Eargrini, nobilis viri, quos iniquus dux Eadricus ad convivium invitatos et in triclinium suum dolo susceptos necari fecit. Deinde rex Ethelredus Algivam, Sigeferth comitis uxorem, apud Malmesberiam sicut fœminam spectabilis nobilitatis adduci et ibidem custodiri præcepit; quæ cum ibi moraretur, venit filius regis Eadmundus, quem gens Anglorum propter magni roboris corporis simul ac mentis [strenuitatem] 'Ireneside,' id est, latus ferreum, nuncupabant, et contra patris conscientiam illam uxorem duxit, et cum ipsa in Northanhumbriam profectus terram totam duorum comitum prædictorum invasit, atque illorum sibi populum subjugavit. Iste autem [1] Eadmundus non erat ex Emma Normannica generatus, habens matrem quandam ignobilem fœminam; sed Eadmundus matris ignobilitatem mentis nobilitate ac corporis strenuitate redintegrando redemit.

Quod Cnuto Angliam depopulaturus intravit.

Per idem tempus Cnuto, rex Danorum, dispositis in Dacia rebus, et amicitia cum finitimis regibus fœdere firmata, tali studio [2] venit in An- Return of Cnut.

[1] *Eadmundus non erat ex Emma.*] Compare above, p. 422, *note* [3], with Malmsbury, Hist. p. 298.

[2] *Venit in Angliam.*] The Sax. Chron. places the return of Cnut in the following year; Florence agrees with the text.

gliam, ut aut morti succumberet aut Angliam subjugaret. Itaque ad Sandwici portum cum classe valida appulsus, et inde in West-saxoniam profectus, fœdabat omnia cædibus ac rapinis; et quoniam Ethelredus rex apud [1]Cosham tunc ægrotabat, Eadmundus Latus-ferreum filius ejus illi occurrere tentavit; sed cum acies hostiliter convenire debuissent, dux et proditor Eadricus Eadmundo parabat insidias, quibus illum dolo necaret; quo agnito, Eadmundus parvo stipatus agmine de prælio sese subtraxit et hostibus locum ad tempus concessit. Nec multo post dux et proditor Eadricus ad Cnutonem veniens suo se dominio mancipavit, cujus exemplo omnis West-saxonia idem faciens, datis obsidibus, exercitui Danorum equos et arma paravit; Mercii quoque sese ad resistendum offerebant, sed per regis ignaviam negotium belli dilationem accepit. Eodem anno, defuncto Athelwoldo, Wintoniensi episcopo, [2]Alfsius successit.

Quod rex Cnuto et dux Eadricus Angliam deprædati sunt.

A.D. 1016. The Danes ravage Mercia.

Anno Domini MXVI. [3]rex Danorum Cnuto et iniquus dux Eadricus, instante epiphania Domini, cum multo equitatu Merciam hostiliter intraverunt, et multas in ea villas incendentes et spolia rapientes, quoscumque invenerunt homines peremerunt. Et Cnuto inde ad urbem Londoniarum transiens eam obsidione vallavit, quod audiens Clito Eadmundus illuc contendit; sed cum Cnuto urbem quasi inexpugnabilem cogno-

---

[1] *Cosham.*] Corsham, in Wiltshire.

[2] *Alfsius,*] called also Elsinus, and Eadsinus, and Aelfsigus; he died in 1032; Sax. Chron.

[3] *Rex Danorum Cnuto et iniquus dux Eadricus.*] The events of this year to the death of Aethelred are abridged from the fuller account by Florence.

visset, obsidione dimissa, Merciam iterum prædaturus intravit, et inde in Northanhumbriam veniens illam spoliavit, et [1] Uthredum atque Turkillum comites ibidem peremit, et pro Uthredo Egricum[2] comitem constituit; quo facto, Cnuto partes australes petens cum spoliis ad naves rediit et rapinis.

De morte regis Ethelredi et de successione Cnutonis.

Death of Aethelred.

Circa[3] hos denique dies rex Anglorum Ethelredus, post magnos hujus vitæ labores et ærumnas, nono kalendas Maii diem clausit supremum, et in ecclesia sancti Pauli in urbe Londoniarum sepultus est. Quo defuncto, maxima pars regni, tam clericorum quam laicorum, in unum congregata, pari consensu Cnutonem elegerunt, et ad eum venientes pacem cum eo pepigerunt et fidelitatem fecerunt. Soli cives Londonienses et pars nobilium ibidem existentes Eadmundum Latus-ferreum regis filium in regem erexerunt, qui ad culmen sublimatus regiæ dignitatis Westsaxoniam intrepidus adiit et, ab omni populo gratanter susceptus, provinciam illam suæ ditioni subegit; quibus auditis, maxima pars regni sese Eadmundo subjecit. Cnuto quoque ad Dorsetam hostiliter veniens, illam obtinere vacavit; cui Eadmundus hostiliter occurrens, in loco, qui 'Pennum' dicitur, quinto idus Junii cum eo congrediens, ipsum cum suis omnibus devictum in fugam coegit.

Eadmund Iron-side.

---

[1] *Uthredum.*] Malmsbury says that he was slain 'barbarica levitate;' and Florence, by the hand of Thurebrand, a noble Dane.

[2] *Egricum.*] So Florence; 'Yric,' Sax. Chron.

[3] *Circa hos denique dies.*] Upon the time of the death of Aethelred, and the events consequent upon the succession of Eadmund Iron-side, the historians appear to be unanimous.

De secundo et tertio prælio Eadmundi contra Cnutonem.

Second and third battles with Cnut.

Post hanc victoriam rex Eadmundus, media æstate transacta, [1]in provincia Wigorniensi Cnutoni secundo obvians acies ordinavit, optimos quosque prudenter instruxit, omnes hortatur ut meminerint se pro patria et liberis pro conjugibus et hæreditatibus decertare, et, sic bellicis exhortationibus animis omnium ad pugnam accensis, tubicines strepere et paulatim cohortes procedere docebat. Comitantibus tandem aciebus cum clamore maximo lanceis prius et post gladiis rem egerunt; rex autem Eadmundus, in prima acie militans, quæque sibi obvia proterebat, hostes assidue prosternebat, et strenui militis bonique regis officium viriliter exercebat, sed quia dux iniquus Eadricus, Almarus et Algarus comites, qui ei fore præsidio debuerant, cum multis aliis in parte Danorum proditiose propugnabant, pars Eadmundi nimis fuerat infirmata: attamen [2]prima die certaminis, id est septimo kalendas Julii, tam asperum tamque cruentum exstitit bellum, ut uterque exercitus præ lassitudine diutius pugnare non valeret, sed, sole jam occidente, voluntate spontanea sese ab invicem direpserunt. Sed die postera rex Eadmundus Danos omnes protrivisset, si iniqui ducis Eadrici proditio non fuisset, siquidem cum utrinque vehementer pugnaretur, et Anglos fortiores esse conspiceret, cujusdam viri capite amputato et in altum levato, exclamavit dicens,

[1] *In provincia Wigorniensi;*] 'apud Sceorstan,' Flor., Sax. Chron.; 'Seorstanum,' Malmsb.: supposed by Camden to be Sherston, in Wilts, i. p. 195; by others to be Shire-stones, or the boundary stones of the counties of Oxford, Gloucester, Worcester, and Warwick.

[2] *Prima die certaminis.*] 'Lunæ scilicet die,' Flor., who also makes the battle to have lasted two days.

'Vos Angli, amisso capite, frustra pugnatis, præcipites fugite, En regis Eadmundi caput hic teneo in manibus, fugite, fugite quantocius,' quod ut Angli audierunt inconstantiores exstiterunt; sed illico quod rex viveret comperto, animos extulerunt Angli et in Danos acrius insurgebant, multosque ex eis prosternentes et summis viribus decertantes, ad crepusculum usque noctis viriliter perstiterunt, quo superveniente digressi sunt cunei, ut pridie, spontanea voluntate. At, ubi plurimum noctis processisset, Cnuto suos sub silentio abire de loco certaminis præcepit, et versus Londonias iter arripiens urbem iterum obsedit.

De quarto prælio Eadmundi regis.

Mane[1] autem facto, cum rex Eadmundus Danos comperit aufugisse in West-saxoniam, revertitur majorem exercitum collecturus; cujus strenuitatem iniquus dux Eadricus comperiens, venit ad eum fraudulenter ut illum proderet, instinctu Cnutonis, et, pace inter eos confirmata, regi fidelitatem promisit. Itaque rex Eadmundus, vice quarta exercitu congregato, cives Londonienses obsessos liberavit, Danos ad naves fugavit, atque ipsis denuo reversis apud Breinford, quinto loco, cum eis prælium commisit; quibus potenter de campo fugatis, victoriam in hasta sibi et gladio comparavit, ac festivum belli decus obtinuit et triumphum. Cnuto vero ad naves fugiens iterum Cantiam prædaturus exivit, contra quem rex Eadmundus exercitum ducens juxta Ottefort cum hostibus dimicavit; at illi impetum ejus non ferentes, terga dederunt, et in Sepeiam insulam fugam fecerunt.

Fourth battle.

Fifth battle.

[1] *Mane autem facto.*] The acts of the remainder of the year are made up from Florence and Huntingdon.

De sexto prælio regis Eadmundi contra Cnutonem.

Sixth battle. Tunc rex Eadmundus in West-saxiam profectus Cnutonis progressum graviter exploravit; et Cnuto Merciam prædaturus ascendens, inde in homines regionis crudeliter desævit. At rex Eadmundus apud [1]Essendonam hostibus excurrens, triplicibus insidiis acies instruxit, turmas circuivit, monet ut, memores pristinæ virtutis et victoriæ, sese regnumque suum ab avaritia barbarorum defendant, nam cum illis leviter affirmat posse certamen inire, quos antea sæpe vicerunt. Tunc Eadmundus, signo suis dato, subito suos hostes invasit; summis igitur utrinque viribus dimicatur, corruunt ex utraque parte multi, sed Angli tamen martis alea prævalebant. Apparuit autem ibi virtus regis Eadmundi, qui, cum Danos solito acrius pugnare videret, relicto regio loco, qui ex more erat inter draconem et standardum, penetravit acies obstantes, gladio viam aperiens, et ad modum fulminis agmina findens illa sequentibus se conterenda reliquit. Inde in aciem Cnutonis advolans clamorem acierum excitavit horrendum; fit ibi inter partes conflictus gravissimus, sed cum proditor dux Eadricus acies Danorum videret inclinatas, cum cuneo, cui præerat, ad Cnutonem confugit, ut prius fuerat inter eos provisum, unde Dani fortiores effecti dolendam ex Anglis stragem fecerunt. Corruerunt autem ex eis duces nobiles, Alfricus et Godwinus, Usketellus et filius ejus Ethelwoldus, et Dei amicus Ethelwinus, [2]Eadnothus quoque, Dorkacestrensis epi-

[1] *Essendonam ;*] supposed by Camden to have been Ashdown, or, according to Gibson, Assington, in Essex.

[2] *Eadnothus quoque . . . et abbas Wlsius,*] 'qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente convenerant;' Flor.

scopus, et abbas Wlsius, cum tota fere Angliæ nobilitate, qui nunquam antea in uno prælio tantam stragem pertulerunt; Cnuto vero, in sua parte, in eadem die ducùm ac virorum nobilium irreparabile sustinuit detrimentum. Factum est autem hoc exitiale prælium in [1]die sancti Lucæ evangelistæ.

De singulari certamine inter Eadmundum et Cnutonem.

Single combat of Eadmund and Cnut.

Post hoc lamentabile bellum, in quo tot nobiles corruerunt, interjectis paucis diebus, insecutus est rex Eadmundus Cnutonem, in provincia Gloverniensi jam prædas agentem. [2]Convenerunt itaque ad certamen in loco, qui Dierhurste dicebatur, dicti reges, ubi Eadmundus in occidentali parte Sabrinæ fluminis cum suis, et Cnuto cum suis in parte orientali, constituti sese viriliter præparaverunt ad pugnam; et cum acies hinc inde dispositæ essent ad concurrendum, iniquus dux Eadricus, magnatibus convocatis, in hanc vocem prorupit, dicens, 'O insensati nobiles et in armis potentes, cur toties in bello morimur pro regibus nostris, cum ipsi, nobis morientibus, nec regnum obtineant, nec avaritiæ suæ finem imponant; pugnent, consulo, pugnent singulariter, qui singulariter regnare contendunt; quæ est enim ista regnandi libido, quod Anglia modo duobus non sufficit, quæ olim octo regibus satis fuit? Itaque vel soli componant, vel soli pro regno decertent.' Placuit autem omnibus hæc sententia, et, ad reges procerum delato arbitrio, ipsi consentiendo approbabant. Est autem bre-

[1] *Die sancti Lucæ;*] the 18th of October.

[2] *Convenerunt itaque.*] Compare the Sax. Chron. and Florence with Huntingdon. The two former speak of the meeting on the island of Alney; the last mentions only the duel.

Single combat.

vis insula in ipsius fluminis medio sita, quæ Oseneia[1] appellatur, ad quam reges transvecti splendidissimis proteguntur armis, ubi, utroque spectante populo, certamen ineunt singulare. At ubi hastarum robur tam virtute impungentium regum, quam fortissimorum objectu clypeorum deperit, eductis ensibus sese cominus ferientes, acriterque ac diu cum gladiis rem agentes, virtus Eadmundum, fortuna Cnutonem protexit. Circa capita galeata enses tinniunt, quorum collisione scintillæ prorumpunt; ubi vero illud robustissimum pectus Eadmundi ex ipso bellandi motu ira succenditur, et sanguine incalescente factus est robustior, dextram levat, ensem vibrat, et tanta vehementia in caput obstantis ictus ingeminat, ut fulminare potius quam percutere videatur. Sentiens ergo Cnuto sibi vires deficere, seque tales impetus diu sustinere non posse, cogitat de pace juvenem convenire; sed, ut erat astutus, timens ne, si defectus sui juveni innotescerent, pacis verbum non audiret, totum intra se suum recolligens spiritum, mirabili virtute irruit in Eadmundum, et mox se paululum subtrahens, rogat sustinere modicum et sibi præstare auditum. Ille, ut erat suavis anima, demisso in terra clypeo, ad verba Cnutonis intendit, 'Hactenus,' inquit, 'regni tui cupidus fui, virorum fortissime, quem non solum regno Angliæ, sed universo orbi judicio præferendum, nunc cupidior tui sum quam regni; mihi Dacia servit, mihi Norwegia succumbit, mihi rex Suanorum manus dedit, quocirca licet me victorem ubique futurum fortuna promiserit, ita tamen tua me mirabilis probitas illexit ad gratiam, ut supra modum te et amicum cupiam et regnorum habere con-

1 On the marg

sortem exoptem; utinam et tu mei cupidus sis, ut ego tecum in Anglia, et tu in Dacia mecum regnes.' Quid plura? Annuit clementissimus rex Eadmundus, et cedit verbis, qui flecti non potuit armis. Dividitur itaque regnum, Eadmundo dictante, inter duos, ita ut corona totius regni regi remaneat Eadmundo; cedunt ergo in usus ejus totam Angliam ad australem plagam Thamesis fluminis, cum Est-sexia et Est-anglia et civitate Londoniarum, quæ caput est regni; Cnutone etiam aquilonales partes Angliæ obtinente. Depositis igitur hinc inde reges armis splendidissimis, in oscula ruunt, utroque exercitu exultante; deinde in signum pacis vestes mutantes et arma, fit Eadmundus Cnuto et Cnuto Eadmundus. Stetit autem pax firmissima inter eos usque ad diem mortis magnifici regis Eadmundi. Habuit autem rex Eadmundus ex uxore Aldgiva, fœmina generosa, duos filios, [1]Eadwardum et Eadmundum, de quibus infra suo loco dicetur.

De morte regis Eadmundi.

Igitur rex Anglorum Eadmundus dum justis in regno appareret mansuetus et pius, ac injustis terribilis et crudelis, [2]invidit ejus bonitati dux et proditor Eadricus, Merciorum dominus, et qualiter eum perderet infatigabiliter cogitavit. Tandem Eadmundo rege apud Oxoniam pernoctante, dum ad domum secretiorem ad exquisita naturæ diverteret, filius Eadrici memorati, patris

Death of Eadmund Iron-side.

[1] *Eadwardum et Eadmundum.*] They were afterwards sent by Cnut to the king of Sweden, who, refusing to put them to death, sent them to Stephen king of Hungary; see below, ad an. 1017, and Flor.

[2] *Invidit ejus bonitati.*] The death of Eadmund is differently related by the historians: Huntingdon says that he was slain by treachery at Oxford; Florence, that he died at London; and the Sax. Chron. simply records his death on S. Andrew's day. Malmsbury says that the cause of his death was not certainly known.

instinctu, in fovea delitescens secretaria, in [1]nocte sancti Andreæ apostoli, eundem regem cum cultello bis acuto inter celanda percussit, atque, illo letaliter vulnerato, inter viscera fugiens ferrum reliquit. Sepultus est autem apud Glastoniam juxta avum suum Eadgarum, regem pacificum, et planxit eum universa Anglia nimis, quia ipso duce sperabat se posse ab oppressione Danica respirare.

Quod rex Cnuto Angliam totam obtinuit.

A.D. 1017. Cnut his successor.

Anno Domini MXVII. defuncto Anglorum rege Eadmundo, Cnuto rex Danorum Angliæ regnum invadens annis viginti regnavit; qui, primis regni sui diebus, Angliam in quatuor partibus dividens, West-saxoniam sibi retinuit, Merciam Eadrico, Angliam orientalem Turkillo, Hyricio Northanhumbriam delegavit. Audiens autem iniquus dux Eadricus [2]sese a ducatu Merciorum spoliatum, quem multis tenuerat annis, perturbatus est valde, et veniens ad Cnutonem ira commotus improperabat ei aspere nimis beneficia a se collata sibi non pauca, inter quæ duo protulit, unde ipsum ad iram commovit, dicens, 'Eadmundum regem pro te primum deserui, et post illum ob tui fidelitatem exstinxi, et tu me modo a ducatu Merciorum spoliasti.' Quo dicto, Cnutonis facies immutata rubore furorem expressit, et continuo prolata sententia dixit, 'Merito et tu morieris, cum sis læsæ majestatis reus, in me scilicet ac Deum, qui dominum proprium et fratrem mihi occideris fœderatum; sanguis ejus super caput tuum, eo quod in christum Domini extendisti

Death of Eadric.

[1] *Nocte sancti Andreæ;*] the 30th of November.

[2] *Sese a ducatu Merciorum.*] Malmsbury, who relates the anecdote following, professes his ignorance as to the cause of the disagreement, p. 305.

manum;' et mox, ne tumultus fieret in populo, ibidem faucibus suffocatus et in Thamesim flumen per fenestram præcipitatus proditionis suæ subire meruit talionem. De morte quidem hujus proditoris [1]alii aliter scribentes dixerunt, quod dolo ipsius interfecto rege Eadmundo, ille veniens ad Cnutonem salutavit eum, dicens, 'Ave, rex solus.' Cumque ad interrogationem Cnutonis, quare sic eum salutasset, et rem gestam de morte Eadmundi denudasset, respondit ei dicens, 'Ego te hodie, ob tanti meritum obsequii, reddam cunctis regni proceribus celsiorem.' Jussit ergo eum Cnuto excapitari, et caput in stipite fixum super turrem Londoniarum avibus exponi; sed sive sic, sive aliter, vitam finierit proditor ille, non multum ad rem pertinet, quia hoc liquide constat, quod ille, qui multos deceperat, justo Dei judicio damnationem condignam incurrit.

Quod rex Cnuto omnes de regio genere ab Anglia exsulavit.

Banishment of the royal family.

His ita gestis, statuit Cnuto immutabiliter in animo suo, omne genus regium gentis Anglorum perdere vel exsilio perenni deportare, unde ab Eadwino, fratre regis Eadmundi ex matre, initium sumens, lictori cuidam, nomine Ethelwardo, illum tradidit ad necandum; sed vir ille, juvenem diligens, tradidit in quadam abbatia illum abscondendum, et sic ad tempus a mortis discrimine liberavit. Filios quoque regis Eadmundi, Eadwinum[2] et Eadwardum, ad regem Suanorum perimendos direxit; sed, licet ei confœderatus fuisset, mandatis Cnutonis non adquievit, quia

[1] *Alii aliter scribentes.*] Henry of Huntingdon, and Ailred of Rievaulx.

[2] *Eadwinum*;] before called 'Eadmundum,' and rightly.

pueros ad [1]Salomonem, Hungariæ regem, nutriendos et vitæ reservandos transmisit, ubi aliquandiu honorifice conversati, Eadwardus accepit uxorem reginæ Hungariæ sororem, nomine [2]Agatham, ex qua processu temporis duos filios Eadmundum et [3]Eadgarum generavit; genuit etiam ex ea duas filias, [4]Margaretam scilicet et [5]Christianam, de quibus inferius suo loco dicetur. Inter hæc omnia filii regis Ethelredi, quos ex Emma regina susceperat, Alfredus et Eadwardus, audientes sævitiam Cnutonis, tutas [6]latebras in Normannia fecerunt cum avunculo suo duce Ricardo. Alios vero, quoscunque de regio semine audierat generatos, idem Cnuto in exsilium mittens, jus regni Angliæ suis hæredibus reservare curavit. Eodem anno, defuncto Wigorniensi episcopo [7]Wlstano, [8]Leofsius, abbas Thorniensis, episcopatum suscepit.

Quod rex Cnuto Emmam duxit uxorem.

A.D. 1018. Marriage of Cnut.

Anno Domini MXVIII. obiit Algiva, Elfelmi comitis filia et uxor regis Cnutonis, ex qua duos habuit filios, Suanum videlicet et Haroldum, [9]licet

---

[1] *Salomonem.*] This should be 'Stephanum.' Solomon did not ascend the throne until 1064.

[2] *Agatham.*] She was the daughter of the emperor Henry the second.

[3] *Eadgarum.*] Eadgar Aetheling.

[4] *Margaretam,*] married afterwards to Malcolm king of Scotland.

[5] *Christianam,*] a nun.

[6] *Latebras in Normannia.*] Compare Malmsbury, p. 319.

[7] *Wlstano.*] He is supposed to have been the same with the archbishop of York of that name, who died in 1023; if so, Leofsius, also called Leofricus in the Annal. Petroburg., could not have succeeded until then. See Angl. Sacr. i. p. 473.

[8] *Leofsius.*] The name of 'Leofricus, episcopus,' occurs in a grant by Cnut to Canterbury, 1018; the name of Wulstan of York is also found there. Leofsius died in 1033.

[9] *Licet alii dicant.*] The Saxon Chron. ad an. 1036, expresses the same doubt of Harold's parents; Florence and Ralph de Diceto, that Elfgife, unable herself to bear the king a son, passed upon him the son of a cobbler.

alii dicant eos ex fornicatione generatos. [1]Misit ergo Cnuto in Normanniam ad ducem Ricardum, propter Emmam sororem suam et regis Ethelredi relictam; quæ mense Julio in Angliam veniens regi Cnutoni conjuncta est lege maritali; quæ mediatrix inter Cnutonem et gentem Anglorum existens dedit ei consilium, ut classem Danicam et milites stipendiarios remitteret in regionem suam, quibus collatis [2]octoginta duobus millibus argenti libris, ad natale solum remisit eos.

Quod rex Cnuto in Daciam transfretavit.

Anno gratiæ MXIX. rex Anglorum et Danorum Cnuto, in Daciam transiens, hyemavit ibidem. Et eodem anno defuncto Ealmaro, Selesiensi episcopo, [3]Ethelricus successit. A.D. 1019. Cnut winters in Denmark.

De quodam in episcopum jocose promoto.

Anno Domini MXX. rex Anglorum et Danorum Cnuto, dispositis in Dacia rebus, in solennitate paschali in Angliam venit, et apud Orencestriam colloquio congregato, Ethelwardum ducem ab Anglia exsulavit; et eodem anno defuncto Livingo, Cantuariensi archiepiscopo, successit [4]Ethelnothus. Per idem etiam tempus, cum tribus annis vacasset sedes ecclesiæ Dunelmensis post mortem præsulis Aldhuni, facto tandem episcoporum conventu, ut de electione episcopi trac- A.D. 1020. Eadmund bishop of Durham.

[1] *Misit ergo Cnuto in Normanniam.*] According to the Sax. Chron. and Florence this took place before the month of August in the previous year.

[2] *Octoginta duobus millibus.*] The Sax. Chron. records that the Londoners paid 11,000, (according to Flor. 10,500, and Simeon 15,000,) and the rest of England 72,000 pounds.

[3] *Ethelricus.*] He died, as below, in 1038; according to Florence, on the 5th November.

[4] *Ethelnothus.*] He died in 1038, but on what day is uncertain; it has been placed on the 28th, and 29th, and 30th of October, and on the 30th of March.

tarent, supervenit quidam presbyter religiosus, nomine [1]Eadmundus, et joco dixit, 'Quare me episcopum non eligitis?' Cujus jocum non jocose acceperunt episcopi qui aderant, sed illum communiter elegerunt, et, indicto triduano jejunio, voluntatem super hoc sancti Cuthberti episcopi requirebant. Celebrante itaque missam ad caput sancti Cuthberti presbytero, in medio canone quasi de ipsius patris sepulchro emissa vox audita est, quæ tribus vicibus Eadmundum episcopum nominavit.

Quod rex Cnuto apud sanctum Eadmundum monachos esse constituit.

Cnut places monks in Bury S. Edmund's.

Eodem anno rex Anglorum et Danorum Cnuto, [2]constructo regali monasterio cum officinis competentibus in loco, qui 'Baderichusforthe' dicitur, ubi beatus rex et martyr Eadmundus, incorrupto corpore, diem beatæ resurrectionis exspectat, consilio Emmæ reginæ et episcoporum pariter ac baronum regni, monachos in eo vivere constituit, præficiens ei abbatem, [3]nomine Widonem, virum humilem, modestum, mansuetum et pium. Cœnobium autem beati regis et martyris tot prædiis ac bonis aliis ditavit, ut omnibus fere Angliæ monasteriis in rebus temporalibus merito præferatur; presbyteros autem, qui ibidem ordinate vixerant, aut in eodem loco ad culmen religionis provexit, aut rebus illis aliis collatis, unde solito abundantius viverent, ad alia loca migrare fecit. Eodem etiam tempore, loca omnia, in quibus pugnaverat, ecclesiis insignivit, et pres-

---

[1] *Eadmundus.*] The account of the elevation of Eadmund is from Turgotus, who places his death in 1041; Angl. Sacr. i. p. 701.

[2] *Constructo regali monasterio.*] Compare Malmsbury, p. 306.

[3] *Nomine Widonem.*] 'Uvium,' Tho. Ely, Hist. Eli. p. 608.

byteros in eis constituens et ministros, pro ibidem occisorum salute divina celebrare mysteria ordinavit.

Ultio pro nece sancti Elfegi martyris.

A.D. 1021. Death of S. Aelfeah avenged.

Anno gratiæ MXXI. rex Anglorum Cnuto Turkillum[1] et Hyricium, Danos nobiles, nactis occasionibus, exsulavit; qui Daniam, natale solum, petentes, statim ut littus Daniæ attigerunt, Turkillus, qui incentor fuerat necis sancti Elfegi, oppressus est a ducibus regionis. Eodem anno, defuncto Algaro, Helmhamensi episcopo,[2] Alwinus successit.

Quod rex Cnuto leges Angliæ observari constituit.

A.D. 1022. Laws of Eadward the Elder confirmed.

Anno Domini MXXII. [3]Angli et Dani, in colloquio apud Oxoniam celebrato, de legibus regis Eadwardi primi tenendis effecti sunt concordes; unde eisdem legibus, Cnutone jubente, ab Anglica lingua in Latinam translatis, propter earum æquitatem a rege observari jubentur. Quo etiam anno, [4]Ricardus dux Normannorum, qui dicebatur secundus, obiit; cui successit Ricardus filius ejus, qui tertius vocabatur.

Quod rex Cnuto corpus sancti Elfegi apud Cantuariam transtulit.

A.D. 1023.

Anno gratiæ MXXIII. [5]Johannes sedit in ca-

[1] *Turkillum.*] Osbern, in his life of S. Aelfeah, says, that having fled into Denmark, the Danish chiefs, fearing that he would excite a rebellion amongst the people, put him to death.

[2] *Alwinus.*] He was a monk of Ely, to which monastery he returned after he had resigned his bishopric, and there died; Hist. Eli. Angl. Sacr. i. p. 609.

[3] *Angli et Dani.*] Florence and the Sax. Chron. place this Oxford council or parliament in 1018.

[4] *Ricardus.*] According to William of Jumiéges, Richard the second died in 1026, and his successor was poisoned at Rouen in 1028; pp. 439, 440.

[5] *Johannes,*] the nineteenth; he died in May 1033.

Translation of S. Aelfeah.

thedra Romana annis novem et totidem mensibus. Eodem anno Cnuto, rex Anglorum, [1] corpus beati Elfegi archiepiscopi apud sanctum Paulum in urbe Londoniarum sepultum [2] propriis manibus levavit, et ad ecclesiam Cantuariensem translatum illud fecit ibidem veneratione debita sepeliri. Ita quidem omnia, quæ vel ipse vel ejus antecessores deliquerant, corrigere studebat, ut prioris injustitiæ nævum tam apud Deum quam apud homines abstergere curaret; Anglos quoque omnes, Emmæ reginæ hortatu, sibi reconciliare studens, multa eis donaria contulit, et insuper bonas leges omnibus et placentes promisit. Et eodem anno Robertus Normanniæ ducatum suscepit.

Quod rex Cnuto Suanos subegit.

A.D. 1024. Subjection of the Swedes.

Anno gratiæ MXXIV. rex fortunatus Cnuto, exercitum Anglorum et Danorum [3] contra Suanos ducens, in primo conflictu multos suorum amisit; sed cum die crastina cum hostibus congredi debuisset, comes Godwinus, Anglicanæ militiæ princeps, Cnutone nescio, de nocte Suanos non præmeditatos cum solis Anglorum cuneis audacter invasit, in fugam coegit, et, ex hostibus innumera multitudine perempta, reges eorum Ulfum et Eiglafum cepit. Rex vero, cum summo mane Anglos non invenisset, putabat eos perfide ad hostes transiisse, et, cum acies Danorum in hostes conducere affectaret, rex non invenit in castris eorum nisi sanguinem et cadavera occisorum

[1] *Corpus beati Elfegi.*] Compare life by Osbern, p. 142, Sax. Chron. and Flor. ad an. 1023.

[2] *Propriis manibus.*] So Malmsbury, p. 306.

[3] *Contra Suanos ducens.*] Huntingdon, who gives the same account of this expedition, places it in the third year of Cnut's reign (1020). The Sax. Chron. and Huntingd. place his expedition against Ulf and Eglaf in 1025.

atque Anglos spolia colligentes: ob hanc autem causam Cnuto deinceps Anglos summo honore venerans, cum læta victoria ad Angliam navigavit. Eodem anno, mortuo [1]Wlstano, Eboracensi archiepiscopo, successit [2]Alfricus.

Quod rex Cnuto cœnobium in Wintonia ditavit.

A.D. 1025. Cnut's bounty to Winchester.

Anno Domini MXXV. [3]Conradus Romanum adeptus imperium annis quindecim imperavit. Per idem etiam tempus, Cnuto rex magnificus vetus monasterium Wentanæ civitatis tanta munificentia decoravit, ut aurum et argentum splendorque gemmarum intuentium terreant animos advenarum; hoc autem fecit rex consilio Emmæ reginæ, quæ in talibus thesaurorum dilapidatrix erat sua prodiga largitate.

Quod Cnuto tumbam regis Eadmundi honoravit.

A.D. 1026. Visits the tomb of Eadmund.

Anno gratiæ MXXVI. Cnuto, rex Anglorum, super tumbam regis Eadmundi apud Glastoniam pallium obtulit variis coloribus et pavonum figuris contextum.

Quod Cnuto Noricos sibi reconciliavit.

A.D. 1027. His policy in Norway;

Anno Domini MXXVII. cum Cnutoni regi intimatum esset, quod Norwegenses [4]regem suum Olafum propter ejus simplicitatem vilipenderent, magnam auri copiam et argenti magnatibus illis transmisit, rogans propensius, ut, abjecto Olafo, sese regem susciperent; qui, cum dona ejus avidis suscepissent manibus, nuntiaverunt ei, ut

[1] *Wlstano.*] See above, p. 462, *note* [7].

[2] *Alfricus.*] His death is recorded below in 1051; Simeon says that he died in the end of the previous year.

[3] *Conradus,*] the second; his reign as king of Germany commenced in the preceding year, upon the death of his father; he died at Utrecht in June 1039.

[4] *Regem suum Olafum.*] Taken from Florence, ad an. 1027.

secure veniret ad eos, quia ad illum suscipiendum omnes inveniret paratos.

Quod rex Cnuto Norwegiam sibi subjugavit.

A.D. 1028. dethrones Olaf;

Anno gratiæ MXXVIII. rex Anglorum Cnuto, cum navibus quinquaginta in Norwegiam transvectus, [1]regem Olafum a regno expulit, et illud annuentibus sibi magnatibus subjugavit. Eodem anno natus est [2]Marianus Scotus, qui tandem adultus et in studiis liberalibus eruditus librum chronicorum digessit, et inter omnes chronographos regum Angliæ gesta prolixius scribens, servatis annis Dominicis ab imperatore Octaviano Augusto usque ad tempora [3]Henrici regis Anglorum primi, perduxit.

Quod rex Cnuto in Angliam reversus est.

A.D. 1029. returns to England.

Anno Domini MXXIX. rex Anglorum, Danorum et Norwegensium [4]Cnuto, ad Angliam rediens, Haconem, Danicum comitem, in exsilium misit. Habuit enim uxorem Gunildam matronam nobilem, Wirtigerni regis Windorum et sororis suæ filiam, unde metuebat ab illo vel a vita privari vel a regno expelli.

De nativitate Willelmi ducis Normanniæ.

A.D. 1030. Birth of William the Bastard.

Anno gratiæ MXXX. Robertus, Ricardi Normannorum ducis filius, postquam septem annis Normanniæ ducatum potenter rexerat, [5]gratia pe-

---

[1] *Regem Olafum a regno.*] He returned to Norway in 1030, when he was put to death by the Norwegians; Flor.

[2] *Marianus Scotus.*] He died at Mayence in 1088. His chronicle ends with the year 1083, in the reign of the emperor Henry the fourth.

[3] *Henrici regis . . . primi.*] Henry the first was about twenty years old at the death of Marianus, but did not commence his reign until 1100.

[4] *Cnuto, ad Angliam.*] From Florence, ad an. 1029.

[5] *Gratia peregrinationis Hierosolymam.*] Compare Gul. Gemet. de ducibus Norm. ed. Camden, p. 648.

regrinationis Hierosolymam devotus petivit. Reliquit autem filium septennem, nomine Willelmum, ex concubina susceptum, cujus pulchritudinem in chorea saltantis casu conspiciens nocte illa carnaliter eam cognovit, quam deinceps unice diligens, uxoris loco illam aliquandiu adamavit. Puer autem ex ea natus 'Willelmus nothus' est appellatus, eo quod de matrimonio non fuerat generatus. Hujus pueri magnitudinem futuram matris somnium indicabat, dum intestina sua per totam Normanniam viderat et Angliam dilatari; ipso quoque momento, quo, partu laxato, ad vitam puer effusus est, terram attigit, et ambas manus junco, quo pavimentum domus tegebatur, implevit; ostenso igitur obstetricibus somnio supradicto, læto plausu omnes regem futurum puerum conclamabant. Dux igitur Robertus, Hierosolymam profecturus, apud Fiscannum proceres ad colloquium vocavit, ibique Willelmum, filium suum, hæredem sibi constituens, omnes fecit puero fidelitatem jurare. Comes Gilbertus tutor pueri constituitur, et tutela tutoris Henrico, regi Francorum, eo pacto conceditur, ut, si pater[1] termino præfixo non redierit, Willelmo ducatus Normanniæ libera dispositione concedatur. Per idem tempus Hacon, comes supradictus, obiit.

Quod rex Cnuto Romam profectus est.

Anno Domini MXXXI. rex Anglorum et Danorum Cnuto potentissimus, cum honore maximo [2]Romam profectus, ingentia dona sancto Petro

A.D. 1031. Cnut visits Rome.

[1] *Pater termino præfixo.*] He died, according to the same authority, at Nicæa, on his return from Jerusalem, on the 2nd July 1035; p. 648.

[2] *Romam profectus.*] Compare this account of Cnut's journey to Rome with that by Malmsbury, p. 308, and Florence, ad an. 1031.

Cnut at Rome.

apostolo contulit, in auro et argento, in pannis sericis ac lapidibus pretiosis; a papa quoque Johanne, ut schola Anglorum a tributo esset libera, impetravit, multas in itinere clausuras, ubi telonia extorquebantur a peregrinis, pretio dato delevit; ante altare quidem beati Petri, in quo corpus ejus requiescit, Deo vitæ suæ morumque emendationem devovit. [1] Scripsit autem Agelnotho Cantuariensi et Alfrico Eboracensi archiepiscopis, inter cætera, atque omnibus episcopis ac optimatibus Angliæ, quod fuit Romæ in[2] magna solennitate paschali, coram papa Johanne et Conrado imperatore, præsentibus regibus cunctis et principibus gentium [3] a monte Gargano usque ad istud proximum mare, qui illum omnes honorifice susceperunt et magnis honoraverunt donativis. Imperator etiam multa ei contulit, tam in vasis aureis et argenteis quam pannis sericis ac gemmis vestibusque pretiosis. Conquestus est etiam Cnuto rex magnificus coram domino papa, quod archiepiscopi terrarum suarum cum pro pallio obtinendo Romam mittunt, immensitas pecuniæ extorquebatur ab eis, nec possunt absque simonia pallium obtinere, unde dominus papa nimis confusus, ne id de cætero fieret, interdixit. Significavit insuper per epistolam episcopis supradictis, ut antequam ad Angliam veniret, omnia debita ad ecclesiam pertinentia, [4] eleemosyna scilicet pro aratris, decimæ

[1] *Scripsit.*] The letter is given at length both by Malmsbury and Florence, who say that it was conveyed to England by Livingus, who became bishop of Crediton in 1032, of Worcester in 1038, and died in 1046.

[2] *In magna solennitate paschali.*] The coronation of the emperor Conrad the second, which took place on Easter-day, but in 1027; see Malmsb. p. 309, *note* [1].

[3] *A monte Gargano.*] St. Angelo in Calabria.

[4] *Eleemosyna ... pro aratris.*] Plough alms, or a payment of one penny to the church for every hide of land; paid a fortnight after Easter.

minutæ de hortis et animalium nutrimentis, primitiæ seminum, quod Anglice [1]'Chiricseat' dicitur, decimæ garbarum, cum denario sancti Petri, quod Anglice 'Romescot' appellatur, fideliter solverentur. Vicecomitibus præterea et præpositis regni districte mandavit, ne ulli hominum suorum injuriam faciant, sed tam nobilibus quam servis recta judicia judicent, nec propter pecuniam fisco reponendam in aliquo a justitia devient, dum non habeant necessitatem augere pecuniam de peccato.

De dedicatione cœnobii sancti Eadmundi.

A.D. 1032. Dedication of the abbey at Bury S. Edmund's.

Anno Domini MXXXII. archiepiscopus Cantuariensis Agelnothus cœnobium sancti Eadmundi, in Bederichesworth a rege Cnutone [2]honorifice constructum, in venerationem Dei genitricis sanctique præfati dedicavit quinto decimo kalendas Novembris.

Quod rex Cnuto regem Scotorum bello superavit.

A.D. 1033. Victory over Malcolm of Scotland.

Anno Domini MXXXIII. rex Cnuto potentissimus reversus contra Scotos rebellantes hostilem duxit expeditionem, Malcolmum, cum duobus sibi regibus sociatis, levi negotio superavit; et anno eodem, defuncto Leofsio, Wigorniensi episcopo, [3]Brithegus sedem episcopalem suscepit.

De papa Benedicto.

A.D. 1034. Benedict IX. pope.

Anno gratiæ MXXXIV. [4]Benedictus adeptus cathedram Romanam sedit annis quatuordecim;

[1] *Chiricseat,*] or 'Cyricsceat,' or, as it is here called, 'primitiæ seminum,' paid to the church at Martinmas. See Introduction to Domesday Book, by Sir H. Ellis, i. p. 300.

[2] *Honorifice constructum.*] Florence notices the dedication; but it is clear that the abbey had been founded a hundred and twenty years before, though doubtless much augmented by Cnut.

[3] *Brithegus,*] abbot of Pershore; he died the 20th Dec. 1038; Angl. Sacr. i. p. 473.

[4] *Benedictus,*] the ninth; he

et eodem anno, mortuo Eadrico, Dorkacestrensi episcopo, [1]Eadnothus successit.

Quod Cnuto filios suos reges coronavit.

A.D. 1035. Coronation of Cnut's sons.

Anno Domini MXXXV. rex Anglorum, Danorum et Norwegensium, Cnuto magnificus,[2]Suanum filium suum, ex Algiva natum, super Norwegenses regem constituit, atque filium suum Hardecnutum, ex Emma regina susceptum, fecit in Daciam coronari, et sic in Angliam est reversus.

De morte Cnutonis regis Anglorum.

Death of Cnut.

Eodem anno Cnuto rex potentissimus apud Septoniam pridie idus Novembris diem clausit extremum, et sepultus est in urbe Wintoniensi in veteri monasterio, more regio, cujus anima gloria perfruatur æterna. De quo non arbitror esse tacendum, quod cum eleganter floreret in regnis potenter adquisitis, regalem cathedram in[3] littore maris crescentis statui fecit, et in ea residens comminando dixit; 'Tu meæ ditionis es, et terra in qua sedeo mea, nec est in ea quisquam, qui meo imperio resistere præsumat; impero nunc tibi, ne in terram meam ascendens regales meas vestes madefacere præsumas;' sed mare præceptis ejus non obtemperans, pedes regios et tibias madefecit. Rex autem fere nimis tarde præsiliens, ait, 'Sciant quidem omnes habitatores orbis, vanam esse ac frivolam regum potentiam, nec regis nomine quempiam

was thrice driven from the chair, and as often regained possession of it, until in July 1048, when he abdicated in favour of Gregory the sixth.

[1] *Eadnothus.*] His death is variously reported, below in 1050, by Florence 1049, and in the Sax. Chron. 1046.

[2] *Suanum filium suum ex Algiva.*] Florence states that Elfgife had imposed the son of a priest upon her husband as her own; ad an. 1035.

[3] *In littore maris.*] The anecdote of Cnut following is to be found in Henry of Huntingdon, p. 364.

fore dignum, præter illum, cujus cælum, terra et mare, cum omnibus quæ in eis sunt, legibus obediunt sempiternis.' Itaque rex, post hæc, nunquam dum vixit coronam portavit; sed eam super caput imaginis crucifixi componens, magnum regibus futuris præbuit humilitatis exemplum.

De coronatione regis Haroldi.

Defuncto autem Cnutone rege magnifico, convenerunt apud Oxoniam proceres regni et de rege creando tractaverunt ibidem; ubi comes Leofricus et omnes Danorum principes cum Londinensibus [1] Haroldum, Cnutonis filium ex Algiva concubina susceptum, communiter elegerunt, sed Godwinus, comes Cantiæ, et principes Westsaxoniæ omnes præoptabant regem habere Hardecnutum, filium Cnutonis ex Emma regina susceptum, vel unum ex filiis Ethelredi regis, ex eadem Emma generatum, qui in Normannia exsulabant; sed quoniam Hardecnutus tunc erat in Dacia, Alfredus et Eadwardus, filii Ethelredi, in Normannia, prævaluit pars Haroldi et regni Angliæ illum diademate insignivit, qui statim promotus Wintoniam festinans, gazarum opumque thesauros, quos rex Cnuto Emmæ reginæ legaverat, tyrannice rapiens, eandem Emmam, ut novercam suam, [2] ab Anglia exsulavit. Quæ ad [3] Baldewinum comitem Flandrensem divertens, accepit ab eo castellum de Brigges ut mo- Accession of Harold.

[1] *Haroldum, Cnutonis filium.*] Compare the accounts of the succession of Harold by Ingulph and Huntingdon with Florence, who asserts that Harold was first elected king of Mercia and Northumbria, but, Hardacnut refusing to leave Denmark and take possession of the rest of the kingdom allotted to him, Harold was elected king over all.

[2] *Ab Anglia exsulavit.*] Florence and the Sax. Chron. place the banishment of Emma in 1037.

[3] *Baldewinum,*] surnamed De l'Isle, son of Baldwin IV. earl of Flanders.

raretur ibidem, dux namque Normannorum Willelmus ei consanguineus, adhuc sub custodia constitutus, ducatus sui liberam non habuit potestatem.

De morte Alfredi, filii regis Ethelredi.

A.D. 1036. Death of Aelfred, son of Aethelred.

Anno gratiæ MXXXVI. [1]Alfredus, Ethelredi filius primogenitus, audita morte Cnutonis, cum [2] navibus quinquaginta electis militibus plenis in Angliam venit, ut eam, si necessitas cogeret, armorum præsidio obtineret; qui cum apud Sandwicum applicuisset, Doroberniam usque pervenit. Cumque comes Cantiæ Godwinus ejus adventum comperisset, venit obviam ei, atque illum in fide sua suscipiens, Judæ proditoris vicem in ipso ac suis commilitibus sequenti nocte complevit; nam post data pacis oscula et convivia lætissima, intempestæ noctis silentio, cum Alfredus ejusque sodales sopori membra dedissent, capti sunt omnes inermes in cubilibus suis, nihil mali suspicantes, a multitudine irruentium armatorum, atque manibus eorum post tergum ligatis, compulsi sunt omnes per ordinem considere, ubi ita sedentes novem semper decapitati sunt, et decimus ad breve tempus vitæ reservatus; sed, ut Godwino proditori visum est plus quam utile sit vivos superesse, jussit iterum decimari, et sic paucissimi superstites remanserunt. Facta quoque sunt hæc apud Guldeforde in villa

[1] *Alfredus, Ethelredi filius.*] This story is related by all the historians with some variations; Florence says that both the sons, Aelfred and Eadward, came over, but that the latter remained with his mother at Winchester; compare Tyrrell, Hist. i. p. 63.

[2] *Navibus quinquaginta.*] Wace, in his life of William the Conqueror, says that they came over with forty ships, but, finding the English not ready to rise with them, Eadward returned to Normandy, and Aelfred went in a large ship to Witsand, (possibly Witland, or Isle of Wight,) whence he was invited by Godwin into Kent.

regia. Alfredum vero juvenem, regio honore per omnia dignum, ligatum ad urbem transmisit Londoniarum ad regem Haroldum inimicum suum, ut uberiorem ab eo gratiam inveniret, cum paucis suorum qui indecimati remanserant, qui milites omnes nimis perniciose peremit; atque illico cum Haroldus rex Alfredum juvenem conspexisset, ad insulam Eliensem transmissum oculis privari fecit, ubi præ dolore defunctus sepulturam accepit.

Corpus [Pallantis filii] Evandri repertum est Romæ.

Anno gratiæ MXXXVII. [1]corpus Pallantis filii Evandri, de quo Virgilius refert, Romæ repertum est incorruptum, ingenti omnium admiratione, quod per tot sæcula integritatem servavit; apertio autem vulneris, quod in medio pectore Turnus fecerat, quatuor pedum et semis habens longitudinis. Est repertum atque epitaphium hujusmodi superscriptum, A.D. 1037. Body of Pallas found at Rome.

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, more suo jacet hic.

Ardens[2] lucerna ad caput ejus inventa est arte mechanica composita, ita ut nullius violentia flatus, nullius aspersione liquoris valeret extingui; quod cum multi mirarentur, quidam, subtilius ingenium habens, stilo subtus flammam foramen fecit, unde, introducto aere, ignis cessavit. Corpus quoque ad murum stans erectum, longitudine sua ipsum vicit; sed procedentibus diebus, stillicidiis rorantibus et corpus madefacientibus, com-

[1] *Corpus Pallantis.*] The account following is taken from Malmsbury, § 206.

[2] *Ardens lucerna.*] Malmsbury after the epitaph has the following; 'Quod non tunc crediderim factum, licet Carmentis, mater Evandri, Latinas literas dicatur invenisse; sed ab Ennio vel alio aliquo antiquo poeta compositum.'

munem mortalium corruptionem cognovit, nervis fluentibus et carne dissoluta.

De morte plurimorum episcoporum.

A.D. 1038. Succession of bishops.

Anno Domini MXXXVIII. defuncti sunt Athelnothus, archiepiscopus Cantuariensis, Ethelricus Seleseiensis, Alfricus Helmhamensis, et Brithegus Wigorniensis, episcopi; successerunt autem Athelnotho Cantuariensi archiepiscopo [1]Eadsius, Seleseiensi episcopo [2]Grinketellus, Helmhamensi [3]Stigandus, Wigorniensi [4]Livingus antistes Cridiacensis; sed Stigandus postea ejectus est, et Grinketellus, Seleseiensis, ære dato, duos obtinuit episcopatus, Seleseiensem scilicet et Helmhamensem; tandem Grinketellus ejectus est, et Stigandus admissus. Tunc Stigandus fratri suo Egelmaro episcopatum Helmhamensem pretio adquisivit; atque, ut avaritiæ propriæ satisfaceret, Cantuariensem et Wintoniensem thronos, pecunia data, conscendit, sed et vix annuit, ut in pontificatu Seleseiensi proprius ordinaretur antistes.

Quod rex Hardecnutus ad matrem suam in Flandriam venit.

A.D. 1039. Hardacnut in Flanders.

Anno gratiæ MXXXIX. Hardecnutus, rex Danorum, ad Emmam quondam reginam Angliæ, matrem suam, in Flandriam transvectus, apud Brigges cum ipsa moram fecit; et anno eodem mortuo Lichfeldensi episcopo, Brithmaro, [5]Wlsius episcopatum suscepit.

---

[1] *Eadsius.*] He died the 28th October 1050, having appointed Siward his vicar in the see seven years before.

[2] *Grinketellus.*] He died, according to Florence, in 1047.

[3] *Stigandus.*] Wharton thinks that Stigand was first expelled in 1040; see Angl. Sacr. i. p. 406.

[4] *Livingus.*] He died 23rd March 1046; Flor.

[5] *Wlsius.*] He died in October 1053; Flor.

De Haroldi regis morte, et de coronatione Hardecnuti.

Anno Domini MXL. rex Anglorum Haroldus, cum regnasset quatuor annis, in urbe Oxoniæ [1]defunctus est et apud Westmonasterium sepultus. Tunc proceres, tam Anglorum quam Danorum, in unam concordantes sententiam, miserunt legatos in Flandriam ad regem Danorum Hardecnutum, qui ibidem cum matre morabatur, rogantes, ut in Angliam veniret suscepturus regni diadema; qui, magnatum adquiescens consiliis, in[2] Angliam venit et gratanter ab omnibus susceptus, ab Eadsio, Cantuariensi archiepiscopo, consecratur in regem. Et mox in regno confirmatus, memor injuriarum quæ sibi et matri suæ illatæ fuerant a rege Haroldo prædecessore suo, misit ad urbem Londoniarum milites et carnifices, qui ipsius Haroldi corpus effoderent, et [3]in Thamesim flumen decapitatum projicerent; quod cum in flumen projectum fuisset, post breve tempus a quodam piscatore repertum est, et a gente Danica Londoniis in cœmiterio Danorum sepultum.

A.D. 1040. Death of Harold.

Hardacnut succeeds.

De gravi ultione mortis Alfredi.

Et his ita gestis, præcepit rex unicuique remigi suæ classis octo marcas, et [4]rectoribus navium singulis decem marcas, de gente Anglica pendi; unde cunctis, qui prius ipsum habere regem

Acts on his accession;

[1] *Defunctus est.*] The Sax. Chron. places his death on the 17th March 1039. Malmsbury says that he died in April; Florence, in 1040, at London.

[2] *In Angliam venit.*] In the Saxon Chronicle it is said that Hardacnut landed at Sandwich seven days before Midsummer.

[3] *In Thamesim flumen.*] Florence says it was first thrown into a sink, and afterwards into the river.

[4] *Rectoribus navium singulis decem;*] 'duodecim unicuique gubernatori,' Flor.

optaverant, exosus est effectus. Ad hæc etiam, pro nece fratris sui Alfredi, contra Godwinum proditorem et Cantiæ comitem et Livingum, Wigorniensem episcopum, accusantibus illos constanter Alfrico, Eboracensi archiepiscopo, et aliis multis, rex ira vehementi exarsit; quocirca idem rex Livingum episcopum degradavit, et episcopatum ejus Alfrico concessit. Godwinus autem proditor, pro morte Alfredi fratris ipsius regis et pro ejus pace obtinenda, dedit ei [1]navem auream, cum rostro aureo fabricatam et omnibus armamentis[2] aureis instructam et octoginta militibus armis aureis adornatis; horum quoque militum aureorum quilibet in brachiis duas habuit armillas aureas [3]quindecim uncias aureas appendentes, loricam auream trilicem, cassidem in capite auream, gladium aureis scapulis renibus accinctum, securim Danicam auream in sinistro humero pendentem, in sinistra clypeum cum umbonibus aureis et clavis, in dextera [4]lanceam auream, quæ ab Anglis [5]'hategar' nuncupatur; insuper hæc omnia, cum principibus fere totius regni regi juravit, quod neque ingenio suo nec voluntate frater ejus fuerat interemptus et oculis privatus.

Quod rex Wigorniensem provinciam devastari fecit.

A.D. 1041. collects a tax.

Anno gratiæ MXLI. rex Anglorum Hardecnutus [6]ministros suos per omnes regni fines direxit, ut vectigal quod indixerat, nulli parcentes,

[1] *Navem auream;*] 'trierem fabrefactam, caput deauratum habentem,' Flor.; 'ratem auro rostratam,' Malmsb.

[2] *Armamentis aureis;*] 'armamentis optimis,' Flor.

[3] *Quindecim uncias;*] 'sedecim,' Flor. et Malmsb.

[4] *Lanceam auream.*] 'Auream' omitted by Flor. Malmsbury calls it 'hastile ferreum.'

[5] *Hategar,*] or Ategar, a javelin, from ateon, to throw, and zar, a weapon; Spelman, ad *voc.*

[6] *Ministros.*] Florence calls them 'huscarlas,' or 'domesticos,' house-churls; see Spelm.

colligerent, ac piratis suis necessaria ministrarent. Ex quibus [1]duos cives Wigornienses et provinciales in quodam monasterio, ad quod pacis gratia confugerant, peremerunt; unde rex in iram commotus, in ultionem tantæ transgressionis [2]milites mittens armatos, [3]homines præcepit interimi, civitatem spoliatam comburi et totam provinciam devastari; quod cum factum fuisset, cum præda maxima reversi sunt ad regem, et sic ejus ira pro parte quievit. [4]Eodem anno Eadwardus, frater regis Hardecnuti et filius regis Ethelredi, ex Normannia in Angliam veniens, a rege gratanter susceptus est, et cum gloria et honore in curia fratris, quoad vixit, remansit.

Quod soror regis Anglorum imperatori copulatur.

Marriage of his sister Gunilda.

Per idem tempus rex Anglorum Hardecnutus Gunildam,[5] sororem suam ex rege Cnutone et Emma regina generatam, [6]Henrico imperatori Romano matrimonio copulavit. Erat autem hæc puella temporibus patris sui, propter ejus decorem incomparabilem, a multis viris nobilibus petita, sed non impetrata; unde nunc adeo celebris erat illius pompa nuptialis, quod rex frater ejus et omnes regni habitatores thesauros auri et argenti, cum pannis sericis, gemmis et equis pre-

[1] *Duos.*] 'Faedes et Thurstanum;' Flor. who also gives the particulars of the vengeance taken by Hardacnut.

[2] *Milites.*] 'Thurum Mediterraneorum, Leofricum Merciorum, Godwinum West-saxonum, Siwardum Northimbrorum, Ronum Magesitensium et cæteros;' Flor.

[3] *Homines præcepit interimi.*] The work of destruction began on the 13th November, and lasted four days; but most of the citizens, having warning of the danger, fled to an island on the Severn, called 'Beverege,' where they were protected; on the fifth day the city was burned.

[4] *Eodem anno.*] So Florence; the Sax. Chron. places his arrival in the previous year.

[5] *Gunildam, sororem.*] The story following is from Malmsbury, p. 321, *seq.*

[6] *Henrico imperatori.*] Henry the third, son of Conrad the second.

tiosis, ita effuderunt, quod usque in diem hodiernum in conviviis, tabernis et aliis hominum conventiculis, histriones et mimæ fidicines et instrumentis et canticis hanc nobilitatem digne efferre non sufficiunt nuptialem. Stetit autem inter eos multo tempore fœdus conjugale illæsum, sed novissime, a seminatoribus discordiæ, imperatrix apud imperatorem fuit adulterii diffamata; oportebat ergo juxta consuetudinem regionis, ut Gunilda per duellum, [1]contra accusatorem, giganteæ immensitatis hominem, famam suæ puritatis redimeret, sed ex omnibus militibus vel ministris, qui cum illa ab Anglia venerant, nec unus inventus est, qui, propter horrendam illius corporis immensitatem, congredi cum ipso auderet. Sed cum Gunildæ angustiæ essent undique, puer quidam, quem ab Anglia adduxerat et in suo thalamo educaverat, qui, quia nanus erat et propter corporis parvitatem, Mimecan dicebatur, duellum pro domina, cujus puritatem noverat, suscepit et conserto cum gigante prælio, per justum Dei judicium præciso poplite illius, ipsum enervavit; quo ruente in terram, Mimecannus caput gigantis amputatum dominæ suæ illud præsentavit. Tunc imperatrix, ex insperato gavisa triumpho, imperatori repudium fecit, nec ultra minis vinci potuit aut blanditiis, ut torum ejus ascendere deinceps consentiret.

De episcopatu cuidam clerico per simoniam collato.

Legend. Idem[2] imperator, patre Conrado adhuc superstite, a clerico quodam fistulam argenteam eo susceperat pacto, ut, cum foret imperator, illi episcopatum conferret; ille vero tandem adultus,

[1] *Contra accusatorem,*] by name Rodingar, according to Bromton.

[2] *Idem imperator.*] The legend following is taken from Malmsbury, § 193.

et post patrem imperator creatus, repetenti cle- Legend.
rico episcopatum donavit; sed non multo post gravi infirmitate correptus lecto decubuit, et ægritudine invalescente per triduum absque sensu et voce, et quasi e corpore raptus, jacebat, ut solo pectore vitalis vix spiritus palpitaret, nec aliud vitæ erat indicium, nisi quod, manu ad nares apposita, sentiebatur anhelitus perexilis. Tunc præsentes episcopi et amici, triduano indicto jejunio, lachrymis et votis divinam pro salute imperatoris clementiam implorabant, quibus, ut creditur, remediis convalescens, accito ad se episcopo simoniace pro fistula argentea promoto, illum per decretum concilii degradavit; et confessus est imperator, audientibus cunctis, quod per totum triduum, quo exanimis jacuerat, inter dæmones constitutus, illos adeo sensit infestos, quod flammas igneas per fistulam illam in os ejus jaculantes, corpus illius totum, tam intus quam exterius, incendebant. Flamma quidem illum adeo exurebat, quod terrenus ignis noster, in comparatione illius flammæ, tepidus et quasi nihil caloris videatur habere; sed inter hæc incendia gravissima habuit quendam juvenem, quasi assatum igne, dictus imperator, qui calicem aureum miræ magnitudinis aqua plenum manibus portavit, cujus sollicitudine ac laticis aspersione ardoribus exstinctis, ad pristinam rediit sanitatem; cumque de juvene assato miraretur imperator, quis esset qui sibi refrigerium præstiterat, dictum ei per vocem cælitus emissam, 'Reduc,' inquit, 'ad memoriam de cœnobio beati martyris Laurentii, olim a paganis destructo, quod reædificasti, et, monachis impositis, prædia multa et ornamenta, cum aureo calice gemmis decorato, quem ob illius martyris honorem monasterio contulisti; unde certissime cognoscas ipsum fuisse

juvenem assatum beatum sanctum Laurentium, qui vicem tibi pro vice rependens spatium pœnitentiæ et refrigerium impetravit in pœnis.'

De morte regis Hardecnuti, et de coronatione regis Eadwardi postea sancti.

A.D. 1042. Death of Hardacnut. Anno Domini MXLII. rex Anglorum Hardecnutus, dum in convivio nuptiarum, in quo Osgodus Glappa filiam suam viro cuidam Danico, nomine[1] Cnutoni, apud Lambeiam matrimonio copularet, lætus, sospes et hilaris, cum sponsa stans prædicta, inter pocula corruit ad terram, et sic rex idem mutus subito permanens sexto idus Junii spiritum exhalavit; et inde Wintoniam delatus, juxta patrem suum Cnutonem sepulturam accepit. Cujus frater Eadwardus, [2]annuente clero et populo, in regem electus, ab archiepiscopis Eadsio Cantuariensi et Alfrico Eboracensi [3]in die Paschæ Wintoniam consecratur. Erat autem iste Eadwardus filius regis Ethelredi, qui fuit Eadgari, qui fuit Eadmundi, qui fuit Eadwardi, qui fuit Alfredi magni regis, cujus genealogia superius perducitur usque ad Adam. Rex vero Eadwardus, statim ut in regem erat promotus, [4]Emmæ reginæ, matri suæ, quicquid in auro habuit et argento abstulit rebusque pretiosis, eo quod priusquam rex fuerat, nihil illi contulerat quod petebat; sed tamen ei apud Wintoniam commoranti præcepit omnia necessaria ministrari.

Eadward the Confessor succeeds.

---

[1] *Nomine Cnutoni;*] 'Tovio, Prudan cognomento,' Flor.

[2] *Annuente clero et populo.*] Florence remarks that it was owing chiefly to the exertions of Godwin and Living bishop of Worcester.

[3] *In die Paschæ;*] in the following year, according to Florence; the text agrees with the Sax. Chron.

[4] *Emmæ reginæ.*] This conduct of Eadward to his mother is found in Florence and the Sax. Chron.

Quod Eadsius archiepiscopus vicarium constituit.

Anno gratiæ MXLIII. Eadsius, Cantuariensis archiepiscopus, gravi infirmitate detentus Siwardum quendam vicarium suum constituit. Et anno eodem [1]Ethelstanus, abbas Rameseiensis, infra ecclesiam suam, hora vespertinali, ab homine quodam ignoto confossus exspiravit. A.D. 1043.

Quod rex Eadwardus filiam Godwini comitis duxit uxorem.

Anno Domini MXLIV. rex Eadwardus in patrocinium regni sui filiam Godwini, comitis potentissimi, nomine [2]Editham, duxit uxorem; et eodem anno defuncto Alfrico, Helmhamensi episcopo, Stigandus regis capellanus successit. A.D. 1044. Marriage of Eadward.

Quod rex Eadwardus classem præparavit.

Anno gratiæ MXLV. Brithwoldus, Ramesburiensis antistes, obiit, et [3]Hermannus regis capellanus successit. Eodem anno rex Eadwardus apud portum Sandwici [4]classem magnam congregavit contra [5]regem Noricorum, ad Angliam hostiliter venire disponentem; sed bellum, a Suano Danorum rege sibi illatum, ejus adventum impedivit. A.D. 1045. A fleet equipped.

---

[1] *Ethelstanus, abbas.*] For a fuller account of his death, see the Historia Ramesiensis, edit. Gale, p. 451.

[2] *Editham.*] Eadward was married in the preceding year; Sax. Chron., Ingulph. The latter authority calls the queen 'Egitha,' and says that she was so amiable, and in every way so much the opposite of her father, as to give rise to the following proverb,

'Sicut spina rosam, genuit Godwinus Egitham.'

[3] *Hermannus.*] The Sax. Chron. records his death on the 20th March 1077.

[4] *Classem magnam.*] Hoveden says that he had five-and-thirty ships.

[5] *Regem Noricorum.*] 'Magnus,' according to Simeon and Hoveden; Bromton calls him 'Haraldus.'

Silvester papa.

A D. 1046. Silvester pope.

Anno Domini MXLVI. [1]Silvester sedit in cathedra Romana diebus quinquaginta sex; cui eodem anno [2]Gregorius succedens sedit annis duobus. Eodem anno obiit Livingus, qui Wigorniensem, Cridiensem et Cornubiensem tenuit episcopatus; post cujus decessum [3]Leofricus, regis cancellarius, Cridiensem et Cornubiensem obtinuit præsulatus, Wigorniensem vero episcopatum [4]Aldredus suscepit.

Stigandus duos episcopatus obtinuit.

A.D. 1047. Succession of bishops.

Anno Domini MXLVII. defuncto Grinketel, Seleseiensi antistite, [5]Hecca regis capellanus successit; quo utique anno, mortuo Elfwino Wintoniensi pontifice, Stigandus, præsul Helmhamensis, ei subrogatus ambos obtinuit pontificatus.

Clemens papa.

A.D. 1048. Succession of popes.

Anno Domini MXLVIII. [6]Clemens sedit post Gregorium in cathedra Romana mensibus novem et diebus sex, cui eodem anno [7]Damasus succedens sedit diebus viginti sex; post cujus decessum

[1] *Silvester,*] called the third; he was driven from the chair by the return of Benedict.

[2] *Gregorius,*] the sixth: the chronology is here again wrong; he was deposed by the emperor Henry III. in 1046.

[3] *Leofricus.*] The year of his death is uncertain: in a missal given by him to the church of Exeter, now in the Bodleian library, it is written that he died on the 10th Feb. 1071; in a chronicle of the church of Exeter his death is placed on the same day, but two years afterwards.

[4] *Aldredus.*] In 1056 he received, in addition to that of Worcester, the see of Hereford, which he resigned for the archbishopric of York in 1060. He died the 11th September 1069; Flor.

[5] *Hecca.*] He died in 1057; Simeon, Flor.

[6] *Clemens,*] the second; he was ordained pope on Christmas-day 1046, and died in October 1047.

[7] *Damasus,*] the second; he died the 8th August 1048.

Leo[1] successit et tenuit cathedram annis quinque, mensibus duobus et diebus sex.

De sortilegio diabolico.

Witchcraft at Rome.

Hujus papæ temporibus detectum est Romæ sortilegium diabolicum et nostris seculis inauditum. [2]Erant enim in strata publica, qua Romam itur, duæ aniculæ, in uno commorantes tugurio et uno imbutæ maleficio, quæ hospitem, si aliquando solus superveniret, in equum vel porcum vel aliud quodlibet animal transformare solebant, et mercatoribus animalia transformata vendentes nummos inde receptos in ebrietate simul et crapula consumebant. Istæ casu mulieres juvenem quendam in arte saltandi edoctum, et qui victum moribus histrionum quærebat, hospitio receperunt; quem nocte illa in asinum transformantes, magnum ex eo lucrum adquirebant, nam juvenis asinus effectus non amiserat intelligentiam etiamsi amiserat loquelam, quicquid enim præcepit anus joculando et saltando implevit asinus; accurrente itaque vulgi multitudine ad ludum asini, non nisi dato pretio asinum videre ludentem mulieres maleficæ permittebant. Rumore tandem per provinciam disseminato, accessit dives quidam ad maleficas illas, et non modico pretio collato, asinum in suos usus recepit; sed dives cum asino recedens a mulieribus edoctus est, ut, si diuturnum vellet habere ludum, ab aquæ ingressu asinum arceret. Custos ergo asino a divite constituitur, qui illum diligenter servaret; dives autem, cum gaudium voluit, ludis asini lætificabat convivas. Sed cum tandem tempus plurimum

[1] *Leo,*] the ninth; he died the 19th April 1054, and was afterwards canonized.

[2] *Erant enim in strata.*] The following legend is from Malmsbury, § 171.

præterisset, versus est in fastidium ludus asini, et cœpit a suo custode negligentius custodiri; quapropter die quadam, abrupto quo ligatus erat loro, fugit, et in proximum lacum se projecit, et in aqua diutius volutatus pristinam sibi hominis formam restituit. Custos autem illius asinum insecutus, viso homine, sciscitabatur an asinum vidisset; ille refert, se asinum fuisse et modo se formam hominis suscepisse, et omnem illi casum exponens, ea quæ de se facta fuerant, per ordinem recitavit. Miratus famulus ad dominum rem detulit, et dominus ad papam Leonem, et mulieres tandem convictæ papæ suum confitentur delictum; sed, papa super hoc dubitante et esse frivolum adfirmante, Petrus Damianus verum fuisse probavit, producto exemplo de Simone Mago, qui Faustianum in ipsius Simonis figuram videri et a filiis suis fecerit abhorreri.

De morte Eadmundi Dunelmensis episcopi.

A.D. 1049. Eadred bishop of Durham.

Anno gratiæ MXLIX. defuncto Eadmundo, Dunelmensi episcopo, viro religioso, de cujus promotione et sanctitate [1]superius habetur expressum, Eadredus in episcopatum successit.

De morte Eadsii archiepiscopi.

A.D. 1050. Succession of bishops.

Anno Domini ML. defuncti sunt Eadsius, Cantuariensis archiepiscopus, et ejus vicarius Siwardus, atque Dorkecestrensis Eadnothus. Eadsio autem successit [2]Robertus episcopus Londinen-

[1] *Superius habetur.*] The account of Eadmund's elevation to the see is given in the year 1020. Turgot places his death in 1041, and that of his successor in 1042.

[2] *Robertus.*] He had been a monk of Jumiéges before he was made bishop of London; his expulsion from the see of Canterbury is noticed below in 1052; so also Flor. The Sax. Chron. places his translation to Canterbury in 1048, and records that Sparhafoc was appointed his suc-

sis, et ad sedem Londinensem [1]Willelmus, ad Dorkecestrensem [2]Ulf regis capellanus.

Quod rex Eadwardus a vectigali Anglos liberavit.

Anno gratiæ MLI. rex Eadwardus [3]a gravissimo vectigali Anglos absolvit triginta octo millium librarum, quod multo tempore Danicis stipendiariis solvi consuevit. Eodem anno, mortuo Alfrico, Eboracensi archiepiscopo, [4]Kinsius regis capellanus successit. Per idem tempus dux Normannorum Willelmus in Angliam veniens, ab Eadwardo rege honorifice receptus est, et multis donatum muneribus ad propria remisit. Hoc quoque anno multi nobiles gentis Northanhumbriæ convenerunt prope civitatem Lindisfarnensem ad quandam ecclesiam, ubi erant placitaturi, et presbyterum rogaverunt, ut missam eis caritative celebraret, at presbyter, qui nocte illa cum concubina dormierat, ad tantum officium accedere formidabat; sed, illis vehementer ad hoc instantibus, precibus eorum tandem victus, cum tremore tamen divina mysteria celebravit. Sed in hora, qua sacrosanctum sumere debuit mysterium, particulam, quam juxta morem in calicem miserat, in formam adeo nigram vidit immutatam, quod picis colorem potius quam panis et vini in calice conspiceret. Presbyter, reatum suum con-

A.D. 1051. Danegeld remitted.

cessor in the see of London, to whom the archbishop refused consecration.

[1] *Willelmus.*] He was also a Norman, and was expelled with the preceding, but owing to his great worth was recalled. He was present at the council of London in 1075, in which year he is supposed to have died.

[2] *Ulf.*] He was driven from his see in 1052.

[3] *A gravissimo vectigali.*] So also Flor. and Ingulph, the latter of whom assigns the following reason for its remission, namely, that Eadward, going into the treasury where the money was deposited, had seen the devil dancing upon it, whereupon he ordered it all to be restored to the rightful owners; p. 65.

[4] *Kinsius.*] He died at York, the 22nd December 1060, and was buried at Peterborough; Flor.

festim intelligens, quid deberet agere hæsitabat; timuit ergo quod, quicquid faceret, omnipotentis Dei judicium effugere non valeret, sed licet tam terribilem abhorreret substantiam, tamen cum tremore magno illam sumpsit, quæ tantæ amaritudinis erat, quod nil ad gustandum amarius videretur; et statim, officio completo, episcopo rem gestam per ordinem declaravit. Cui episcopus, indicta pœnitentia, præcepit, ut castam deinceps vitam offerre Deo studeret, quod ille fideliter promittens, quoad vixit, votum implevit.

Quod comes Godwinus in exilium pellitur.

Affray at Dover.

Circa dies istos comes Bononiæ, [1]Eustachius, qui Godam regis Eadwardi duxit sororem, [2]apud Doveram applicuit, ubi milites ejus, cum stolide nimis hospitia quærerent, unum de villa hominem peremerunt, quod videns quidam de villa indignatus, militem illum interfecit; ob quam causam comes et ejus commilitones in iram versi, viros[3] et mulieres plurimos occiderunt, sed et pueros eorum equorum suorum pedibus contriverunt. Sed ubi multitudo vulgi ad resistendum convenerunt, hostes inierunt fugam, sed in fugiendo [4]octodecim ex eis peremptis, cæteri ad regem Eadwardum, qui tunc Gloverniæ erat, fugerunt. At [5]comes Cantiæ Godwinus, de homini-

[1] *Eustachius,*] the second, surnamed Aux Grenons; he had succeeded his father in 1049. By his second wife Iola he was the father of Eustace, who succeeded him, and Godfrey and Baldwin, kings of Jerusalem.

[2] *Apud Doveram.*] Compare the account of this affray as related in the Sax. Chron. ad an. 1048, Florence, ad an. 1051, and Malmsbury, § 199.

[3] *Viros et mulieres plurimos;*] partly without and partly within the city, more than twenty; Sax. Chron.

[4] *Octodecim.*] 'Nineteen;' Sax. Chron.

[5] *Comes Cantiæ Godwinus.*] The others relate that earl Godwin was ordered by the king to march to Dover and avenge the insult offered to Eustace, but that he refused; upon which a council was summoned at Gloucester, and that Godwin and his

bus suis interfectis nimis perturbatus, de tota terra sua, id est, de Cantia, Suth-sexia et West-sexia, et filius ejus primogenitus Suanus de tota terra sua, id est, Oxoniensi, Gloverniensi, Herefordensi, Somersetensi et Bercensi provinciis, Haroldus filius ejus de honore suo, id est, Essexe, East-anglia, Cantebrigia et Huntendunia, ingentem exercitum collegerunt. Comes vero Godwinus tot copiis armatorum in provinciam venit Gloverniensem, et missis ad regem legatis, Eustachium comitem cum suis omnibus sibi reddi mandavit sub denuntiatione belli; cui rex militaribus copiis sufficienter instructus significavit, quod Eustachium comitem ad eum non mitteret, præcipiens insuper, ut, qui contra ipsum exercitum collegerat et regni pacem perturbaverat, [1]ad curiam veniret, super tanta injuria responsurus et juri pariturus. Godwinus vero, sicut cum rege prælium conserere non audebat, ita ad curiam ejus venire formidabat, unde rex communi curiæ suæ decreto ipsum Godwinum et quinque filios ejus [2]ab Anglia exsulavit; qui mox cum uxore sua Gyva, et Tosti filius ejus cum sua conjuge Judith, filia scilicet comitis Flandrensis Baldewini, et alii duo filii ejus Suanus et Gurth, [3]navem cum thesauris multis ascendentes, in Flandriam cursum ad præfatum comitem direxerunt. Porro filii ejus Haroldus et

Its consequences to earl Godwin.

---

sons met at Beverston in order to attend it, but were prevented by false representations that the Welshmen had made against them before the king.

[1] *Ad curiam veniret.*] This summons was issued from a second council convened at London in September of the same year. The earl refused to attend because securities were denied him. Sax. Chron.

[2] *Ab Anglia exsulavit.*] Florence says that the reason why Godwin fled the country was that his army had deserted him.

[3] *Navem cum thesauris multis ascendentes.*] They embarked at Bosenham in Sussex; Sax. Chron. Florence and Simeon say Thorney Island, Hants.

Leofwinus, Bristoliam adeuntes, in Hiberniam sunt transvecti; reginam quoque [1]Editham rex propter patrem suum Godwinum [repudiavit], quam cum una pedissequa apud [2]Redwellam sine honore direxit, et abbatissæ custodiendam commendavit.

Quod comes Godwinus regi reconciliatur.

A.D. 1052. Death of Emma.

Anno gratiæ MLII. obiit Emma regina, uxor regum Ethelredi et Cnutonis, et apud Wintoniam sepulta est; et eodem anno [3]Marianus Scotus, chronicorum scriptor veracissimus, seculum reliquit. Per idem tempus [4]rex Walanorum Griffinus, Herefordensem depopulans provinciam, provinciales multos sibi rebellantes peremit. Nec multo post comes Haroldus et frater ejus Leofwinus, ab Hibernia [5]revertentes in West-saxoniam, prædas rapuerunt multas, quibusdam obstantibus interfectis; Godwinus vero pater eorum in Cantia, Suth-sexia, et regionibus illis piraticam agens rapinam, ad Wectam insulam tandem pervenit, ubi filii ejus ad eum venientes propensius cogitabant, quibus sese in regem Eadwardum artificiis vindicarent; attraxerant autem in sui favorem viros bellatores et provinciales

---

[1] *Editham;*] 'Edgitham,' Flor. The Sax. Chron. records this as happening to the queen-mother in 1048; compare Tyrrell's Hist. i. p. 79; Flor. ad an. 1051.

[2] *Redwellam;*] 'Werewellam,' Flor. Wherwell, in Hampshire.

[3] *Marianus Scotus.*] This error has been copied from Florence. His chronicle extends to 1083. He died at Mayence in 1088.

[4] *Rex Walanorum Griffinus.*] He was the son of Ratherch ap Justin; Tyrrell, i. p. 85. The events of this chapter are abridged from Florence. In the account of the lands belonging to the see of Chester, Eadward is said to have given all beyond the Dee to Griffin; but upon his rebellion, being forfeited, they were restored to the see. Introd. to Domesday, i. p. 306.

[5] *Revertentes in West-saxoniam.*] For a more satisfactory account of this year's troubles, the reader would do well to compare the Saxon Chronicle and Florence with Huntingdon.

innumeros, et, immenso exercitu congregato, in die exaltationis sanctæ Crucis, classem suam prope civitatem Londoniarum dirigentes, apud Suthwrc castra statuerunt. Rex Eadwardus, qui tunc Londoniis erat, ingentem armatorum copiam et classem congregaverat copiosam, ut Godwinum et filios ejus per aquam insequeretur et terram; sed Angli, quorum filii, nepotes et consanguinei cum Godwino erant, noluerunt contra eos dimicare, unde sapientes quinque ex utraque parte inter regem et Godwinum de pace redintegranda studiosius tractaverunt. Rex autem, [1]habito cum primatibus consilio, pristinum honorem restituit Godwino et filiis ejus omnibus præter Suanum, qui Beornum peremerat regis consobrinum, unde pœnitentiam agens de Flandria nudis pedibus Hierosolymam petens, in reditu suo per viam [2]defunctus est, ex nimio frigore infirmitate contracta; reginam quoque [3]Editham rex dignanter recepit, nec tamen illam carnaliter cognovit. Acta itaque concordia et pace confirmata, rex omni populo bonas leges et rectam promisit justitiam, et Normannos omnes, qui contra Anglos sibi consilia dederant iniqua, ad natale solum remisit; inter quos Robertus, Cantuariensis archiepiscopus, et Willelmus præsul Londinensis, cum Ulfo Dorkecestrensi episcopo et suis Normannis, vix evadentes [4]exsulari, mare transierunt; sed non multo post, Robertus [sc. Willelmus], præsul Londinensis, propter bonitatem suam in pristinam restitui-

Godwin restored to favour.

[1] *Habito cum primatibus consilio.*] See a more particular account of this reconciliation between Eadward and Godwin in Selden's Titles of Honour, p. 525.

[2] *Defunctus est,*] 'in Lycia,' Florence. Malmsbury says he was killed by the Saracens; p. 343.

[3] *Editham;*] 'Eadgitham,' Flor. See above, p. 490, *note* [1].

[4] *Exsulari.*] Omitted by Florence; probably intended for 'exsulati.'

tur dignitatem. Stigandus vero, qui quondam, Helmhamensi episcopatu dimisso, Wintoniensem invaserat, nunc regis Eadwardi simplicitatem circumveniens, [1]vivente Roberto archiepiscopo, Cantuariensem obtinuit dignitatem. [2]Osbernus vero et Hugo, Normannigenæ, sua relinquentes castella et [3]regem Scotorum adeuntes, ab ipso sunt recepti.

Quod rex Wallensium interfectus est.

A.D. 1053. Death of Rhesus.

Anno Domini MLIII. [4]frater Griffini, regis Walanorum, nomine Rhesus, in loco, qui Bulendune dicitur, occisus est, et caput ejus regi Eadwardo in vigilia Epiphaniæ apud Gloverniam præsentatum.

De morte turpissima Godwini proditoris.

A.D. 1054. Death of Godwin.

Anno gratiæ MLIV. rex Anglorum Eadwardus solennitatem Paschalem apud Wintoniam celebravit, ubi, dicto rege ad mensam sedente, cum pincerna ejus cyphum regium vino plenum mensa tenus portaret, pedem unum ad domus pavimentum offendit, sed altero sese pede recolligens lapsum evasit. Quod videns [5]comes Godwinus, qui de more prandenti adsidebat regi, ait, 'Hic frater fratri auxilium tulit;' ad quem rex ironice respondit dicens, 'Frater meus mihi modo posset auxiliari, nisi fuissent insidiæ Godwini;'

---

[1] *Vivente Roberto;*] who, as has just been noticed, had been expelled his see. Stigand received a pall from Benedict the tenth in 1058; Malmsb. p. 340.

[2] *Osbernus,*] cognomento 'Pentecost,' Flor.

[3] *Regem Scotorum adeuntes.*] They were permitted to pass through the country by Leofric earl of Chester, to Macbeoth, or Macbeth, king of Scotland; Flor.

[4] *Frater Griffini.*] So Simeon and Florence.

[5] *Comes Godwinus.*] The text follows the account of Godwin's death by Malmsbury. The Sax. Chron. and Florence say that he fell down in a fit whilst at table with the king, and, after lingering four days, died on the 15th of April.

quod regis responsum Godwinus nimis moleste ferens, qui fratrem illius prodiderat, respondit, 'Scio, rex,' inquit, 'scio quia de morte fratris tui Alfredi habes me suspectum, sed Deus, qui verax et justus est, hanc, quam teneo, panis buccellam non permittat guttur meum sine suffocatione transire, si aliquando frater tuus per me vel consilium meum mortem aut corporis læsionem accepit;' et hoc dicto, rex buccellam benedixit, quam in os suum ponens Godwinus, male sibi conscius, interiit suffocatus. Quem rex exanimem videns et pallentem, 'Extrahite,' inquit, 'canem hunc et proditorem, et illum in quadrivio sepelite, indignus est ut Christianam habeat sepulturam;' quod videntes filii ejus, qui adfuerunt, extraxerunt patrem de mensa, et apud vetus monasterium illius civitatis sepelierunt eum, rege id penitus ignorante. Tunc rex [dedit] ducatum Cantiæ Haroldo, filio ejus, quia princeps erat militiæ suæ. [1]Eodem anno Siwardus, dux Northanhumbrorum, vir strenuus, exercitum copiosum in Scotiam ducens, Machbotum regem de regno fugavit, multis Scotorum millibus interfectis, cum Normannis omnibus de quibus supra fecimus mentionem; et rex regnum Scotiæ dedit Malcolmo, Cumbrorum regis filio, de se tenendum.

Quod provincia Herefordensis devastatur.

Anno gratiæ MLV. [2]Victor rexit cathedram Romanam annis duobus, mensibus tribus et diebus tredecim. Eodem anno, [3]Siwardo duce Northan- A.D. 1055. Incursions of Griffin king of Wales.

[1] *Eodem anno.*] From Florence; the Normans alluded to were Osbern Pentecost and Hugo.

[2] *Victor,*] the second; he died in Tuscany, July 1057.

[3] *Siwardo.*] Simeon says that he was buried in Galmenho monastery, Yorkshire; concerning the manner of his death, see Tyrrell, i. p. 86.

humbrorum defuncto, rex Eadwardus Tosti, fratri ducis Haroldi, ducatum ejus concessit. Nec multo post, rex Eadwardus in colloquio Londoniis habito Algarum comitem [1]ab Anglia exsulavit, qui mox Hiberniam petens, octodecim navibus piraticis adquisitis, juncto sibi Griffino Walanorum rege, regnum Angliæ depopulaturus intravit; et cum tandem Herefordensem provinciam hostiliter fuissent ingressi, obviavit eis dux Ranulphus, regis Eadwardi sororis filius, cum exercitu valido, sed in primo conflictu idem Ranulphus cum suis fugam arripuit; quod videntes Algarus et Griffinus insecuti sunt hostes fugientes et quingentos ex eis peremerunt, et victoriam adepti Herefordensem ingressi sunt civitatem, ubi, septem canonicis peremptis, qui cathedralis basilicæ valvas defendebant, ecclesiam cum ornamentis et reliquiis combusserunt, et, quibusdam civibus interfectis et nonnullis captivatis villaque cremata, recesserunt prædæ ubertate ditati. Sed hoc factum cum regi Eadwardo innotuit, magnum exercitum apud Gloverniam congregavit, cui Haroldum filium Godwini præficiens, jussit ut hostes insequeretur ardenter, qui fines Wallensium audacter ingressus castra usque ad [2]Snaudunam perduxit; Algarus autem et Griffinus, scientes Haroldum esse bellicosum, fugerunt a facie ejus, illi resistere non audentes. Haroldus vero, post gravem Wallensium depopulationem, apud Herefordiam divertens, vallo illam lato cinxit et alto, portisque ac seris urbem munivit; sed nuntiis tandem inter Algarum et regem discurrentibus infirmam [3]con-

[1] *Ab Anglia exsulavit,*] 'sive culpa exlegavit,' Florence, from whom the account following has been abridged.

[2] *Snaudunam.*] 'Straddell,' Flor. or 'Streetdale,' Tyrrell.

[3] *Concordiam convenerunt,*] 'in loco qui Bililesleaga dicitur;' Flor.

cordiam convenerunt. Eodem anno Hermannus, Ramesberiensis episcopus, iratus eo quod rex concedere noluit ut sedem episcopalem apud Salesbiriam transferret, episcopatum dimisit, atque [1] mare transiens apud sanctum Bertinum habitum monachalem suscepit, annisque tribus in ipso cœnobio habitavit. Primus Ramesberiensis episcopus exstitit Ethelstanus, secundus Odo, postea Cantuariensis archiepiscopus, tertius Osulfus, [2] quartus Algarus, quintus Elstanus, sextus Siricius, septimus Alfricus, octavus Brithwoldus; hic a tempore regis Ethelredi usque ad sanctum Eadwardum duravit. De hoc quoque Brithwoldo legitur, quod cum regis Cnutonis temporibus frequenter cogitaret de regia stirpe gentis Anglorum, jam pæne deleta, si esset de cætero redintegranda, nocte quadam in stratu dormiens raptus est in superna, ubi vidit apostolorum principem Petrum, Eadwardum, qui nunc regnat, tunc in Normannia exsulantem, manibus tenere et eum in regem consecrare, atque cœlibem vitam illum ducturum et annis viginti quatuor regnaturum ostendit. Eidem quoque Brithwoldo quærenti de successione regum Angliæ dicitur esse responsum, 'Regnum Angliæ Dei est, et ipse sibi reges providebit.' Hermannus igitur supradictus ad suum episcopatum reversus, rege Eadwardo concedente, episcopatum Scireburnensem cum Ramesberiensi conjungens, apud Saresberiam sedem transtulit cathedralem. Bishops of Ramsbury.

Levegarus episcopus perimitur.

Anno Domini MLVI. Ethelstanus, Hereforden- A.D. 1056.

[1] *Mare transiens.*] During his absence the see was held by Ealdred bishop of Worcester; Flor. ad an. 1058.

[2] *Quartus Algarus.*] The text follows Malmsbury; Florence puts Alfgar in the fifth, and Alfhstan in the fourth place.

Succession of bishops.

sis præsul, obiit, et Levegarus, ducis Haroldi capellanus, successit; hunc præsulem in omni religione perfectum Griffinus, rex Wallensium, Herefordensi civitate cremata, [1]peremit; [2]cui Walterus succedens usque ad tempora Willelmi regis duravit. Eodem anno [3]Egelricus, præsul Dunelmensis, episcopatu sponte relicto, apud Burgum habitum monachilem suscepit, et annis duodecim laudabiliter vixit.

Quod rex Eadwardus nepotem suum revocavit.

A.D. 1057. Eadward, son of Eadmund, recalled.

Anno gratiæ MLVII. rex Anglorum [4]Eadwardus, cum in diebus suis processisset, Aldredum, Wigorniensem episcopum, in Hungariam mittens, revocavit inde Eadwardum, filium regis Eadmundi fratris sui, cupiens ut sibi succederet in regnum. Venit ergo Eadwardus, cum filio suo Eadgaro et filiabus Margareta et Christina, sed post adventum parvo vivens tempore, in urbe Londoniarum vitam finivit, relictis sub regis custodia Eadgaro filio cum filiabus prædictis. Eodem anno vir vitæ laudabilis, comes Cestrensis Leofricus, obiit pridie kalendas Septembris, et apud Conventriam in monasterio, quod ipse fundaverat, sepultus est; quod monasterium cum per consi-

[1] *Peremit.*] Leofgar was killed on the 16th June, at a place called Claftbirig, Flor.; or, according to Hoveden, Glastonbury.

[2] *Cui Walterus;*] but not until 1060, during which interval the see was filled by Ealdred bishop of Worcester, who, on being translated to York, resigned Worcester into the hands of Walter; see an account of his death, from Malmsbury, in Godwin, ii. p. 59.

[3] *Egelricus.*] He was succeeded by his brother Egelwine, also a monk of Peterborough, who was driven from his bishopric in 1070, and, in attempting to escape to Cologne, was driven back by contrary winds, when, with some others, he seized upon the island of Ely, where he defended himself against the king's officers; he was, however, taken and imprisoned at Abingdon in 1070, where in the winter of that year he died; Flor. Sim.

[4] *Eadwardus.*] Eadward Aetheling, son of Eadmund Ironside; he was buried in S. Paul's church; Sax. Chron.

lium nobilis comitissæ Godivæ uxoris suæ in proprio fundasset territorio, mediante fœmina religiosa, monachos imposuit, quibus sufficienter in terris, silvis et ornamentis ditatis, ita providit, quod in tota Anglia non inventum fuit cœnobium adeo abundans in auro et argento, in gemmis vel vestibus pretiosis. [1]Godiva vero comitissa et amatrix Dei genitricis villam Conventrensem a gravi thelonei servitute liberare affectans comitem virum suum sæpe magnis precibus rogavit, ut Jhesu Christi et ejus genitricis intuitu villam a prædicta absolveret servitute et aliis exactionibus importunis; cumque comes increparet illam, quod rem sibi damnosam inaniter postularet, prohibuit constanter, ne ipsum super hanc rem amplius conveniret; illa e contrario pertinacia muliebri ducta virum indesinenter exasperans de præmissis tale responsum ab illo recepit, 'Ascende,' inquit, 'equum tuum nuda et transi per mercatum villæ ab initio usque ad finem, populo congregato, et cum redieris, quod postulas impetrabis;' cui Godiva respondens ait, 'Et, si hoc voluero, licentiam mihi dabis?' ad quam ille, 'Dabo,' inquit. Tunc comitissa Deo dilecta duobus comitata militibus nuda, ut prædictum est, equum ascendens crines capitis et tricas dissolvit corpusque suum totum inde velavit, et forum pertransiens a nemine visa, apparentibus cruribus tamen candidissimis, iter complevit, et ad virum gaudens reversa, hoc factum admirantem, quod petierat impetravit; comes vero Leofricus villam Conventrensem et homines a præfata liberans servitute, per cartam suam quod fecerat confirmavit. Wigornensem præterea et sanctæ

The countess Godiva.

[1] *Godiva vero comitissa.*] Compare the account following with that of Simeon, col. 189, and Bromton, col. 949; Scriptt. Dec.

Mariæ de Stone, sanctæque Wereburgæ virginis, in Legeccstria, ecclesias cum cœnobiis de Hevesham, de Weneloac, et [1]de Lentona, terris, ædificiis ac variis ornamentis idem comes instinctu comitissæ magnifice ditavit.

De casu mirabili qui Romæ accidit.

A.D. 1058. Legend. Anno gratiæ MLVIII. [2]Stephanus sedit in cathedra Romana mensibus novem, cui succedens Benedictus[3] novem mensibus, ut ejus prædecessor, cathedram gubernavit. Eodem tempore [4]civis quidam Romanus, ætate juvenis, dignitate senatoria clarus, generosam sibi [5]quandam virginem matrimonio copulavit, ob cujus honorem, suis sodalibus, diebus multis convivia præparavit. Cumque die quadam in campum processissent, ut fessos deliciis stomachos ludendo solidarent, pilam poscunt et multum diei spatium ludendo consumunt; sed ne jocando juvenis annulum amitteret nuptialem, in digito extento cujusdam statuæ æneæ clam sodalibus collocavit, et ad ludum conversus, incalescentibus præ nimio cursu visceribus, a ludo se primus subtraxit, et veniens ad statuam digitum, in quo annulum posuerat, ad volam usque reflexum et annulum in digito invenit firmiter constrictum; qui ali-

[1] *De Lentona.*] Florence and Simeon read 'Leonense;' and Bromton, 'Leonense juxta Herefordiam:' probably Lena in Herefordshire. Lenton, Notts. was not founded until the reign of Henry the first

[2] *Stephanus,*] the ninth. The error of Florence is here copied; Stephen was elected to the papal chair in Aug. 1057, and died at Florence in March 1058.

[3] *Benedictus,*] the tenth, antipope, elected against the wish of the cardinals; he held the chair he had usurped until the middle of Jan. 1059.

[4] *Civis quidam Romanus.*] He is called Lucius by Bromton, who, with Malmsbury, records the legend following; col. 950, and § 205.

[5] *Quandam virginem,*] by name Eugenia; Bromton.

quandiu inaniter luctans, ut digitum frangeret, vel quocunque modo annulum extorqueret, cum se nihil proficere cognovit, tacite, ne res sodalibus innotesceret, perturbatus discessit; et nocte sequenti, cum famulis ad statuam rediens, digitum invenit extentum, et annulum admirabatur sublatum. Damno itaque dissimulato, cum nocte sequenti juxta novam se collocasset, quiddam nebulosum sensit et densum inter se et illam volutari, quod sentiri potuit nec videri; hoc quoque obstaculo ab uxoris amplexu prohibitus, vocem sibi dicentem audivit, 'Mecum concumbe, quia me hodie desponsasti, nam ego sum Venus, cujus digito annulum posuisti; habeo illum, nec reddam.' Elapsum est autem multum tempus, ut quacunque hora ille in uxoris gremio vellet recubare, id ipsum sentitur et audivit; in aliis quidem rebus juvenis valens erat et strenuus, tam in foro quam in exercitio militari. Tandem de consilio uxoris, res utrorumque parentibus est detecta; illi autem, habito super hoc celeri consilio, Palumbo cuidam, presbytero suburbano, rem gestam exponunt. Erat quidem ille nicromanticis artibus instructus, ut magicas excitaret figuras, dæmones provocaret, et eos ad agendum opus quodlibet stimularet; pacti sunt ergo presbytero auri et argenti magnum acervum, ut, si esset possibile, annulum revocaret. At presbyter, epistolam arte mechanica compositam juveni bajulans, dixit, 'Vade illa noctis hora ad compitum, ubi se via scindit in quadrium, et stans ibi tacite rei eventum diligenter explora; transient enim ibi figuræ hominum utriusque sexus, omnis ætatis, gradus omnis et conditionis, quorum quidam pedites, quidam erunt equites, vultus in terram demittentes, quidam caput tumido supercilio Legend.

Legend. efferentes; et si loquantur tecum nulli respondebis, nam quicquid ad lætitiam pertinet vel tristitiam in illorum vultibus et actibus incunctanter videbis. Sequetur illam multitudinem quidam, reliquis statura formosior et corpore major, in curru sedens, cui epistolam tradens tacitus ad legendum, continuo quod volueris fiet, si constanter tantummodo perseveraveris.' Adolescens igitur satis animose quæcunque sibi indicta fuerant aggreditur, et, stans intrepidus ad compitum, dictorum presbyteri visu fidem explorat; inter cæteros autem transeuntes vidit mulierem ornatu meretricio, mulam inequitantem, crinibus solutis humeros velantem, in manibus virgam tenebat auream, qua equitaturam regebat, quæ, præ vestium subtilitate pæne nuda, gestus exercuit impudicos. Quid plura? Ultimus ille, qui dominus videbatur, oculos terribiles in juvenem retorquens, a superbo axe currus, smaragdis et unionibus composito, adventus ejus causas exquirit, at juvenis nihil respondens protensa manu epistolam porrexit; dæmon vero notum sigillum non ausus est contemnere, sed illico scriptum relegit, et mox, brachiis in cælum expansis, ait, 'Deus,' inquit, 'omnipotens, quamdiu Palumbi presbyteri nequitias patieris?' Nec mora, satellites a latere suo misit, qui annulum a Venere extorquerent; sed illa diu tergiversata vix tandem annulum resignavit. Itaque juvenis, voti compos effectus, sine obstaculo potitus est amoribus uxoris diutius suspiratis; sed Palumbus presbyter, ubi dæmonis querelas ad Dominum de se audivit transmissas, finem dierum sibi imminere cognovit, quocirca, omnibus membris suis cultro truncatis, mirabili pœnitentia defunctus est, confessus papæ coram populo flagitia inaudita.

Quod dux Haroldus Willelmo duci Normanniæ Angliam juravit.

Anno gratiæ MLIX. [1]cum dux Haroldus in prædio suo [2]apud Boseham moraretur, die quadam ingressus est navem piscatoriam, ut animum oblectaret, cumque ludo longiori in altum mare progrederetur, adversa subito tempestate suborta, ipse cum sodalibus [3]in Pontivum compellitur pagum, qui ab hominibus regionis captus et vinculis in carcere trusus, imponunt ei ipsum illuc explorandi gratia advenisse. Haroldus, astuto pectore, qualiter liberaretur excogitans, nuntium ingentibus promissis inductum ad ducem Normanniæ Willelmum direxit, mandans se ad ipsum a rege Eadwardo destinatum, ut ardua sibi quædam negotia revelaret ; addidit etiam, a Godwino Pontivi comite sese detineri in vinculis, quo minus regia exsequatur mandata. Ita Haroldus, Willelmo mediante, liberatus ab ipso Godwino in Normanniam est adductus, quem Willelmus honorifice suscipiens, in alimentis et vestibus ipsum civiliter decoravit. Tunc Haroldus, ut apud Willelmum uberiorem gratiam inveniret, castellum Doroberniæ, quod jus suum erat, et post mortem regis Eadwardi regnum Angliæ, sacramento firmavit ; quare filiæ suæ adhuc parvulæ desponsione et totius patrimonii amplitudine donatus, familiaris apud Willelmum

A.D. 1059. Interview of Harold with William of Normandy.

[1] *Cum dux Haroldus.*] The time and cause of Harold's visit to Normandy are variously related. The account following is taken from Malmsbury, p. 383. Tyrrell thinks that the date of this visit should be placed in 1064. Compare Gul. Gemet. vi. § 31, Gul. Pictav. ad an. 1065, with Bromton.

[2] *Apud Boseham.*] The church of Boseham is represented in the Baieux tapestry as a structure of considerable consequence. Introd. to Domesday, i. p. 295.

[3] *In Pontivum compellitur.*] Compare the account following with William of Poitou, ed. Duchesne, p. 191.

habebatur. Alii autem aliter scribunt, quod videlicet Haroldus a rege Eadwardo fuerat in Normanniam missus, ut ducem Willelmum in Angliam conduceret, quem idem rex hæredem sibi constituere cogitavit.

Nicolaus papa.

A.D. 1060. Succession of bishops.

Anno Domini MLX.[1] Nicolaus sedit in cathedra Romana annis duobus, mensibus sex; et anno eodem Kinsius obiit, Eboracensis archiepiscopus, et successit ei Aldredus, Wigorniensis antistes; Herefordensis episcopatus quoque, qui propter ejus industriam ei commissus fuerat, Waltero datur Lotharingo, Edithæ reginæ capellano; et eodem anno, defuncto Duduc, Wellensi episcopo, Gisa[2] regis capellanus successit.

Quod archiepiscopus Eboracensis Romæ pallium obtinuit.

A.D 1061. English bishops at Rome.

Anno gratiæ MLXI. Aldredus, Eboracensis electus, cum Tostio comite Romam profectus a papa Nicolao pallium suscepit; ubi etiam consecrati sunt Gisa, Wellensis antistes, et Walterus Herefordensis.

Sanctus Wlstanus Wigornensis præsul eligitur.

A.D. 1062. S. Wlstan.

Anno Domini MLXII.[3] Wlstanus, prior ecclesiæ Wigorniensis, vir eximiæ religionis, ad ejusdem ecclesiæ eligitur præsulatum et, rege acclamante cum populo, episcopus consecratur. Consecratus

---

[1] *Nicolaus,*] the second. He was crowned pope in January 1059, and died at Florence in July 1061.

[2] *Gisa,*] or Giso. He was consecrated on Easter-day 1061, and died in 1088.

[3] *Wlstanus.*] He died the 19th January 1095; he was afterwards canonized. His life by Hemming, a contemporary monk, is printed in the Angl. Sacr. i. p. 541, and in three books, by Malmsbury, Angl. Sacr. ii. p. 241.

est autem ab Aldredo, Eboracensi archiepiscopo, quia archiepiscopus Stigandus tunc fuerat ab officio suo suspensus, pro eo quod, vivente Roberto, Cantuariensi archiepiscopo, illum archipræsulatum occupare præsumpsit.

Per idem quoque tempus, in confinio minoris Britanniæ et Normanniæ, [1]natum portentum, in quo, in una vel potius duabus mulieribus, duo erant capita et quatuor brachia, et cætera omnia gemina usque ad umbilicum, inferius vero duo erant crura, duo pedes et cætera omnia singula; ridebat, comedebat, loquebatur una, flebat, esuriebat, tacebat altera, ore gemino manducabatur, sed uno expellebatur meatu. Tandem una defuncta, altera supervixit; portabat fere per triennium viva mortuam, donec mole ponderis et fetore cadaveris ipsa defecit.

Quod dux Haroldus Walliam totam devastavit.

Anno gratiæ MLXIII. dux West-saxonum Haroldus, jussu regis Eadwardi, hostiliter in [2]Walliam perrexit, ut inquietaret regem Griffinum; sed ille, præcognito ejus adventu, navem ascendit et fugiens vix evasit. Haroldus vero, cum illum comperit aufugisse, majorem exercitum congregavit, cui [3]Tostius frater ejus ex mandato regis occurrens, junctis viribus, per terram et mare pariter regionem illam depopulare cœperunt; unde Wallenses, necessitate compulsi, obsides illi dederunt et tributum se regi Eadwardo reddituros deinceps promiserunt, regemque suum Griffinum in exilium expulerunt.

A.D. 1063. Expedition into Wales.

---

[1] *Natum portentum.*] See the life of S. Eadward in Capgrave, fol. cxv. b. col. 2. Compare Malmsb. § 207.

[2] *Walliam perrexit.*] So the Sax. Chron.; but the particulars of this Welch expedition may be found in Florence and Simeon, ad an. 1063, and the following year.

[3] *Tostius,*] Tostig; Sax. Chron.

Quod Wallenses regem suum peremerunt.

A.D. 1064. Death of Griffin. Anno Domini MLXIV. gens Wallensium, nonas Augusti, rege Griffino perempto caput suum duci Haroldo miserunt, quod mox Haroldus ad regem Eadwardum transmittens, alium Wallensibus regem præfecit; qui, Anglorum regi fidelitatem faciens, omnia, quæ regibus Anglicis solvi debebantur, ipse fideliter se redditurum spopondit.

De inventione sancti Oswini regis et martyris.

A.D. 1065. Discovery of the body of S. Oswini. Anno gratiæ MLXV. [1]inventa sunt ossa sanctissima beati Oswini regis et martyris, in hunc modum; Post passionem vero præclarissimi regis memorati, sicut in tractatu de ejus martyrio constat superius luculenter expressum, corpus ipsius ad monasterium beatæ Dei genitricis Mariæ, in ostio Tynæ fluminis ad aquilonem situm, delatum est, et in eo, regio more, sepultum; ubi propter miraculorum ejus frequentiam, per innumera annorum curricula a populo regionis locus sepulturæ illius in tanta reverentia est habitus, ut regem et martyrem penes eos sepultum, dominum et patronum in terris et defensorem habere exoptarent in cælis: unde processu temporis, ad majorem magnifici martyris gloriam, virgines sanctimoniales, de cœnobio sanctæ Hildæ abbatissæ ad ejus corpus introductæ, usque ad persecutionem Danicam, Hinguaris et Hubbæ fratrum rabie excitatam, in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ in supremo religionis culmine permanserunt. In hoc quoque diabolicæ persecutionis ardore cœnobium illud et cuncta ejus ædificia, cum cæteris Angliæ monasteriis, creditur demolitum a præ-

[1] *Inventa sunt ossa.*] Florence and Simeon agree in assigning this date to the invention of Oswini; but in his life, Capgrave, cclvii. b. it is stated that the discovery was made in 1110.

fatis diaboli ministris, sacris virginibus per martyrium ad cælestia regna translatis; post hæc quidem per multa annorum curricula, sub potestate Danorum infidelium regione illa devoluta, sancti martyris memoria penitus a mentibus provincialium est deleta; tandem paulatim redeunte fidelium devotione, et fidei excrescente puritate, episcopus loci ibi in ecclesia Dei genitricis presbyteros statuit et clericos, qui provincialibus parochianis divina mysteria celebrarent. Jacuit interea martyr beatissimus, cespite abjectiori tumulatus, usque in tempora Egelwini, Dunelmensis præsulis, et [1]Tostii, Northanhumbrensium comitis, qui post Siwardum, non hæreditaria successione, sed regis Eadwardi donatione, obtinuit comitatum. Placuit igitur divinæ pietati, prædicto pontifice vivente, beati martyris reliquias in lucem, ad totius ecclesiæ proventum, efferre, ut lucerna diu sub modio constituta, super candelabrum accensa, infidelitatis tenebras illustraret. Erat autem ædituus quidam prædictæ ecclesiæ, in qua corpus beati martyris humatum fuerat, nomine Eadmundus, vir quidem religiosus et beato martyri devotus, qui, licet non de corpore alicujus monasterii titulo professionis esset adstrictus, habitu tamen religionis fuerat insignitus; hic nocte quadam, cum post nocturnas vigilias in ecclesia membra sopori dedisset, adstitit ei vir quidam statura procerus et cælesti fulgore præclarus, qui viri nomen exprimens dixit, 'Frater Eadmunde, frater Eadmunde, ego sum rex Oswinus, qui in hac ecclesia jaceo, omnibus incognitus; surgens ergo dic pontifici Egelwino, ut in hujus oratorii pavimento corpus

Discovery of the body of S. Oswini.

[1] *Tostii.*] He succeeded Siward in 1055, and, according to Florence and the Sax. Chron., was outlawed in 1065.

meum quærat, et inventum decentius solito in eodem oratorio componere non omittat.' Expergefactus itaque Eadmundus, et de visione lætificatus, summo diluculo pontificem adiit et seriem visionis illi reverenter expressit. Pontifex autem, his auditis, ineffabili gaudio exultavit, et reverenter ad locum veniens populum multum de partibus remotis ibidem congregatum invenit, et ad præsulis mandatum, facta ab omnibus oratione, oratorii pavimentum fodere incipientes, multo diei spatio evoluto, nihil quærendo proficiunt; porro confusus Eadmundus de injuria sancti, accepto ligone, in loco, ubi omnes diu foderant, animose terram percussit, et ictu iterato laminam sepulturæ offendit, et, lapide revulso, pretiosas reliquias gaudens invenit. Levatur igitur a præsule corpus sanctissimum, et ejusdem præsulis manibus lotum et syndone munda involutum in loco eminentiori ecclesiæ honorifice est locatum; lotura quoque sanctissimi corporis in angulo oratorii, episcopo jubente, effusa multis postea non solum hominibus sed etiam animalibus profuit, cujus pulvis in aqua fusus et potatus multos a variis languoribus liberatos pristinæ restituit sanitati. Acta autem sunt hæc a passionis ejus anno quadringentesimo quartodecimo, quinto idus Martii.

De quodam miraculo capillorum sancti Oswini.

Miracle. Juditha[1] comitissa, uxor Tostii, quæ ab episcopo ad hanc inventionem pergenti aliquam sibi de sanctis reliquiis portiunculam dari postulaverat, ex capillis sancti martyris penitus incorruptis, ex dono ipsius, magnam portionem accepit; quæ quosdam, sancta devotione inducta, voluit

[1] *Juditha.*] Compare the life by Capgrave, cclvii. b.

incredulos in fide confirmare: jussit ignem copiosum in medio aulæ accendi, et, pilis fiducialiter injectis, ipsi læsionem non sentientes incendii debacchantis in majorem sunt formositatem conversi. Tunc comitissa, rei magnitudinem admirans, capillos sancti martyris ab incendio sublatos honore condigno, episcopo dictante, recondidit, et simplicem, quæ ad hoc spectaculum convenerat, turbam in devotione beati martyris confirmatam abire permisit.

Quomodo Wallenses quosdam regis ministros peremerunt.

Disturbances in Wales.

Eodem anno dux Haroldus, in terra Wallensium magnum [1] ædificium construens, multa, quæ ad esum pertinent, hoc animo ibidem paravit, ut rex Eadwardus tempore venationis posset illuc animum aliquandiu delectari; sed Craddoc, Griffini filius, quem anno præterito exsulaverat Haroldus [2] in festo sancti Bartholomæi, illuc hostiliter accessit, et operarios fere cunctos et eorum magistros interfecit, auferens omnia quæ ad esum fuerant congregata.

De nequitia filiorum Godwini proditoris.

Of the sons of Godwin.

Contigit [3] autem eodem anno, in præsentia regis Eadwardi, apud Wyndeleshoram, quod Tostius comes Northanhumbrorum, invidia ductus, Haroldum fratrem suum, vina regi propinantem, per capillos arreptum, cunctis de familia regis admirantibus, nimis eum inhoneste tractaret; at Ha-

[1] *Ædificium construens,*] 'in loco, qui Portascith dicitur,' Flor.

[2] *In festo sancti Bartholomæi;*] the 24th of August.

[3] *Contigit autem eodem anno.*] The account following is taken from Henry Huntingdon, Scriptt. post Bed. p. 367. Compare Sax. Chron. and Flor. ad an. 1064. Huntingdon says that this quarrel took place in the twenty-second year of Eadward's reign, which will agree with the other authorities cited.

roldus, ad vindictam provocatus a fratre, ipsum inter brachia complexum in editum levans, in pavimentum truculenter projecit; quo viso, milites undique prosilientes, et litem jam inter fratres contestatam potenter dirimentes, bellatores inclytos ab invicem diviserunt. Rex autem perniciem eorundem fratrum jam appropinquare, et iram Dei ultricem nondum esse differendam, prædixit. Tantæ namque iniquitatis omnes filii Godwini proditoris erant, quod si alicujus villam nitidam conspicerent, dominum illius de nocte interfici procurarent et progeniem ejus totam, sicque ut possessionem defuncti obtinerent; qui tamen super tot flagitia regis simplicitatem ita circumvenerunt, quod ipsos regni justiciarios constituerat et rectores. Tostius igitur, post hanc altercationem cum fratre Haroldo factam, a curia regis furibundus recessit, et veniens ad Herefordensem civitatem, ubi frater suus Haroldus magnum regi convivium paraverat, omnes ministros ejus detruncavit, et vasis singulis, vini scilicet, medonis, cervisiæ, pigmenti morati cicere, crus humanum, brachium vel aliquod membrum projecit, mandans regi, ut ad firmam suam veniens cibos ad sufficientiam inveniret salsatos, delicias secum deferre curaret. Rex quoque hoc audiens ob scelus adeo detestandum eum exsulari præcepit.

Quomodo Norenses comitem suum Tostium ab Anglia fugaverunt.

Expulsion of Tosti.

Eodem tempore Northanhumbrenses quinto nonas Octobris insimul conglobati, ad Eboracum venientes, comitem suum Tostium fugaverunt, et familiam ejus totam, tam Danos quam Anglos, perimentes, thesauros et arma, et omnia quæ illius erant, rapuerunt; quo expulso, consti-

tuerunt comitem illius provinciæ [1]Mercherum, filium Algari consulis, regi nuntiantes, quod ipsum in comitatu confirmaret; quod cum rex Eadwardus annuisset, Tostius mox cum uxore sua in Flandriam divertit ad comitem Baldewinum, et apud sanctum Audomarum hyemem transegit.

De dedicatione monasterii beati Petri extra Londonias.

A.D. 1066. Dedication of S. Peter's, Westminster.

Anno Domini MLXVI. rex Anglorum Eadwardus, in nativitate Domini, curiam suam apud Westmonasterium tenuit et ecclesiam, quam extra urbem Londoniarum a fundamentis construxerat, in die sanctorum Innocentium, in honorem sancti Petri apostolorum principis, cum magna gloria [2]dedicari fecit; sed inter hujusmodi dedicationis festiva solennia, et ante, idem rex gravi infirmitate detentus fuerat. Ingruente morbo, lecto decubuit, in quo cum per biduum elinguis et quasi exanimis jacuisset, die tertia velut a morte resuscitatus, graviter et profunde suspirans ait, [3]'Deus,' inquit, 'omnipotens, si non est illusio phantastica, sed visio vera, quam vidi, concede mihi facultatem eam adstantibus exponendi, vel, si e contrario sit falsa, mihi rogo facultatem subtrahas referendi;' sed mox oratione finita, expedite satis et aperte loquens dixit, 'Duos,' inquit, 'modo monachos vidi mihi adsistere, quos adolescens olim in Normannia videram religiosissime vixisse et Christianissime

[1] *Mercherum.*] 'Morkere,' Sax. Chron. ad an. 1064; 'Marcherum,' Huntingdon. Compare Malmsb. p. 343.

[2] *Dedicari fecit.*] So Sax. Chron. and the rest. Compare Tyrrell, i. p. 93. The charters bearing upon the foundation of S. Peter's, Westminster, are printed by Spelman, Concil. p. 627.

[3] *Deus, inquit, omnipotens.*] Compare Malmsbury and Ailred abbot of Rievaulx, in his life of Eadward.

cognovi obiisse. Hi, se Dei nuntios esse et ad me missos asserentes, talia subjunxerunt, 'Quoniam primores Angliæ, duces, episcopi et abbates, non sunt ministri Dei sed diaboli, tradidit Deus hoc regnum uno anno et die uno in manu inimici, dæmonesque terram hanc totam pervagabunt.' Cumque ego hoc me ostensurum populo dicerem, ut peccatores facta confessione et satisfactione resipiscerent et misericordiam consequerentur, more Ninivitarum, 'Neutrum erit,' inquiunt, 'quia nec ipsi pœnitebunt, nec miserebitur eis Deus.' Et ego, 'Quando,' inquam, 'tantarum calamitatum poterit sperari remissio?' ad hoc illi responderunt, 'De hoc ita erit, quasi si arbor viridis succidatur in medio et pars abscissa longius deportetur a stipite, cum, sine quolibet auxilio, iterum connexa trunco cœperit florere et fructus producere, tunc poterit sperari talium remissio malorum.' [1]Hujus itaque vaticinii veritatem postea experti sunt Angli, quod videlicet Anglia alienigenarum habitatio fuerat et exterorum dominatio, quia paulo post, nullus Anglus vel dux vel pontifex vel abbas fuit, nec etiam ulla spes erat hujus miseriæ finiendæ.

De morte regis Eadwardi tertii et virtutibus ejus.

Death of Eadward.

Pacificus igitur rex Eadwardus, Anglorum decus, regis Ethelredi filius, postquam viginti quatuor annis regnum tenuisset, quarta indictione et in vigilia epiphaniæ Domini, feria quinta, pro regno temporali [2]commutavit æternum. Defunctus autem rex beatissimus, in crastino sepultus est Londoniis in ecclesia, quam ipse novo

[1] *Hujus itaque vaticinii veritatem.*] 'Hujus vaticinii veritatem, quamvis cæteris timentibus, tunc Stigandi archiepiscopi risus excepisset, dicentis vetulum accedente morbo nugas delirare.' Malmsb. p. 381.

[2] *Commutavit æternum.*] He died on Thursday the 5th of January 1066.

compositionis genere construxerat, a qua post multi, ecclesias construentes, exemplum adepti opus illud sumptuosis æmulantur expensis. [1]In hoc denique rege linea regum Angliæ defecit, quæ a Cerdico, primo West-saxonum rege ex Anglis, quingentis et septuaginta uno annis non legitur interrupta, præter per paucos Danos, qui, peccatis exigentibus gentis Anglorum, aliquandiu regnaverunt. Nunc ergo, quoniam superius de hujus beatissimi regis et confessoris, Eadwardi, secularibus curis et bellorum occupationibus sufficienter continetur expressum, congruum nihilominus videtur, ut de ejus sanctitate et virtutibus vel pauca dicamus. Nam adhuc in mortali corpore constitutus, cum secretorum cælestium indagator esset solertissimus, nonnulla ei Rex regum per prophetiæ spiritum relatu digna revelavit arcana ; nempe cum quodam tempore, apud[2] Westmonasterium, in die Paschæ, regali more curiam tenuisset, rex sedens ad mensam, vocem subito in risum exaltans nimis aperte, omnium in se oculos convivantium provocavit. Mirantibus autem cunctis, quod sine causa, ut putabant, risisset, cum rex post prandium in thalamum divertens inter pontifices et magnates consedisset, dux Haroldus regi dixit, ‘ Rem insolitam, domine rex, vidimus hodie, unde omnes mirati sumus, quia te nunquam conspeximus tam aperte ridentem,’ cui rex, ‘ Mira vidi, et ideo non sine causa risi.’ Tunc adsidentes proceres, tantum virum de vanitate risisse non suspicantes, cœperunt suppliciter illum rogare, ut occasionem tantæ lætitiæ illis exponere dignaretur, et, cum multis precibus ab illis coactus fuisset, ait, ‘ Plus-

His character.

[1] *In hoc denique rege.*] See Malmsbury, p. 385.

[2] *Apud Westmonasterium, in die Paschæ.*] The following vision is abridged also from Malmsbury, p. 377.

quam anni ducenti sunt evoluti, ex quo septem dormientes in spelunca Cœlii montis apud Ephesum supra dextrum latus quieverunt, sed nunc, postquam ad mensam sedimus, supra sinistrum latus conversi usque ad septuaginta annos jacebunt.' Hæc autem audientes qui adfuerunt, interrogabant, quid hæc conversio significaret, et ille, 'Ista nimirum conversio dirum mortalibus omen portendit, nam bella et oppressiones gentium genus humanum intolerabiliter torquebunt, et multorum mutationes regnorum erunt, et pagani a Christianis, Christi virtute, conterentur.' His et multis aliis auditis, proceres præfati cum admiratione a rege recedentes, legatos ad hujus rei veritatem indagandam mittere decreverunt; Haroldus vero dux misit militem, episcopus quidam qui adfuit clericum, abbas vero monachum, cum regiis muneribus et literis regio sigillo munitis [1]ad Michaelem, Constantinopolitanum imperatorem, postulantes, ut regis Anglorum Eadwardi legatis [2]septem juberet dormientes ostendi; imperator autem legatos Angliæ, de partibus tam remotis venientes, benigne suscipiens, prædictos septem dormientes eis monstrare fecit, qui omnia de sanctis dormientibus indicia, quæ rex Eadwardus in Anglia prædixerat, invenientes, oblatis muneribus, et Deo gratias agentes ad propria sunt reversi.

De corporis munditia regis Eadwardi.

His chastity. Hoc autem de rege sanctissimo non est tacendum, quod nec propriam læserit aliquando [3]carnis

[1] *Ad Michaelem.*] Malmsbury erroneously calls him Maniches. The emperor Michael VI. is probably intended.

[2] *Septem juberet dormientes.*] For an abridged account of the story of the Seven Sleepers, see Malmsbury, p. 378, *note* [3].

[3] *Carnis munditiam.*] Compare the life by Capgrave, cx. col. 2.

munditiam, nec alicujus pudicitiam mulieris. Habuit tamen reginam, Godwini comitis, ut supradictum est, filiam, nomine Editham, in cujus pectore omnium liberalium artium repositum erat magisterium, sed modicum in rebus secularibus ostendebat ingenium; hanc quoque rex, ut conjugem, tali arte tractavit, quod nec toro removit, nec eam virili more carnaliter cognovit; quod, utrum patris illius, qui proditor erat convictus, et familiæ ejus odio, quod prudenter pro tempore dissimulabat, an amore castitatis id fecerit, incertum habetur; sed hoc summopere præsumendum est, quod rex religiosus de genere proditoris hæredes, qui sibi succederent, noluerit procreare.

De coronatione Haroldi regis, et qualiter regem Noricorum vicit.

Election of a successor.

Defuncto, ut prædictum est, Eadwardo, Anglorum rege sanctissimo, [1]fluctuabant proceres regni, quem sibi regem præficerent et rectorem; quidam enim Willelmo Normannorum duci, quidam comiti Haroldo filio Godwini, alii autem favebant Eadgaro filio Eadwardi. Eadmundus vero Latus-ferreum, rex naturalis de stirpe regum, genuit Eadwardum, Eadwardus Eadgarum, cui de jure regnum debebatur Anglorum; sed Haroldus, vir callidus et astutus, intelligens quia 'nocuit semper differre paratis,' in die Epiphaniæ, qua rex Eadwardus sepultus est, extorta fide a majoribus, capiti proprio imposuit diadema. Post cujus promotionem, Tostius frater ejus, a Flandria veniens cum navibus sexaginta, in ostio Humbri fluminis applicuit, ubi piraticam exer-

[1] *Fluctuabant proceres.*] This account of Harold's election agrees with Huntingdon partly, and partly with Malmsbury; compare Tyrrell, i. book vi. p. 105, and Introduction, p. lxii. *seqq.*

cens rapinam, ab Eadwino et Mercardo fratribus de provincia pulsus in Scotiam vela direxit; qui ibidem [1]regi Noricorum Haroldo in obviam veniens, fœdus per fidem cum eo pepigit. Venit ad hoc in Angliam trecentis cogonibus advectus, ut eam subjicere conaretur; tandem in Northanhumbria rerum depopulationi insistens, Mercherum comitem cum hominibus regionis [2]bello victum infra Eboracum intrusit. Quo divulgato, rex Anglorum Haroldus, cunctis viribus collectis, illuc cum festinatione contendit; cumque ad villam, quæ [3]Stanford dicitur, pervenisset, invenit ibi adversarios prædictos, ubi, licet difficile credatur, [4]unus solus Noricus in ingressu pontis stans, multis interemptis ex Anglis, omnes a transitu repercussit; qui, invitatus ad deditionem, irridebat Anglos, dicens, imbecillis animi esse viros, qui uni nequiverunt resistere bellatori. Nemine igitur propius audente accedere, eo quod cunctis videretur inconsultum cominus congredi cum illo, unus tandem de familia regis in illum spiculum dirigens perforavit, et mortuus in flumen corruens victoriam Anglis concessit, et continuo exercitus Anglorum libero transitu transjectus a tergo cædit Noricos fugientes. Denique Noricorum rege Haroldo, et Tostio, fratre regis Anglorum, cum multis aliorum interfectis, rex Anglorum omnem prædam et manubias in proprios usus, nulli quicquam commu-

Battle of Standford Bridge.

[1] *Regi Noricorum Haroldo.*] Harold Harvagre, or the Fair-haired, called also Hardrade.

[2] *Bello victum.*] Huntingdon says, upon the Humber, at Eouorwic; Florence, that it was fought on the vigil of S. Matthew, 20th September, on the north bank of the Ouse river, near York. Simeon calls the name of the place Fulford (a village about two miles from the city).

[3] *Stanford.*] The battle of Standford Bridge, since called Battle Bridge, was fought on the 25th Sept. 1066.

[4] *Unus solus Noricus.*] This anecdote is copied from Malmsbury, p. 386.

nicando, convertit; unde commilitones ejus plurimum indignantes a rege unanimiter recesserunt.

Quomodo dux Normannorum Willelmus Haroldum de pacto arguit.

Harold breaks his oath with William.

Rex igitur Anglorum Haroldus, de tam triumphali eventu in superbiam elatus, [1]nihil de pacto inter se et Willelmum Normannicum ducem olim sacramentis firmato cogitabat; auxit autem securitatem ejus mors filiæ ducis Willelmi, quam infra nubiles annos desponderat, addito eo, quod idem Willelmus ducum conterminorum bellis fuerat implicatus, unde minas ejus nunquam ad factum erupturas sperabat. Sacramentum vero, quod in necessitate fecerat, asseruit non esse tenendum, cum regnum non posset, Eadwardo adhuc rege vivente, nec dare, nec ipso, illud cuiquam concedere, inconsulto; sed aliud Haroldus, et Willelmus aliud cogitavit, nam protinus, cum Haroldum cognovit diademate redimitum, per nuntios illum leniter de rupto fœdere increpavit, affirmans comminando ante annum sese debitum exacturum. Haroldus, e contra, per eosdem legatos prædictas cum Willelmo duci remandasset excusationes, legati inaniter revertentes ad propria ducem Normannicum conveniunt in hæc verba, ‘Mandat vobis rex Anglorum Haroldus, quod veraciter necessitate compulsus, quando filiam vestram desponsaverat in Normannia, regnum tibi juraverat Anglicanum; sed contra, hæc asserit, coactum juramentum non esse observandum, nam si votum vel jusjurandum, quod in domo patris, parentibus inconsultis, puella de corpore suo scienter fecit,

[1] *Nihil de pacto inter se.*] Compare the account by Malmsbury, p. 409, from whom the text is compiled.

revocatur in irritum, multo magis juramentum, quod ipse sub virga regis positus, ipso nesciente, coactus fecerat, debet, ut asserit, irritari; affirmat præterea, nimis præsumptuosum fuisse, quod absque generali consensu regni hæreditatem vobis juraverat alienam; addit etiam, injustum esse petere, ut a regno discedat, quod tanto principum favore susceperat gubernandum.'

De adventu ducis Normannorum Willelmi in Angliam.

William prepares to invade England;

His Willelmus dux Normannicus assertionibus auditis, vehementer cœpit indignari, et, ne justam bellandi causam temeritas deformaret, ad papam Alexandrum nuntios destinavit, ut susceptum negotium auctoritate apostolica firmaretur. Unde papa, consideratis utrinque litigantium causis, vexillum Willelmo in omen regni transmisit; quo ille accepto, apud [1]Lissebonam conventum procerum congregans, super dicto negotio singulorum sententias requisivit; cumque omnes progressum ejus magnis promissionibus animassent, ita ab invicem discesserunt, ut mense Augusti ad [2]portum sancti Walerici cum equis et armis convenirent, mare illico transituri. Congregatis igitur ad terminum præfixum universis, felix aura, quæ illos in Angliam transferret, defecit; dux itaque corpus sancti Walerici pro vento deprecando foras portari jussit et sub dio reponi, et sine mora ventus optatus vela sinuavit. Tunc omnes, navibus ingressis, post prandium cursu rapido [3]Hastingas appulerunt. Dux vero Willelmus in excessu navis pede lapsus,

lands at Hastings.

[1] *Lissebonam.*] 'Lillebonam,' Malmsb. Lillebone, now Honfleur.

[2] *Portum sancti Walerici;*] now called S. Valery, near Dieppe.

[3] *Hastingas appulerunt.*] They landed at Pevensey on Michaelmas-day.

casum in melius commutavit miles, qui prope stabat, dicens, [1]'Dux,' inquit, 'Angliam tenes, rex futurus.' Qui, mox ut applicuit, omnem exercitum [2]a præda cohibuit dicens, rebus, quæ suæ erant in brevi futuræ, esse parcendum; adeo sese per dies quindecim continuos quiete agebat, ut nihil minus quam bellum cogitare videretur.

Qualiter rex Haroldus, audito Willelmi ducis adventu, contra eum ad prælium venerit.

Haroldus[3] interea de pugna Noricorum reversus, cum adventum Willelmi cognovisset, rarissimo stipatus milite Hastingas pertendit; nam, præter stipendiarios milites et conductitios, ex provincialibus admodum habebat paucos, ut levi negotio bello possent a supervenientibus superari. Præmisit tamen nuntios Haroldus, qui vires hostium et numerum æstimarent, quos inter castra dux Willelmus deprehensos circumduci, ut acies viderent, et largis dapibus refectos incolumes domino jubebat remitti. Redeuntibus autem illis percunctatur Haroldus, quid rerum reportent; at illi, magnificam ducis confidentiam distincte prosecuti, serio affirmabant, omnes de exercitu illo presbyteros videri, eo quod faciem totam cum utroque labio rasam haberent, quam Angli consuetudinem non habebant. Rex fatuitatem referentium irridens nuntiorum, dixit non esse presbyteros, sed milites animis validos et

Harold draws towards Hastings.

---

[1] *Dux, inquit.*] 'Tenes, inquit, Angliam, comes, rex futurus.' Malmsb. William of Poitou is silent respecting this anecdote; see Sharpe, p. 315.

[2] *A præda cohibuit.*] Upon the devastations of the Conqueror's army in Sussex upon its first arrival, see a very interesting note by the late Mr. Hayley, of Brightling, in Introd. to Domesday, i. p. 315.

[3] *Haroldus interea de pugna.*] The accounts of the march of Harold, with the expostulation of Gurth, the message of William, and the battle of Hastings, are all taken from William of Malmsbury.

armis invictos; ad hæc [1]frater regis, Gurth nomine, vir ultra ætatem ingentis scientiæ et virtutis, rapuit sermonem ex ore ejus dicens; 'Cum,' inquit, 'tantam Normannorum prædices fortitudinem, inconsultum existimo cum ipsis confligere, quibus inferior merito et robore habearis; nec enim contradicere vales, quin duci Willelmo sacramentum feceris voluntarie, vel invitus, unde consultius ages, si in instanti necessitate te subtrahas, ne, si perjurus decertans, vel fugam vel mortem incurras, sed nos omnino a juramento expediti justum suscipiemus bellum, pro patria pugnaturi; sic nobis pugnantibus solis, causa tua in melius prosperabitur, dum nos fugientes restituere, vel mortuos valeas vindicare.' Noluit autem Haroldi temeritas aurem placidam præbere monenti, inglorium existimans et vitæ præteritæ opprobrium, cuiquam hosti terga denudare.

Quod monachus a duce Willelmo missus Haroldo tria proponebat.

William's three proposals.

Cum hæc dicti fratres ad invicem sermocinarentur, supervenit monachus quidam a duce Willelmo transmissus, qui ex parte ejus Haroldo tria proponebat, ut vel a regno juxta suum sacramentum decederet, vel sub eo regnaturus regnum teneret, vel denique, spectante amborum exercitu, soli rem gladiis ventilarent. Hæc audiens Haroldus, legatum Willelmi nec bono vultu respicere, nec placido sermone voluit admittere, sed illum indignanter abigens hoc solum precabatur, ut inter se et Willelmum Dominus judicaret; ad hæc monachus audacter respondens

[1] *Frater regis, Gurth nomine.*] Mr. Hardy observes, that in one of the Harleian MSS. (3776, fol. 21, b,) there is a legend that Gurth survived the battle, and was seen in extreme old age by Henry the second; Malmsbury, p. 413, *note* [2].

postulavit, quod si [1]jus Willelmi negare velit, judicio sedis apostolicæ, vel prælio si maluerit, hoc Willelmus se asserit probaturum. Haroldus quoque contra has omnes assertiones, solo quod supra dictum est responso contentus, Normannorum animos exacuit ad pugnandum.

De bello apud Hastingum et de victoria ducis Willelmi.

Deinde partes adversæ acies disponunt; sed Angli, qui noctem totam insomnem cum cantibus et potationibus consumpserant, mane adhuc ebrii contra hostes incunctanter procedunt, pedites omnes cum bipennis, conserta ante se scutorum testudine, cuneum impenetrabilem ordinarunt; quod profecto illis ea die saluti fuisset, nisi Normanni more suo fuga simulata, consertas acies dissolvissent. Rex Haroldus pedes juxta vexillum stabat cum fratribus suis, ut, in commune coæquato periculo, nemo de fuga cogitaret; e contra, gens Normannorum nocte tota confessioni peccatorum intendentes, mane Dominici corporis et sanguinis munimine saginati, audacter hostes supervenientes exspectabant. Peditibus cum arcubus et sagittis Willelmus primam aciem munivit, equites retro divisis alis constituit. Dux vultu serenus clara voce suæ parti utpote justiori Deum adfuturum pronuntians, arma deposcit, moxque ministrorum tumultu inversam indutus loricam, casum risu correxit; 'Vertetur, inquam, fortitudo ducatus mei in regnum.' Tunc [2]Rollandi cantu

Battle of Hastings.

[1] *Jus Willelmi.*] Throughout the Domesday survey Harold is constantly spoken of as the usurper of the realm, 'quando invasit regnum;' the same terms are used in the Battle Abbey Chartulary; whilst in both William appears to be acknowledged as the rightful heir to the throne; see Introd. to Domesday, i. p. 311.

[2] *Rollandi cantu;*] supposed to be a metrical romance commemorating the actions of the paladin Roland, and other peers of Charlemagne, who fell at Roncevault; Malmsb. p. 415, *note* [4].

Battle of Hastings.

inchoato, ut animos bellatorum accenderet, Deique auxilio inclamato, prælium commiserunt. Bellatum est acriter hinc et inde, neutris cedentibus, in multa hora diei; quo comperto, Willelmus innuit suis, ut ficta se fuga campo subtraherent, quo commento exercitus Anglorum dissolutus quasi a tergo hostes cæsurus fugientes, sibi exitium maturavit; Normanni enim conversis agminibus adoriuntur Anglos, eos quantocius in fugam cogentes. Angli demum, tumulo quodam occupato, Normannos calore succensos acriter ad superiora nitentes in vallem dejiciunt, et levi negotio in hostes tela retorquentes et lapides in eos rotantes, multos ex eis prosternunt; item Angli, fossatum quendam præruptum noto sibi transitu occupantes, tot ibi Normannos contriverunt, ut cadavera campi planitiem tumulo coæquarent. Valuit hæc vicissitudo, modo istis modo illis vincentibus, quamdiu Haroldi spiritus corpori jungebatur. Denique non contentus ut alios hortaretur, quin militis officium sedulus exsequeretur, sæpe hostes cominus venientes feriebat, ut nullus impune accederet, quem non statim uno ictu, equum et equitem, ab invicem separaret. E contra Willelmus clamore suos exhortans inter primos discurrebat, consertos hostes invadere non sinebat, et ideo, dum ubique sævit et undique frendet, tres equos electissimos eodem die sub se confossos amisit; et, quamvis familiari susurro a custodibus sui corporis increparetur, perstitit tamen magnanimi ducis vigor indefessus, donec Haroldus, ictu sagittæ cerebro perforato, occubuit, et moriens victoriam Normannis concessit; jacentis quoque femur regis unus militum gladio præcidit, unde a Willelmo turpitudine notatus, quod rem pudendam fecisset, pulsus fuit. Fuga autem Anglorum usque ad noc-

tem duravit, quousque plenum ab hostibus triumphum, ut prædictum est, Normannis nox superveniens donavit. In hac procul dubio pugna ducem Willelmum divina manus protexit, dum tot jaculis illa die percussus, hostes de corpore ejus nihil sanguinis elicere potuerunt. Dux igitur Willelmus, omnibus bene completis, suos sepelire honeste curavit, atque hostibus absque calumnia, si qui vellent, idem præbuit licentiam exsequendi. Corpus[1] regis Haroldi matri petenti sine pretio misit, licet illa multum per nuntios obtulisset; quod acceptum apud Waltham sepelivit in ecclesia, quam ipse ex proprio construxerat in honorem sanctæ crucis, et canonicis secularibus deputavit. Hanc quoque regni subversionem et sanguinis effusionem cometa ingens sanguinea et crinita in exordio illius anni apparens præsignavit, ut quidam dixit,

Anno milleno · sexageno, quoque seno,
Anglorum metæ · flammas sensere cometæ.

Actum est autem hoc bellum apud Hastingum in die sancti Calixti papæ, pridie idus Octobris.

---

[1] *Corpus regis Haroldi, matri petenti.*] For a succinct account of the story of Harold's escape from the battle of Hastings, see Malmsb. p. 420, *note* [3]. William of Poitou says that the Conqueror refused the body of Harold to his mother, ordering it to be buried on the sea-coast. *Ibid.*

FINIS VOL. I.

LONDON:
PRINTED BY SAMUEL BENTLEY,
Bangor House, Shoe Lane.

ENGLISH HISTORICAL SOCIETY.

MEMBERS.

June 1st, 1840.

HER MAJESTY QUEEN VICTORIA.

The Viscount Acheson, M.P.
The Earl of Bandon, D.C.L.
Thomas Wentworth Beaumont, Esq.
The Hon. Henry Boyle Bernard.
The Lord Bexley, F.R.S. F.S.A.
Rev. Joseph William Blakesly, Fellow of Trinity College, Cambridge.
Beriah Botfield, Esq.
Captain Arthur Arundel Browne.
Rev. John Browne, D.C.L.
The Duke of Buccleuch, K.G.
Rev. James Bulwer, M.A.
The Earl of Burlington.
The Lord Calthorpe.
The Dean and Chapter of Canterbury.
The Earl of Carlisle.
The Hon. Richard Cavendish.
The Earl of Cawdor.
William Nelson Clarke, Esq. M.A.
Richard Cleasby, Esq.
Rev. Henry O. Coxe, M.A. Bodleian Library.
James T. Gibson Craig, Esq.
The Hon. Robert Curzon.
The Viscount Dungannon, M.P.
The Lord Bishop of Durham.
The Dean and Chapter of Durham.
Edward Edwards, Esq. British Museum.

Lord Francis Egerton, M.P.
The Hon. Mountstuart Elphinstone.
Robert Few, Esq.
Dr. Franck.
Robert Gatty, Esq. F.S.A.
Rev. J. A. Giles, D.D.
Rev. William Stephen Gilly, D.D. Prebendary of Durham.
William Grant, Esq.
The Right Hon. Thomas Grenville.
The Earl Grey, K.G.
Rev. William Grylls, M.A.
Henry Hallam, Esq. V.P.S.A.
Thomas Duffus Hardy, Esq. F.S.A. Record Office, Tower.
William Hardy, Esq. F.S.A. Duchy of Lancaster Office.
Rev. William Harness, M.A.
Rev. Edward Craven Hawtrey, D.D. Head Master of Eton.
Sir Thomas Buchan Hepburn, Bart. M.P.
John Hepburn, Esq.
James Maitland Hog, Esq.
Thomas Hog, Esq.
Robert Stainer Holford, Esq.
John Holmes, Esq. F.S.A. British Museum.
Alexander Beresford Hope, Esq.
Henry Thomas Hope, Esq. M.P.
Henry Howard, Esq. of Corby Castle.
The Earl of Ilchester.
John Mitchell Kemble, Esq. M.A.
Richard John King, Esq.
The Lord Langdale, Master of the Rolls.
John Langhorne, Esq.
The Marquess of Lansdowne, K.G.
The Lord Bishop of Llandaff.
Rev. John Lingard, D.D.
James Loch, Esq. M.P.
John Loch, Esq.
William M'Dowall, Esq.
The Right Hon. Holt Mackenzie.
John Whitefoord Mackenzie, Esq.

Rev. S. R. MAITLAND, Librarian to the Archbishop of Canterbury.
NEILL MALCOLM, Esq.
JOHN MEE MATHEW, Esq.
The Hon. WILLIAM LESLIE MELVILLE.
Rev. J. MENDHAM, M.A.
JOHN MILLER, Esq. Q.C.
Rev. JAMES MORTON, B.D. Vicar of Holbeach, and Prebendary of Lincoln.
The LORD MONTEAGLE.
JOHN MURRAY, Esq.
The MARQUESS of NORTHAMPTON, P.R.S.
The LORD NUGENT, G.C.M.G.
ANTONIO PANIZZI, Esq. LL.D. British Museum.
FREDERICK PIGOU, Esq.
RALPH PRICE, Esq.
The EARL of POWIS.
PHILIP PUSEY, Esq. M.P.
Rev. JAMES RAINE, M.A. Vicar of Meldon, Librarian of Durham Cathedral.
Rev. WILLIAM UPTON RICHARDS, M.A. British Museum.
JOHN RICHARDSON, Esq. F.S.A.
The Rev. Dr. DANIEL ROCK.
JOHN GAGE ROKEWODE, Esq.
The VISCOUNT SANDON, M.P.
JOHN AUGUSTUS FRANCIS SIMPKINSON, Esq. Q.C.
Sir ROBERT SMIRKE, R.A. F.S.A.
JOHN SMITH Y^e^. Esq. LL.D.
The DUKE of SOMERSET, K.G.
JOHN SPENCER STANHOPE, Esq. M.A.
THOMAS STAPLETON, Esq.
Sir GEORGE STAUNTON, Bart. M.P.
PATRICK MAXWELL STEWART, Esq.
The DUKE of SUTHERLAND.
CLEMENT TUDWAY SWANSTON, Esq. Q.C. F.S.A.
The LORD TEIGNMOUTH, M.P.
The Hon. WILLIAM TENNANT.
The MARQUESS of THOMOND.

Henry Sykes Thornton, Esq.

The Venerable Charles Thorp, D.D. Archdeacon, and Prebendary of Durham, and Warden of the University of Durham, F.R.S.

Rev. George Townsend, B.D. Prebendary of Durham.

W. B. D. D. Turnbull, Esq.

Edward Tyrrell, Esq. Remembrancer of the City of London.

Patrick Fraser Tytler, Esq. F.S.A.E.

Adam Urquhart, Esq.

Edward Vernon Utterson, Esq. F.S.A.

The Lord Vernon.

John Walker, Esq.

Robert Walters, Esq. F.S.A.

Rev. William Percival Ward.

Robert Weddell, Esq. Berwick.

M. Van de Weyer, Minister of the King of the Belgians.

John Wilson, Esq.

The Rev. Dr. Wordsworth, Master of Trinity College, Cambridge.

NON-CIRCULATING



STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-1493

All books may be recalled after 7 days

DATE DUE

DOC JUL 26 1995
MAY 15 1996